









SOPHOCLIS
DRAMATA
QVAE SVPERSVNT

ET

DEPERDITORVM

FRAGMENTA

GRAECE ET LATINE

DENVO RECENSVIT

ET

RICH. FRANC. PHIL. BRVNCKII

ANNOTATIONE INTEGRA

ALIORVM ET SVA SELECTA

ILLVSTRAVIT

FRIDERICVS HENRICVS BOTHE

MAGDEBVRGENSIS

TOMVS PRIOR

LIPSIAE 1806

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI APVD J. PAYNE ET MACKINLAY


ET W. H. LVNN


PRAEFATIO.

Non dubito fore, qui consilium culpent meum denuo recensendi atque edendi Sophoclem, poëtam, tum aliorum eruditorum curis, tum inprimis Brunckii doctrina et sagacitate, exercitatissimum, ut vix et ne vix quidem melius faciendi spes superesse cuipiam videatur. Quibus ego respondeo, quod vulgo dici solet, Non omnia possumus omnes. Praestitit nonnihil in hoc genere Turnebi quamvis parum iudiciosa diligentia, praestitit Canteri laetum atque elegans ingenium, neque omnino contemnenda sunt, ut quibusdam videtur, quae velut in transcursu annotavit ad Tragicum nostrum vir, pulcri, praesertim non nimis reconditi, iustissimus eruditissimusque spectator, Henricus Stephanus, de quo non inepte dixeris, quod de Lucilio Flaccus:

> *Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.*

Iohnsonus cum subsidiis, praesertim libro-


LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN





doctissimus Nostri editor, fere audacius quam felicius eam provinciam administrat); cumque praeterea (praefiscine dixerim) nec satis per omnia felices mihi viderentur, quotquot sunt, Sophoclis emendatores, glossematumque indagationis iusto negligentiores: versione Euripidis, editione Aeschyli, praeparatus, hanc Spartam ego non occupavi, sed ab illis relictam cepi et ornare utcunque studui, quamvis neque eruditione neque subsidiorum praesertim externorum copia Brunckio aliisque nonnullis comparandus.

Haec enim quod attinet, celebriores quidem Tragici editiones, quae formis descriptae prodierunt, contulisse omnes, curae fuit maximae; sed librorum scriptorum cum neque Guelferbytana Serenissimi Ducis Brunsvicensis bibliotheca quicquam praeberet, quod excutere operae pretium esse videretur, Augustanae vero utiles quasdam eiusmodi reliquias alio nunc ablatas comperissem, carbones fere pro auro inveniri in hoc genere saepius expertus, investigare destiti, cum praesertim hominibus elegantioribus scriberem, qui non plaustra lectionum desiderant, sed optimas tantum earum legere amant, auctoritatibus idoneis adstructas.

Succurrere itaque tot locis, neque unius Sophoclis, vel prorsus deploratis, vel, quod peius etiam, specie sanitatis ulcera tegentibus,



SOPHOCLIS
DRAMATA
QVAE SVPERSVNT
ET
DEPERDITORVM
FRAGMENTA
GRAECE ET LATINE

DENVO RECENSVIT

ET

RICH. FRANC. PHIL. BRVNCKII

ANNOTATIONE INTEGRA

ALIORVM ET SVA SELECTA

ILLVSTRAVIT

FRIDERICVS HENRICVS BOTHE

MAGDEBVRGENSIS

TOMVS PRIOR

LIPSIAE 1806

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI APVD J. PAYNE ET MACKINLAY

ET W. H. LVNN

[redacted]

LECTORI

S. D.

RICH. FRANC. PHIL. BRUNCK

REGIAE INSCRIPTIONUM

ET HUMANIORUM LITERARUM ACADEMIAE

SOCIUS.

Saepenumero miratus sum, in tanta quanta versamur literarum luce, quum excolerentur in dies optimi scriptores antiqui, et obducto situ purgarentur, neglectum iacere Sophoclem, Poëtarum post Homerum praestantissimum, Tragicorum quotquot fuerunt perfectissimum. Nam quod compluries hoc saeculo, maxime vero in Britannia, superstites septem Tragoediae praela exercuerint, studium quidem illae repetitae editiones testantur legendi Sophoclis, sed nihil prorsus effecerunt, quo purus et integer legeretur. Scatent omnes foedissimis mendis, quarum permultae ne ipsis quidem editoribus suboluerunt, quibusque eluendis pares non erant quicumque interpolatae recensionis exempla propagarunt. Unus aetate nostra Sophocli operam

suam dicaverat, qui eum, proinde ut dignus est, exornare et illustrare poterat, vir doctrinae et ingenii laude excellens, LUD. CASP. VALCKENARIUS, qui ante hos paucos menses exstinctus Musarum alumnis tristissimum reliquit desiderium. Is nescio quo modo a Sophocle sevocatus olim, operam suam aliorsum contulit. Derelictam a summo viro provinciam animose suscepi, non quo existimarem, ea me praestiturum, quae ab eo exspectare par erat: verum de literis meriturum me optime opinatus sum, si ad Sophoclis intellectum longe plura, quam antea comparata fuerant, subsidia ministrarem, cultuque nitidiore magis allicerem ad illius lectionem doctrinae studiosos; quo facilius futurum spero, ut quispiam alius me peritior excitetur, qui labore meo adiutus, Tragicum ita expoliat et constituat tandem, ut longa barbarie concreti squaloris nulla relinquatur macula. Interea nova haec editio ita concinnata est, ut haud multa esse credam, quae iudices aequi in ea desideraturi sint. Quantum a ceteris differat declaraturus, haud longis ambagibus lectorem morabor.

Sophoclem post renatas literas primus edidit Aldus Manutius Romanus anno MDII. ex antiquis et probae notae codicibus. Praestantissima omnium haec editio est, quae maiorem

quam ceterae omnes auctoritatem habet, et plus quam quaevis alia fide digna est. Ex ea fere expressae sunt quaecumque dimidii saeculi intervallo diversis in locis prodierunt, inter quas eminent duae Florentinae in officina Iuntina excusae, prior anno MDXXII., altera anno MDXLVII. Postea Adrianus Turnebus, codicem Sophoclis nactus a Demetrio Triclinio recensitum, ex eo septem Tragoedias edidit Parisiis anno MDLII., cui editioni tantum favorem conciliavit doctissimi viri existimatio, ut ab ea discedere nefas duxerint Henr. Stephanus et Gul. Canterus, qui demum Sophocleorum dramatum formam ita constituit, ut eam exhibent vulgares editiones omnes, magistrorum, tironum, literatorum manibus versari solitae. Verumtamen Triclinii illa interpolatio neutiquam digna erat, quae sincero textui ab Aldo edito praeferretur: pravas lectiones passim intrusit: maxime vero in canticis impudentissima audacia grassatus est, insulsissima quaeque inferciens, ut carminum formas, quas animo praeceperat, effingeret. Falluntur egregie, qui ad illam Triclinii recensionem factis editionibus utentes, genuinum Sophoclem legere se opinantur. Puritatem lectionis ex Aldina petendam esse, semper fassi sunt viri doctiores. Sed in hoc genere pauci sciunt, quid distent aera lupinis.

Quapropter huic editioni Aldinam tanquam fundamentum substruxi; ad eam unice respexi, de reliquis nihil vel parum sollicitus. Ubicumque ab ea discessi, mutationis rationem in notis exposui. Codicum fidem plerumque secutus sum: at mendas codicibus qui nunc exstant antiquiores eruditorum virorum coniecturis, aut meis, sustuli. Codicum autem, quibus usus sum, syllabus hic est:

A. Membranae vetustissimae Bibliothecae Regiae, quo ex Memmiana illatae fuerunt. Iis continentur Sophoclis Tragoediae VII. eodem ordine, quo in Aldi editione se subsequuntur: Euripidis Hecuba, Orestes, Phoenissae, Andromacha, Medea, et Hippolytus, quas omnes edidimus: Aristophanis Fabulae VII., a nobis etiam editae; ita ut varietas lectionis praestantissimi illius codicis iam omnis opera nostra innotuerit. In catalogo Mss. codd. Graecorum Bibliothecae Regiae est 2712.

B. Codex Regius, catalogi 2787., quo praeter alia continentur Oedipus prior, Trachiniae, Philoctetes, et Oedipus in Colono.

C. Codex Regius bombycinus, catalogi 2794., continens Aiacem, Electram et Oedipum priorem.

D. Codex Regius chartaceus, catalogi 2820., praeter alia continens Aiacem, Electram et Oedipum priorem.

[redacted]

E. Codex Regius bombycinus, catalogi 2884., praeter alia continens Aiacem, Electram, Oedipum priorem et Antigonam.

AUGUSTANUS, e bibliotheca Senatus liberae civitatis Augustae Vindelicorum, chartaceus, praeter alia continens Aiacem, Antigonam, Oedipum priorem et Electram. Codicem hunc, ut et Regium E. diligentissime contulit ad Johnsoni editionem Joannes Schweighaeuser, Graecae linguae in huius civitatis Academia publicus doctor, cuius multiplicem eruditionem nobilitavit Appiani Alexandrini, quae nuper prodiit, editio elaboratissima, quod ad exemplum alios Romanae historiae graecos scriptores eiusdem viri solertia in integrum restitutum iri et optamus et ominamur.

MEUS, bombycinus, bonae notae, continens praeter alia Aiacem et Electram.

T. Codex Regius chartaceus, catalogi 2711., nitidissime scriptus, quo continentur septem tragoediae iuxta Demetrii Triclinii recensionem, cum eiusdem scholiis metricis in omnes, exegeticis vero partim Triclinii, partim veterum enarratorum in Antigonam, Oedipos duos, Trachinias et Philoctetam. Longe melior et emendatior est is codex eo, quo Turnebus usus est, aliquotque lectiones exhibet e vetustissimis exemplaribus ductas, quae nuspiam alibi reperiuntur.

Quam multas horum librorum ope mendas
ıerim, legenti cuivis apparebit. At plurimae
tiquitus inoleverant, quae, in hos codices
ıductae, meam quoque editionem insedissent,
si excellentium quorumdam ingeniorum acumen
liginem discussisset, qua lectionis veritas tege-
tur. Nemo splendidius lumen praetulit quam
uditus Britannus THOMAS TYRWHITT, quem
imariis Criticis accensendum esse demonstrant
mendationes in Euripidem, quibus editionem
ıam ornavit *Musgravius*. Praestantissimi huius
ri, cuius conveniendi felicitas mihi nunquam
btigit, benevolentiam mihi conciliavit commu-
is Musarum amor, opinioque, quam ipse ante
nnos circiter duodecim de me concepit, futurum
t bonis literis haud spernendam aliquam ope-
am navarem. Postquam Tragicum hunc edere
ıecum decrevi, coniectorem omnium, quos nos-
em, felicissimum per epistolam rogavi, ut, si
uid in Sophocle, ut in Euripide, periclitatus
uisset, emendationes suas mecum benigne com-
nunicaret. Quod cupiebam, ab humanissimo viro
acile impetravi: mense Aprili anni MDCCLXXX.
ıvulsas ex adversariis suis schedas aliquot mihi
nisit, quae in Sophoclem olim commentus fuerat
ontinentes, arbitrioque meo permisit, ut ex iis
uaecumque mihi usui futura essent expromerem.
sequenti anno optimus *Valckenarius* ultro mihi

misit coniecturas aliquot in Sophoclem, sibi oblatas a disciplinae suae alumno, felicissimi ingenii viro, *Erico Huberto van Eldik*, e quibus quaedam delibavi, quorum laudem ad auctorem suum retuli.

Si quae in Graecis et in versione parum meditate curata fuisse animadverti, ut ea emendari velim, in notis monui: quin graviora quaedam peccata e lectorum conspectu penitus amovi, denuo excusis plagulis, quas bibliopegi in priorum locum substituant: quae diligentiam meam fugerunt, ea boni consulat aequus lector. Latinam versionem ita concinnavi, ut, si graeca legentibus usus veniat eam consulere, Tragici sensum fideliter et dilucide quantum potest expressum reperiant: Graecarum vero literarum rudes Sophoclem si noscere velint, ut eum latine legere possint, absque metricarum versionum fuco, earumque odio, quae Graecis e regione apponi solent.

Minorem hanc editionem tractatu facilem, nec magno parabilem, excudi feci, ut eorum inservirem commodis, qui critico apparatu, quo maior editio, propediem publici iuris futura, augetur, carere volent; maxime vero tironum in gratiam, qui publicorum doctorum auditoria frequentant.

Vale, dulcissime lector, et hac nostra opera lubens gratusque fruere. Dabam Argentorati d. Decembris x. anni MDCCLXXXV.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΓΕΝΟΣ ΚΑΙ ΒΙΟΣ.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ τὸ μὲν γένος ἦν Ἀθηναῖος, υἱὸς δὲ Σοφίλλου, ὃς οὔτε, ὡς Ἀριστόξενός φησι, τέκτων ἢ χαλκεὺς ἦν, οὔτε, ὡς Ἴστρος, μαχαιροποιὸς τὴν ἐργασίαν, τυχὸν δὲ ἐκέκτητο δούλους χαλκεῖς καὶ τέκτονας. οὐ γὰρ εἰκὸς, τὸν ἐκ του τοιούτου γενόμενον στρατηγίας ἀξιωθῆναι σὺν Περικλεῖ καὶ Θουκυδίδῃ, τοῖς πρώτοις τῆς πόλεως. ἀλλ' οὐδ' ἂν ὑπὸ τῶν κωμῳδῶν ἄδηκτος ἠφίεθη, τῶν οὐδὲ Θεμιστοκλέους ἀποσχομένων. ἀπιστέον δὲ καὶ τῷ Ἴστρῳ, φάσκοντι αὐτὸν οὐκ Ἀθη-

SOPHOCLIS VITA,

INTERPRETE EDITORE.

Sophocles Atheniensis filius Sophili, qui non fuit, ut placet Aristoxeno, faber lignarius vel ferrarius, nec, secundum Istrum, gladiorum fabricator, sed fortasse ejusmodi artium gnaros aluit servos: verisimile enim non est, talem imperio dignatum fuisse una cum Pericle et Thucydide, principibus civitatis. neque a comicis lacessitus tunc mansisset, qui nec Themistocli pepercerunt. Pariter diffidendum Istro, neganti, Atheniensem

σθαι. νίκας δὲ ἔλαβεν εἴκοσιν, ὥς φησι Καρύστιος· πολλάκις δὲ καὶ δευτερεῖα ἔλαβε, τρίτα δ' οὐδεπώποτε. καὶ Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὸν πεντήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν ὄντα στρατηγὸν εἵλοντο, πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτὰ, ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ. οὕτω δὲ φιλαθηναιότατος ἦν, ὥςτε πολλῶν βασιλέων μεταπεμπομένων αὐτὸν, οὐκ ἠθέλησε τὴν πατρίδα καταλιπεῖν. ἔσχε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἄλωνος ἱερωσύνην, ὃς ἥρως ἦν μετὰ Ἀσκληπιοῦ παρὰ Χείρωνι. ἱδρύθη δὲ ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱοῦ μετὰ τὴν τελευτήν. γέγονε δὲ καὶ θεοφιλὴς ὁ Σοφοκλῆς, ὡς οὐκ ἄλλος, καθά φησιν Ἱερώνυμος περὶ τῆς χρυσῆς στεφάνης. ταύτης γὰρ ἐξ ἀκροπόλεως κλαπείσης, κατ' ὄναρ Ἡρακλῆς ἐδήλωσε Σοφοκλεῖ λέγων, τὴν μὴ οἰκητὴν οὖσαν οἰκίαν ἐν δεξιᾷ εἰςιόντι ἐρευνῆσαι, ἔνθα ἐκρύπτετο. ἐμήνυσε δ' αὐτὴν τῷ δή-

retur. Victorias retulisse 20, refert Carystius, et saepe quidem secundas tulit, tertias nunquam. 57 annos natum, anno 7. ante bellum Peloponnesiacum, in bello adversus Anaeam, ducem crearunt Athenienses. Quorum tantopere studiosus fuit, ut a multis regibus invitatus, patriam reliquerit nunquam. Sacerdos item Alonis fuit heroïs, sectatoris olim una cum Aesculapio Chironis, et post obitum in deos relatus est, auctore Iophonte filio. Diis autem prae aliis acceptus fuit Sophocles, secundum Hieronymi narrationem de aureo serto. hoc enim furtim ablato ex arce, Hercules per somnium indicavit Sophocli, in aedibus desertis, quae ascendenti a dextra essent, coronam occultari. qua de re certiore facta tribu, talen-

ιῳ, καὶ τάλαντον ἐδέξατο· τοῦτο γὰρ ἦν προκηρυχθέν. λαβὼν οὖν τὸ τάλαντον, ἱερὸν ἱδρύσατο Μηνυτοῦ Ηρακλέους. Φαίνεται δὲ καὶ παρὰ πολλοῖς ἡ πρὸς τὸν υἱὸν Ἰοφῶντα γενομένη αὐτῷ δίκη ποτέ. ἔχων γὰρ ἐκ μὲν Νικοστράτης Ἰοφῶντα, ἐκ δὲ Θεωρίδος Σικυωνίας Ἀρίστωνα, τὸν ἐκ τούτου γενόμενον παῖδα, Σοφοκλέα τοὔνομα, πλέον ἔστεργε, καί ποτε ἐν δράματι εἰσήγαγε τὸν Ἰοφῶντα αὐτῷ φθονοῦντα, καὶ πρὸς τοὺς φράτορας ἐγκαλοῦντα τῷ πατρὶ, ὡς ὑπὸ γήρως παραφρονοῦντι· οἱ δὲ τῷ Ἰοφῶντι ἐπετίμησαν. Σάτυρος δέ φησιν αὐτὸν εἰπεῖν· Εἰ μὲν εἰμὶ Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ· εἰ δὲ παραφρονῶ, οὐκ εἰμὶ Σοφοκλῆς· καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραναγνῶναι. Τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν Ἴστρος καὶ Νεάνθης φασὶ τοῦτον τὸν τρόπον· Καλλιππίδην ὑποκριτὴν ἀπὸ ἐργασίας ἐξ Ὀποῦντος

tum, quod publice promissum erat, accepit, indeque templum Herculi Indici exstruxit.

Multis memoratur lis ipsi illata quondam ab Iophonte filio. Suscepto enim e Nicostrata Iophonte, atque e Theoride Aristone, huius quidem filium, cui nomen Sophocles, prae ceteris dilexit, et aliquando in dramate Iophontem induxit ipsi invidentem, et ad sodalitia nomen patris deferentem, quasi prae senectute delirantis, sodales vero filium verbis castigantes. qua occasione sic argumentatum esse eum, Satyrus refert: Si quidem Sophocles ego sum, non deliro; si vero insanio, non sum Sophocles; et deinde Oedipodem recitasse.

Diem obiisse hoc modo tradunt Istrus et Neanthes: Callippidem actorem rure ex Opunte redeuntem ad

ἥκοντα παρὰ τοὺς Χόας, πέμψαι αὐτῷ σταφυλήν· τὸν δὲ Σοφοκλέα λαβόντα, καὶ βαλόντα εἰς τὸ στόμα ῥᾶγα ἔτι ὀμφακίζουσαν, ὑπὸ τοῦ ἄγαν γήρως ἀποπνιγέντα τελευτῆσαι. Σάτυρος δέ φησι τὴν Ἀντιγόνην ἀναγιγνώσκοντα, καὶ ἐμπεσόντα περὶ τὰ τέλη νοήματι μακρῷ, καὶ μέσην, ἢ ὑποστιγμὴν πρὸς ἀνάπαυσιν μὴ ἔχοντι, ἄγαν ἀποτείναντα τὴν φωνὴν, σὺν τῇ φωνῇ καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι. οἱ δὲ, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ δράματος ἀνάγνωσιν ὅτε νικῶν ἐκηρύχθη, χαρᾷ νικηθεὶς ἐξέλιπε. τῶν δὲ πατρῴων αὐτοῦ τάφων ἐπὶ Δεκέλειαν κειμένων πρὸ σταδίων τοῦ τείχους ἕνδεκα, καὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐπιτετειχικότων Λακεδαιμονίων κατὰ τῶν Ἀθηναίων, ἐπείπερ οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτὸν ἐκεῖ θάπτειν, Διόνυσος κατ' ὄναρ ἐπιστὰς Λυσάνδρῳ ἐκέλευσεν ἐπιτρέψαι τεθῆναι τὸν ἄνδρα εἰς τὸν τάφον· ὡς δὲ ὠλιγώρησεν ὁ Λύσανδρος, δεύτερον αὐτῷ ἐπέστη ὁ Διόνυσος τὸ

Choas, uvam ei misisse, cuius inditum ori acinum adhuc acerbum causam mortis fuisse seni decrepito. Contra Satyrus narrat, recitantem illum Antigonen, cum circa finem in longiusculam sententiam incidisset, quae neque μέσην neque ὑποστιγμὴν ad recipiendum halitum haberet, nimis intenta voce, cum voce animam efflasse. alii vero, quod, recitato dramate, victor proclamatus fuerit, gaudio victum obiisse, memoriae prodiderunt. sepulcro igitur patrio versus Deceleam iacente extra murum stadia 11, quem locum adversus Athenienses munierant Spartani, quoniam inferri corpus non poterat, Bacchus in somnio apparens Lysandro virum sepulcro condi iussit. quod ubi vilipendit Lysander, iterum in

αὐτὸ κελεύων. ὁ δὲ Λύσανδρος πυνθανόμενος παρὰ τῶν φυγάδων τίς εἴη ὁ τελευτήσας, καὶ μαθὼν ὅτι Σοφοκλῆς, κήρυκα πέμψας, ἐδίδου θάπτειν τὸν ἄνδρα. Φασὶ δὲ καὶ ὅτι τῷ μνήματι αὐτοῦ Σειρῆνα ἐπέστησαν· οἱ δὲ, Κηληδόνα χαλκῆν· ἐπιγεγράφθαι δὲ τῷ τάφῳ αὐτοῦ τάδε·

Κρύπτω τῷδε τάφῳ Σοφοκλῆν πρωτεῖα λαβόντα
Τῇ τραγικῇ τέχνῃ, σχῆμα τὸ σεμνότατον.

Ἴστρος δέ φησιν, Ἀθηναίους διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ ψήφισμα πεποιηκέναι, κατ᾽ ἔτος ἕκαστον αὐτῷ θύειν. Ἔγραψε δὲ, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, δράματα ἑκατὸν τριάκοντα· τούτων δὲ νοθεύεται δέκα ἑπτά. συνηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ καὶ Εὐριπίδῃ, καὶ Χοιρίλῳ, καὶ Ἀριστίᾳ, καὶ ἄλλοις, καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ. τὸ πᾶν μὲν οὖν Ὁμηρικῶς ὠνόμαζε, τούς τε μύθους φέρει

somnio visus est, idem monens, deus. perfugae autem nuntiarunt, Sophoclem esse. quo comperto, praeconem Lysander misit, concessitque sepulturam. Positam in monumento alii dicunt Sirenem, alii Celedonem aeneam, et sepulcro haec inscripta:

Hoc tumulo Sophoclem primas ego condo ferentem
Arte olim tragica, non temeranda dea.

Istrus autem narrat, ob merita viri plebiscito Athenienses decrevisse, ut quotannis ei sacrificaretur.

Composuit, secundum Aristophanem, dramata 130, quorum tamen pro spuriis habentur 15. Certavit cum Aeschylo, Euripide, Choerilo, Aristia, aliisque, etiam cum Iophonte filio. Ceterum ubique apud Sophoclem Homerica nomina, et in mythis cum Maeonide con-

κατ' ἴχνος τοῦ ποιητοῦ· καὶ τὴν Ὀδύσσειαν δὲ ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται. παρετυμολογεῖ δὲ καθ' Ὅμηρον καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ὀδυσσέως·

Ὀρθῶς δ' Ὀδυσσεὺς εἴμ' ἐπώνυμος κακοῖς·
Πολλοὶ γὰρ ὠδύσσαντο δυσσεβεῖς ἐμοί.

ἠθοποιεῖ δὲ καὶ ποικίλλει, καὶ τοῖς ἐπινοήμασι τεχνικῶς χρῆται, Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν· ὅθεν εἰπεῖν φασὶν Ἰωνικόν τινα, μόνον Σοφοκλέα τυγχάνειν Ὁμήρου μαθητήν. καὶ ἄλλοι μὲν γὰρ πολλοὶ μεμίμηνταί τινας τῶν πρὸ αὐτῶν, ἢ τῶν καθ' αὑτούς· μόνος δὲ Σοφοκλῆς ἀφ' ἑκάστου τὸ λαμπρὸν ἀπανθίζει· καθὸ καὶ μέλιττα ἐλέγετο. ἤνεγκε δὲ τὰ μικτὰ, εὐκαιρίαν, γλυκύτητα, τόλμαν, ποικιλίαν. οἶδε δὲ καιρὸν συμμετρῆσαι καὶ πράγματα, ὥςτ' ἐκ μικροῦ ἡμιστιχίου, ἢ λέξεως μιᾶς, ὅλον ἠθοποιεῖν πρόςωπον.

gruentia, cuius Odysseam multis in fabulis expressit. male etiam derivat, Homerum secutus, Ulyssis nomen:

Nomenque Ὀδυσσεὺς congruit malis meis,
Multi quia ὠδύσσαντο mihi nefarii.

Mores autem pingit varie, inventionibusque artificiose utitur, Homericam aemulatus gratiam; unde Ionem quendam dixisse ferunt, solum Sophoclem Homeri esse discipulum. multi enim alii quoque veterum aequaliumve vestigia presserunt, sed unus Sophocles uniuscuiusque quae maxime nitent decerpit: unde et apis dictus. Iunctas igitur exhibet decentiam, suavitatem, audaciam, varietatem, tempusque ita adaptat et res, ut parvo hemistichio, vel uno verbo, omnem hominis animum et affectum indicet. atqui hoc

[redacted]

ἔστι δὲ τοῦτο μέγιστον ἐν τῇ ποιητικῇ, δηλοῦν ἦθος ἢ πάθος. Φησὶν οὖν Ἀριστοφάνης, ὅτι κηρὸς ἐπεκαθέζετο τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ· ἄλλοι δὲ, Σοφοκλέους. Φησὶ δὲ Ἀριστόξενος, ὡς πρῶτος τῶν Ἀθήνηθεν ποιητῶν τὴν Φρυγίαν μελοποιΐαν εἰς τὰ ἴδια ᾄσματα παρέλαβε, καὶ τῷ διθυραμβικῷ τρόπῳ κατέμιξεν.

summum est poeticae, demonstrare mores et animi affectiones. Narrat autem Aristophanes, ipsius os melle quondam fluxisse, alii vero, Sophoclis. Aristoxenus auctor est, primum Atticorum poëtarum Phrygiam melopoeïam in cantica recepisse eum, dithyrambicis admixtam.

[redacted]

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΙΣ ΣΟΦΟΚΛΗΝ.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἐσβέσθης, γηραιὲ Σοφόκλεες, ἄνθος ἀοιδῶν,
Οἰνωπὸν Βάκχου βότρυν ἐρεπτόμενος.

ΣΙΜΜΙΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ.

Ἠρέμ' ὑπὲρ τύμβοιο Σοφοκλέος, ἠρέμα, κισσὲ,
Ἑρπύζοις, χλοεροὺς ἐκπροχέων πλοκάμους·
Καὶ πεταλὸν πάντη θάλλοι ῥόδον, ἥ τε φιλοῤῥὼξ
Ἄμπελος, ὑγρὰ πέριξ κλήματα χευαμένη,
Εἵνεκεν εὐεπίης πινυτόφρονος, ἣν ὁ μελιχρὸς
Ἤσκησεν, Μουσῶν ἄμμιγα καὶ Χαρίτων.

EPIGRAMMATA IN SOPHOCLEM,

INTERPRETE EDITORE.

SIMONIDIS.

Longaeve o vatum sic flos cadis ipse, Sophocles,
Correpto Bacchi germine caeruleo.

SIMMIAE THEBANI.

Molle super marmor Sophoclis mihi serpite, molle,
O hederae, fusa rite coma viridi!
Floreat et circum semper rosa, semper et, uvae
Vitis amans, addes uvida brachiola,
Carmina melliti sapientia vatis honorans,
Musarum donum quae Charitumque simul.

[redacted]

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Α. Τύμβος ὅδ' ἔστ', ὦ 'νθρωπε, Σοφοκλέος, ὃν παρὰ Μουσῶν
'Ιρῶν παρθενίων, ἱερὸς ὤν, ἔλαχον·
Ὅς με τὸν ἐκ Φλιοῦντος, ἔτι τρίβολον πατέοντα,
Πρίνινον, ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο,
Καὶ λεπτὴν ἐνέδυσεν ἀλουργίδα· τοῦ δὲ θανόντος
Εὔθετον ὀρχηστὴν τῇδ' ἀνέπαυσα πόδα.
Β. Ὄλβιος, ὡς ἀγαθὴν ἔλαχες στάσιν· ἡ δ' ἐνὶ χερσὶ
Κούριμος, ἐκ ποίης ἥδε διδασκαλίης;
Α. Εἴτε σοι 'Αντιγόνην εἰπεῖν φίλον, οὐκ ἂν ἁμάρτοις,
Εἴτε καὶ 'Ηλέκτραν. ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον.

ΕΡΥΚΙΟΥ.

Αἰεί τοι λιπαρῷ ἐπὶ σήματι, δῖε Σοφόκλεις,

DIOSCORIDIS.

Bacchus. Hoc Sophoclis marmor, sacro quod sacra, viator,
Musa mihi virgo tradidit ut tuear,
Qui, spineta dolens Phliasia nuper agrestem
Currere, me forma praedidit aureola,
Dixit et: Huic tenuis sit purpura. quem quia raptat
Mors, saltatores sic cohibebo pedes.
Viator. Felicem te sede bona! sed rasa quid ista
Persona? ex quali, quaeso, didascalia?
Bacchus. Sive hanc Antigonem quis dixerit, haud reprehendo,
Seu magis Electram, scenica principia.

ERYCII.

Semper et in laevi tibi marmore, dive Sophocles,

Σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἄλοιτο πόδας·
Αἰεί τοι βούπαισι περιστάζοιτο μελίσσαις
Τύμβος, Ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι,
Ὡς ἄν τοι ῥείῃ μὲν ἀένναος Ἀτθίδι δέλτῳ
Κηρὸς, ὑπὸ στεφάνοις δ' αἰὲν ἔχῃς πλοκάμους.

Sic hedera extendat scenica molle pedes,
Semperque innumeris apibus locus undique fervens
Stillet, Hymetteis mellibus irriguus,
Attica ne careat tibi nunc quoque pagina favo,
Nec sertis ullo tempore pulcra coma.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ
ΔΡΑΜΑΤΑ ΤΑ ΕΝΤΕΛΗ



ΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ



ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ΟΙΔΙΠΟΥΝ.

Λιπὼν Κόρινθον Οἰδίπους, πατρὸς νόθος,
Πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος,
Ἦλθεν πυθέσθαι Πυθικῶν θεσπισμάτων,
Ζητῶν ἑαυτὸν, καὶ γένους φυτοσπόρον.
Εὑρὼν δὲ τλήμων ἐν στεναῖς ἁμαξιτοῖς,
Ἄκων ἔπεφνε Λάϊον γεννήτορα.
Σφιγγὸς δὲ δεινῆς θανάσιμον λύσας μέλος,
Ἤισχυνε μητρὸς ἀγνοουμένης λέχος.
Λοιμὸς δὲ Θήβας εἷλε, καὶ νόσος μακρά.

ARISTOPHANIS GRAMMATICI EPIGRAMMA IN OEDIPUM REGEM.

Fugiens Corinthum, spurius hospes omnibus
Existimatus, ut videbatur quidem,
Apollinares Oedipus sedes adit,
Se sciscitatum, gentis et primordia.
Miserque reperit in viarum angustiis
Invitus occiditque genitorem suum.
Dein et, soluto Sphingis atrae carmine,
Matris cubile sceleris implet inscii.
Pestisque Thebas lacerat et morbus gravis.

Κρέων δὲ πεμφθεὶς Δελφικὴν πρὸς ἑστίαν,
Ὅπως πύθηται τοῦ κακοῦ παυστήριον,
Ἤκουσε φωνῆς μαντικῆς θεοῦ πάρα,
Τὸν Λαΐειον ἐκδικηθῆναι φόνον.
Ὅθεν μαθὼν ἑαυτὸν Οἰδίπους τάλας
Πόρπαισι δισσὸν ἐξανάλωσεν φάος,
Αὐτὴ δὲ μήτηρ ἀγχόναις διώλετο.

Quare, rogato vate Pythico, Creon
Cladis docetur remedium id solum dari,
Si parricida puniatur Laii.
Ita ut retexit Oedipus se ipsum miser,
Utrumque lumen fibulis disperdidit,
Materque laqueo fata praevertit simul.

[redacted]

ΔΙΑ ΤΙ ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΕΠΙΓΕΓΡΑΠΤΑΙ.

Ὁ ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΟΙΔΙΠΟΥΣ ἐπὶ διακρίσει θατέρου ἐπιγέγραπται. χαριέντως δὲ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ἅπαντες αὐτὸν ἐπέγραφον, ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως, καίπερ ἡττηθέντα ὑπὸ Φιλοκλέους, ὥς φησι Δικαίαρχος. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ΠΡΟΤΕΡΟΝ αὐτὸν, οὐ ΤΥΡΑΝΝΟΝ, ἐπιγράφοντες, διὰ τοὺς χρόνους τῶν διδασκαλιῶν, καὶ διὰ τὰ πράγματα· ἀλήτην γὰρ καὶ πηρὸν Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικνεῖσθαι. ἴδιον δέ τι πεπόνθασιν οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ, τοὺς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν βασιλεῖς ΤΥΡΑΝΝΟΥΣ προσαγορεύοντες, ὀψέ ποτε τοῦδε τοῦ ὀνόματος εἰς τοὺς Ἕλληνας διαδοθέντος, κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιστής φησιν. Ὅμηρος γοῦν τὸν πάν-

QUAMOBREM FABULA OEDIPUS TYRANNUS INSCRIPTA SIT.

Hoc ideo factum, ut ab altero Oedipo dignoscatur fabula. venuste autem tyrannum omnes nuncuparunt, utpote summum Sophoclis, quotquot exstant, operum, licet victi hac tragoedia, ut Dicaearchus refert, a Philocle. sunt tamen, qui priorem, non tyrannum, inscribant, secundum didascaliarum, rerumque ipsarum rationes: exsulem enim et coecum in Atticam pervenire Oedipum Coloneum. Ceterum mirum est, post Homerum poëtas tyrannos appellare reges, qui ante excidium Troiae floruerunt, cum serius id nomen Graecis innotuerit, circa Archilochi tempora, auctore Hippia sophista. Homerus certe

των παρανομώτατον Ἔχετον βασιλέα φησὶ, καὶ οὐ τύραννον· (Ὀδυσσ. σ΄. 84. 115.)

Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα.

Προσαγορευθῆναι δέ φασι τὸν τύραννον ἀπὸ τῶν Τυῤῥηνῶν· χαλεποὺς γάρ τινας περὶ λῃστείαν τούτους γενέσθαι. ὅτι δὲ νεώτερον τὸ τοῦ τυράννου ὄνομα, δῆλον· οὔτε γὰρ Ὅμηρος, οὔτε Ἡσίοδος, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν παλαιῶν, τύραννον ἐν τοῖς ποιήμασιν ὀνομάζει. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν Κυμαίων πολιτείᾳ τοὺς τυράννους φησὶ τὸ πρότερον ΑΙΣΥΜΝΗΤΑΣ προσαγορεύεσθαι. εὐφημότερον γ' ἐκεῖνο τοὔνομα.

immanissimum omnium, Echetum, regem vocat, non tyrannum (Odyss. σ΄. 84. 115.):

Ad regem hunc Echetum, pestem.

Dictum autem tyrannum a Tyrrhenis volunt, quos latrociniis infames fuisse constat. certe recens id nomen esse, facile intelligitur, utpote quo neque Homerus, neque Hesiodus, neque alius quisquam veterum poëtarum usus sit. Aristoteles autem in Cumaeorum republica tyrannos ait initio Aesymnetas dictos, melius quippe ominato vocabulo.

ΧΡΗΣΜΟΣ ΔΟΘΕΙΣ ΛΑΙΩι.

Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς.
Δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ
Παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὣς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς Κρονίδης, Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
Οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα.

ORACULUM LAIO DATUM.

Optas, Labdacide, natorum stirpe beari.
Natum nempe dabo; sed fili occumbere dextra
Fatale est tibi: nam Iovis hoc invicta voluntas
Concessit Pelopi, quem rapti iniuria nati
Impulit has diris a tè deposcere poenas.

ΤΟ ΑΙΝΙΓΜΑ ΤΗΣ ΣΦΙΓΓΟΣ.

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπον, οὗ μία φωνή,
Καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον·
Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ,
Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

AENIGMA SPHINGIS.

Unum nomen habens quadrupesque, bipesque, tripesque,
Naturam pariter mutato tempore mutat
De maris et terrae coelique animantibus unum:
Mirarique licet, pedibus cum pluribus instat,
Tum magis atque magis celerandi amittere vires.

[redacted]

ΛΥΣΙΣ ΤΟΥ ΑΙΝΙΓΜΑΤΟΣ.

Κλῦθι, καὶ οὐκ ἐθέλουσα, κακόπτερε Μοῦσα θανόντων,
Φωνῆς ἡμετέρης σὸν τέλος ἀμπλακίης.
Ἄνθρωπον κατέλεξας, ὅς, ἡνίκα γαῖαν ἐφέρπει,
Πρῶτον ἔφυ τετράπους νήπιος ἐκ λαγόνων·
Γηραλέος δὲ πέλων, τρίτατον πόδα, βάκτρον ἐρείδει,
Αὐχένα φορτίζων, γήραϊ καμπτόμενος.

AENIGMATIS SOLUTIO.

Audi, invita licet, volucris mala Musa silentum:
Oedipoda ambages nam reserabo tuas.
Mortalem dicis, qui cum videt editus orbem,
Incedit quadrupes debiliore gradu:
At cum cervicem curvat male grata senectus,
Pes illi baculus tertius affuerit.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΙΕΡΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΧΟΡΟΣ ΕΚ ΓΕΡΟΝΤΩΝ ΘΗΒΑΙΩΝ.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΘΕΡΑΠΩΝ ΛΑΙΟΥ.
ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

DRAMATIS PERSONAE.

OEDIPUS.
SACERDOS.
CREON.
CHORUS SENUM THEBANORUM.
TIRESIAS.
IOCASTE.
NUNTIUS.
FAMULUS LAII.
INTERNUNTIUS.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ
ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή,
Τίνας ποθ' ἕδρας τάσδ' ἐμοὶ θοάζετε,
Ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι;
Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων·
Ἃ 'γὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων, τέκνα,
Ἄλλων ἀκούειν, αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα,
Ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος.
Ἀλλ', ὦ γεραιέ, φράζ', ἐπεὶ πρέπων ἔφυς
Πρὸ τῶνδε φωνεῖν, τίνι τρόπῳ καθέστατε;

SOPHOCLIS
OEDIPUS REX.

Oedipus. O adolescentes, veteris Cadmi nova progenies, curnam has ad sedes mihi festinavistis, velamenta praeferentes manibus? Urbs vero tota thure incenso fumat, flebilique paeanum cantu ac gemitu omnia resonant. Quae ego quum censerem non ex alio nuntiante mihi cognoscenda esse, ipse huc prodii, ille omnium sermone celebratus Oedipus. Age vero eloquere tu, senex, quippe quem par est pro hisce fari, quae causa est, cur hic supplices sede-

Δείσαντες, ἢ στέρξαντες; ὡς θέλοντος ἂν
Ἐμοῦ προσαρκεῖν πᾶν. δυσάλγητος γὰρ ἂν
Εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.

ΙΕΡΕΥΣ.

Ἀλλ', ὦ κρατύνων, Οἰδίπους, χώρας ἐμῆς,
Ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς ἡλίκοι προσήμεθα
Βωμοῖσι τοῖς σοῖς· οἱ μὲν οὐδέπω μακρὰν
Πτέσθαι σθένοντες· οἱ δὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς,
Ἱερεὺς τ' ἐγὼ μὲν Ζηνός· οἱ δὲ τ' ἠθέων
Λεκτοί· τὸ δ' ἄλλο φῦλον ἐξεστεμμένον
Ἀγοραῖσι θακεῖ, πρός τε Παλλάδος διπλοῖς
Ναοῖς, ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ.
Πόλις γάρ, ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν
Ἤδη σαλεύει, κἀνακουφίσαι κάρα
Βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου,
Φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός,
Φθίνουσα δ' ἀγέλαις βουνόμοις, τόκοισί τε

tis? numquid metuentes, cupientesve? maximo enim opere vobis opitulari volo: namque immisericors utique essem, nisi talis me commoveret supplicatio.

Sacerdos. At o patriae meae rector Oedipe, vides quidem nos, quales adsidemus aedibus tuis: isti quidem nondum valentes procul volare: illi vero senio graves, et equidem Iovis sacerdos: denique haec iuvenum lecta manus: reliqua autem multitudo supplices gerens ramos in foro considet, Palladisque ad gemina delubra, et Ismenii Apollinis fatidicum focum. Namque, ut ipse vides, ingenti fluctu quassatur civitas, nec potest amplius mersum aestu sanguineo extollere caput, eadem ipsa consumta lue, qua frugiferi arescunt folliculi terrae, tabescunt boum armenta, pereunt immaturis par-

Ἀγόνοις γυναικῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Σκήψας ἐλαύνει, λοιμὸς ἔχθιστος, πόλιν,
Ὑφ' οὗ κενοῦται δῶμα Καδμεῖον· μέλας
Δ' Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.
Θεοῖσι μέν νυν οὐκ ἰσούμενόν σ' ἐγὼ,
Οὐδ' οἵδε παῖδες, ἑζόμεσθ' ἐφέστιοι,
Ἀνδρῶν δὲ πρῶτον ἔν τε συμφοραῖς βίου
Κρίνοντες, ἔν τε δαιμόνων ξυναλλαγαῖς·
Ὅς γ' ἐξέλυσας, ἄστυ Καδμεῖον μολὼν,
Σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμὸν, ὃν παρείχομεν,
Καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον,
Οὐδ' ἐκδιδαχθείς· ἀλλὰ προςθήκῃ θεοῦ
Λέγει νομίζει θ' ἡμὶν ὀρθῶσαι βίον.
Νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα,
Ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόςτροποι,
Ἀλκήν τιν' εὑρεῖν ἡμὶν, εἴτε του θεῶν
Φήμην ἀκούσας, εἴτ' ἀπ' ἀνδρὸς οἶσθά που·

tubus fetus mulierum. Quin taedifera Pestis, Dearum teterrima, exagitat urbem, vastans Cadmi domum: suspiriisque et lamentis ditescit ater Orcus. Iam vero tuas consedimus ad fores, ego puerique isti, haud utique parem te diis censentes, sed, si quos vita ferat ancipites casus, aut iratum invehat numen, primarium in his consilio virum: qui adventu tuo in Cadmeam urbem, eam a tributo vindicasti, quod pendebamus immiti vati; tametsi nihil huius rei a nobis compereras, nec fueras edoctus: sed sola numinis adiutus ope diceris crederisque nostram erexisse vitam. Nunc ergo, fortissime omnium, Oedipe, rogamus te hice omnes ad te supplices conversi, opem ut aliquam invenias nobis, sive dei alicuius edoctus oraculo, sive hominis cuiuspiam monitu.

Ὡς τοῖσιν ἐμπείροισι καὶ τὰς ξυμφορὰς
Ζώσας ὁρῶ μάλιστα τῶν βουλευμάτων.
Ἴθ', ὦ βροτῶν ἄριστ', ἀνόρθωσον πόλιν!
Ἴθ', εὐλαβήθηθ'! ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ
Σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προθυμίας·
Ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνώμεθα,
Στάντες τ' ἐς ὀρθὸν, καὶ πεσόντες ὕστερον·
Ἀλλ' ἀσφαλείᾳ τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν·
Ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην
Παρέσχες ἡμῖν, καὶ τανῦν ἴσος γενοῦ·
Ὡς, εἴπερ ἄρξεις τῆσδε γῆς, ὥσπερ κρατεῖς,
Ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον, ἢ κενῆς, κρατεῖν·
Ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος, οὔτε ναῦς,
Ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ παῖδες οἰκτροὶ, γνωτὰ, κοὐκ ἄγνωτά, μοι
Προσήλθεθ' ἱμείροντες· εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
Νοσεῖτε πάντες, καὶ νοσοῦντες, ὡς ἐγὼ

Usu enim peritis video felici quoque eventu consilia maxime vigere. Age, vir optime, rursus erige urbem; age prospice: quandoquidem te nunc haec civitas servatorem suum nuncupat ob priora merita; auspiciorum vero tuorum neutiquam meminerimus, si prius a te erecti corruamus denuo. Itaque restauratam urbem in tuto colloca, et qui fausto prius omine rem nobis restituisti, sis nunc similis [illegible] nam si perrexeris domi[illegible] huic urbi, plenam vi[illegible] quam vacuam, regere p[illegible] chrius est; quippe nihil neque arx neque navis, vasta sit, neque a viris [illegible] bitetur.

Oedipus. O miserabi[illegible] pueri, nota, non igno[illegible] mihi precatum advenis[illegible] Prorsus enim scio mor[illegible] laborare vos omnes; quu[illegible] que dolore conficiami[illegible]

Οὐκ ἔστιν ὑμῶν, ὅςτις ἐξ ἴσου νοσεῖ·
Τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν᾽ ἔρχεται
Μόνον καθ᾽ αὑτὸν, κοὐδέν᾽ ἄλλον, ἡ δ᾽ ἐμὴ
Ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ᾽ ὁμοῦ στένει·
Ὥςτ᾽ οὐχ ὕπνῳ γ᾽ εὕδοντά μ᾽ ἐξεγείρετε,
Ἀλλ᾽ ἴστε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δὴ,
Πολλὰς δ᾽ ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.
Ἣν δ᾽ εὖ σκοπῶν εὕρισκον ἴασιν μόνην,
Ταύτην ἔπραξα. παῖδα γὰρ Μενοικέως,
Κρέοντ᾽, ἐμαυτοῦ γαμβρὸν, ἐς τὰ Πυθικὰ
Ἔπεμψα Φοίβου δώμαθ᾽, ὡς πύθοιθ᾽ ὅ τι
Δρῶν, ἢ τί φωνῶν, τήνδε ῥυσαίμην πόλιν.
Καί μ᾽ ἦμαρ ἤδη ξυμμετρούμενον χρόνῳ
Λυπεῖ, τί πράσσει· τοῦ γὰρ εἰκότος πέρα
Ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου.

non tamen quisquam est, cui ista magis quam mihi doleant: vestrûm enim unusquisque suo tantum adtingitur dolore, alieni doloris expers: at animus meus dudum et meam, et vestram vicem gemit. Proinde haud somno sopitum me excitastis: sed scitote multum me iam flevisse, multasque vias iniisse, diductis quoquoversum cogitationibus. Quam vero meum sedulo considerando unicam reperi medicinam, eam adhibui. Quippe Menoecei filium, Creontem, adfinem meum, ad Pythia misi Apollinis delubra sciscitatum, quonam vel facto vel dicto urbem hanc liberare possim. Iamque computantem, quotus hic dies est ex quo abiit, subit tandem sollicitudo, quid rerum agat: parum convenienter enim diutius abest quam postulat mandati ratio.

Ὅταν δ' ἵκηται, τηνικαῦτ' ἐγὼ κακὸς
Μὴ δρῶν ἂν εἴην πάνθ' ὅσ' ἂν δηλοῖ θεός.

ΙΕΡΕΥΣ.

Ἀλλ' ἐς καλὸν σύ τ' εἶπας· οἵδε γ' ἀρτίως
Κρέοντα προςστείχοντα σημαίνουσί μοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ 'ναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γε τῳς
Σωτῆρι βαίη, λαμπρὸς ὥςπερ ὄμματι!

ΙΕΡΕΥΣ.

Ἀλλ' εἰκάσαι μὲν, ἡδύς· οὐ γὰρ ἂν κάρα
Πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τάχ' εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.
Ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως,
Τίν' ἡμὶν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων;

ΚΡΕΩΝ.

Ἐσθλήν· λέγω γὰρ, καὶ τὰ δύςφορ', εἰ τύχοι
Κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ' ἂν εὐτυχεῖν.

At quando venerit, tum ego improbus sim, ni exsequar omnia quae praeceperit deus.

Sacerdos. Et recte tu quidem dicis: namque hi iam Creontem advenire mihi significant.

Oedipus. O rex Apollo, utinam ille ita felici sorte veniat, ut hilari vultu adest!

Sacerdos. At, ut videtur, laetos nuntios affert. Alioqui non ita caput cinctus niret frugiferae lauri ra

Oedipus. Statim sciem prope enim satis ad audire ut nos possit. rex, mi adfinis, nate M noecei, quod nobis adf responsum dei?

Creon. Bonum. N quae etiam difficilia su si modo recta via perd cantur ad exitum, om dico prospera fore.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔστιν δὲ ποῖον τοὔπος; οὔτε γὰρ θρασὺς,
Οὔτ' οὖν προδείσας, εἰμὶ τῷ γε νῦν λόγῳ.

ΚΡΕΩΝ.

Εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν,
Ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐς πάντας αὔδα· τῶνδε γὰρ πλέον φέρω
Τὸ πένθος, ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι.

ΚΡΕΩΝ.

Λέγοιμ' ἂν οἷ' ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα.
Ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ
Μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ
Ἐν τῇδ', ἐλαύνειν, μηδ' ἀνήκεστον τρέφειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;

ΚΡΕΩΝ.

Ἀνδρηλατοῦντας, ἢ φόνῳ φόνον πάλιν
Λύοντας, ὡς τόδ', αἷμα, χειμάζον πόλιν.

Oedipus. Quid hoc sermonis est? Neque enim fiduciam, neque adeo metum, hisce ex dictis capio.

Creon. Si istis vis adstantibus audire, sive intro ire, paratus sum loqui.

Oedipus. Coram omnibus eloquere: magis enim horum me conficit dolor, quam meaemet ipsius vitae cura.

Creon. Dicam quae audivi a deo. Dilucido jubet nos rex Apollo, piaculum, quod scilicet intra hanc urbem nutritur, exterminare, neque inexpiabile alere.

Oedipus. Qualem adhibeamus expiationem? Quodnam calamitatis genus est?

Creon. Extra fines abigentes, vel necem rursus nece plectentes: siquidem hoc, sanguis effusus, exagitat urbem.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποίου γὰρ ἀνδρὸς τήνδε μηνύει τύχην;

ΚΡΕΩΝ.

Ἦν ἡμὶν, ὦ ναξ, Λάϊός ποθ' ἡγεμὼν
Γῆς τῆσδε, πρὶν σὲ τήνδ' ἀπευθύνειν πόλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔξοιδ' ἀκούων· οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω.

ΚΡΕΩΝ.

Τούτου θανόντος, νῦν ἐπιστέλλει σαφῶς
Τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν τινάς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἷδ' εἰσὶ ποῦ γῆς; ποῦ τόδ' εὑρεθήσεται
Ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας;

ΚΡΕΩΝ.

Ἐν τῇδ' ἔφασκε γῇ. τὸ δὲ ζητούμενον
Ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον.

OEDIPUS. Nam quis homo est, cuius caedem significat?

CREON. Fuit nobis, o Rex, urbis huius olim dominator Laïus, antequam tu ad regni clavum accederes.

OEDIPUS. Audire memini: sed virum nunquam vidi.

CREON. Huius exstincti iam mandat aperte Apollo, ut quosdam auctores caedis puniamus.

OEDIPUS. Ubi gentium illi sunt? ubi deprehendetur vestigium aliquod veteris sceleris, quo nulla ducat coniectura?

CREON. Hac ipsa in urbe dixit. Quod quaeritur, id invenire est: at effugit, quod negligitur.

[redacted]

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πότερα δ' ἐν οἴκοις, ἢ 'ν ἀγροῖς ὁ Λάϊος,
Ἢ γῆς ἐπ' ἄλλης, τῷδε συμπίπτει φόνῳ;

ΚΡΕΩΝ.

Θεωρὸς, ὡς ἔφασκεν, ἐκδημῶν, πάλιν
Πρὸς οἶκον οὐκ ἔθ' ἵκεθ', ὡς ἀπεστάλη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐδ' ἄγγελός τις, οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ
Κατεῖδ', ὅτου τις ἐκμαθὼν ἐχρήσατ' ἄν;

ΚΡΕΩΝ.

Θνήσκουσι γὰρ, πλὴν εἷς τις, ὃς φόβῳ φυγὼν,
Ὧν εἶδε, πλὴν ἓν, οὐδὲν εἶχ' εἰδὼς φράσαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὸ ποῖον; ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν,
Ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν ἐλπίδος.

ΚΡΕΩΝ.

Λῃστὰς ἔφασκε ξυντυχόντας, οὐ μιᾷ
Ῥώμῃ κτανεῖν νιν, ἀλλὰ σὺν πλήθει χερῶν.

Oedipus. Sed dic mihi, utrum in urbe, an ruri, an vero peregrina in regione Laïus interfectus fuerit.

Creon. Profectus, ad consulendum oraculum, ut aiebat, domum amplius non rediit, ex quo abiit semel.

Oedipus. Nec nuntius quispiam, nec comes itineris conspexit, unde aliquis rem, uti gesta est, possit exquirere?

Creon. Periere omnes praeter unum, nescio quem, qui metu aufugit, quaeque vidit, eorum nihil nisi unum referre potuit.

Oedipus. Quidnam id est? Ex uno enim multa investigari possint, si parvum initium spei capiamus.

Creon. Latronum ait occurrisse validam manum, horumque numero oppressum periisse.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς οὖν ὁ λῃστὴς, εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ
Ἐπράσσετ' ἐνθένδ', ἐς τόδ' ἂν τόλμης ἔβη;

ΚΡΕΩΝ.

Δοκοῦντα ταῦτ' ἦν· Λαΐου δ' ὀλωλότος;
Οὐδεὶς ἀρωγὸς ἐν κακοῖς ἐγίγνετο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κακὸν δὲ ποῖον ἐμποδὼν, τυραννίδος
Οὕτω πεσούσης, εἶργε τοῦτ' ἐξειδέναι;

ΚΡΕΩΝ.

Ἡ ποικιλῳδὸς Σφὶγξ τὰ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν,
Μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ, προςήγετο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' ἐξ ὑπαρχῆς αὖθις αὔτ' ἐγὼ φανῶ·
Ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σὺ,
Πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν·
Ὥςτ' ἐνδίκως ὄψεσθε κἀμὲ ξύμμαχον,
Γῇ τῇδε τιμωροῦντα, τῷ θεῷ θ' ἅμα.

Oedipus. Sed latro, nisi oblato ab aliquo cive praemio incitatus fuisset, qui eo processisset audaciae?

Creon. Sic erat suspicio: sed Laio exstincto nullus in malis vindex exortus est.

Oedipus. Quid vero mali obstitit, rege sic interemto, ne fieret inquisitio?

Creon. Perplexa vates Sphinx, quae ante pedes erant, omissis incertis, dispicere nos adegit.

Oedipus. At ab initio haec ego repetita proferam in lucem: digne enim Apollo, digne etiam tu pro mortuo rege curam hanc suscepistis. Quocirca me quoque adiutorem iustum videbitis, urbis huius, divinique simul oraculi pro-

Ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων,
Ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ, τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος.
Ὅςτις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανὼν, τάχ' ἂν
Κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι.
Κείνῳ προςαρκῶν οὖν, ἐμαυτὸν 'ὠφελῶ.
Ἀλλ' ὡς τάχιστα, παῖδες, ὑμεῖς μὲν βάθρων
Ἵστασθε, τούςδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους·
Ἄλλος δὲ Κάδμου λαὸν ὧδ' ἀθροιζέτω,
Ὡς πᾶν ἐμοῦ δράσοντος· ἢ γὰρ εὐτυχεῖς
Ξὺν τῷ θεῷ φανούμεθ', ἢ πεπτωκότες.

ΙΕΡΕΥΣ.

Ὦ παῖδες, ἱστώμεσθα· τῶνδε γὰρ χάριν
Καὶ δεῦρ' ἔβημεν, ὧν ὅδ' ἐξαγγέλλεται.
Φοῖβος δ', ὁ πέμψας τάςδε μαντείας, ἅμα
Σωτήρ θ' ἵκοιτο, καὶ νόσου παυστήριος!

ΧΟΡΟΣ.

στροφ. α'. Ὦ Διὸς ἀδυεπὴς φάτι, τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου
Πυθῶνος ἀγλαὰς ἔβας

pugnatorem. Non enim remotiorum amicorum gratia, sed meapte causa hoc amovebo scelus. Quicunque enim illum occidit, forsitan is eadem audacia in me grassaretur. Illi ergo dum opitulor, mihi ipsi prosum. At quam celerrime vos quidem pueri e sedibus surgite, sublatis his supplicibus ramis: Cadmi vero populum huc in concionem vocet aliquis. Quippe omnia experiar: deo enim auspice aut felices erimus, aut pessum ibimus.

Sacerdos. Surgamus, o pueri: horum etenim causa huc venimus, quae hic edicit. Qui vero has sortes misit Apollo, simul servator nobis adsit, morbumque depellat.

Chorus. O Iovis dulcisona dictio, qualis tandem opulentis a Delphis nobiles ad-

στρ. γ'. Ὅς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων
Φλέγει με περιβόητος ἀντιάζων,
Παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι
Ἄπουρον πάτρας, εἴτ' ἐς μέγαν
Θάλαμον Ἀμφιτρίτας,
Εἴτ' ἐς τὸν ἀπόξενον ὅρμον
Θρᾴκιον κλύδωνα·
Τελέα γὰρ ἤν τι νὺξ ἀφῇ,
Τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται·
Τὸν, ὦ πυρφόρα κράτη νέμων, Ζεῦ
Πάτερ, ὑπὸ σῷ φθίσον κεραυνῷ!

ἀντιστρ. γ'. Λύκει' ἄναξ, χρυσοστρόφων
Ἀδάμαστ' ἀπ' ἀγκύλων βέλε' ἐνδατεῖσθαι
Θέλοιμι προσταθέντα, τάς τε πυρ-
φόρους Ἀρτέμιδος αἴγλας, ξὺν αἷς
Λύκει' ὄρεα διάσσει·
Τὸν χρυσομίτραν τε κικλήσκω,
Τᾶσδ' ἐπώνυμον γᾶς,
Οἰνῶπα Βάκχον εὔιον,
Μαινάδων ὁμόστολον,

Qui nunc depositis ferreis armis urit me maximo clamore irruens, retrogrado cursu fugere coge patria mea extorrem, sive in immensum thalamum Amphitrites, sive ad litus inhospitale Thracii sali. Nam si quid reliqui nox fecit, id insequens absumit dies. Martem illum, inquam, o coruscorum fulgurum potens Iupiter, confice fulmine!

Utinam, o Rex Ly tela invicta ab aurec cu distribueres, tuta et igneas Diana f quibus Lyceos montes currit; aureaque c rum mitra invoco, gnominem huius u purpureum Bacchum ïum-, Maenadum c

[redacted]

Πλασθῆναι, φλέγοντ᾽ ἀγλαῶπι πεύκᾳ,
᾽πὶ τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Αἰτεῖς· ἃ δ᾽ αἰτεῖς, τἄμ᾽ ἐὰν θέλῃς ἔπη
Κλύων δέχεσθαι, τῇ νόσῳ θ᾽ ὑπηρετεῖν,
᾽Αλκὴν λάβοις ἂν κἀνακούφισιν κακῶν·
῞Α ᾽γὼ ξένος μὲν τοῦ λόγου τοῦδ᾽ ἐξερῶ,
Ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος. οὐ γὰρ ἂν μακρὰν
῎Ιχνευον αὐτὸς, μὴ οὐκ ἔχων τι ξύμβολον.
Νῦν δ᾽ (ὕστερος γὰρ ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ)
῾Υμῖν προφωνῶ πᾶσι Καδμείοις τάδε.
῞Οστις ποθ᾽ ὑμῶν Λάϊον τὸν Λαβδάκου
Κάτοιδεν, ἀνδρὸς ἐκ τίνος διώλετο,
Τοῦτον κελεύω πάντα σημαίνειν ἐμοὶ,
Κεἰ μὲν φοβεῖται, τοὐπίκλημ᾽ ὑπεξελὼν
Αὐτὸς καθ᾽ αὑτοῦ· πείσεται γὰρ ἄλλο μὲν
᾽Αστεργὲς οὐδὲν, γῆς δ᾽ ἄπεισιν ἀβλαβής.

tem, ut veniat lucida comburens taeda, contra infamem hunc inter Deos Deum.

Oedipus. Audio quid roges: uti rogas autem, si velis dictis meis auscultare, et huic morbo succurrere, remedium consequaris et levamen malorum. Eloquar vero, ut qui nunc primum haec audio, alienusque sum a re gesta. Neque enim investigando multum ipse promoverem, qui nullum indicium habeo. Nunc autem vobis Cadmeis civibus, quos inter censeor ego novissimus, omnibus haec edico. Quicunque vestrûm novit, quonam ab homine Laïus Labdaci filius interfectus fuit, hunc iubeo, ut rem omnem indicet mihi: etiam si metus eum cohibeat, tacendoque cogitet crimen a se amoliri, indicet tamen: patietur enim nihil aliud acerbi, quam ut ex hac urbe abeat incolumis.

Εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδεν ἐξ ἄλλης χθονὸς
Τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω· τὸ γὰρ
Κέρδος τελῶ 'γὼ, χ' ἡ χάρις προσκείσεται.
Εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε, καί τις ἢ φίλου
Δείσας ἀπώσει τοὔπος, ἢ χ' αὑτοῦ, τόδε,
Ἃ 'κ τῶνδε δράσω, ταῦτα χρὴ κλύειν ἐμοῦ.
Τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστὶ, γῆς
Τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
Μήτ' εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινὰ,
Μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασι
Κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν.
Ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος
Τοῦδ' ἡμὶν ὄντος, ὡς τὸ Πυθικὸν θεοῦ
Μαντεῖον ἐξέφηνεν ἀρτίως ἐμοί.
Ἐγὼ μὲν οὖν τοιόσδε τῷ τε δαίμονι
Τῷ τ' ἀνδρὶ τῷ θανόντι σύμμαχος πέλω.
Κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις
Εἷς ὢν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα,

Si vero quis alium peregrina ex regione novit auctorem caedis, ne sileat: mercedem enim persolvam ei, accedetque insuper gratia. Sin autem tacebitis, et aliquis vel amico metuens, vel sibi ipsi, reiecerit haec mea dicta, quid deinde facturus sim percipitote. Hominem hunc, quisquis ille sit, edico ne quis terrae huius incola, quae regitur imperio meo, excipiat hospitio, neque adloquatur, neque in Deûm supplicationibus vel sacrificiis participem admittat, nec lustrali adspergat aqua: sed arceant a laribus omnes, ut qui piaculum sit nobis, uti Pythicae sortes dei modo declararunt mihi. Hoc igitur pacto et deo, et peremto viro opitulor. Exsecror autem latentem caedis auctorem, sive is solus, sive pluribus adiutus facinus commiserit,

[redacted]

Κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρίψαι βίον.
Ἐπεύχομαι δ', οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος
Ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτο μὴ οὐ ξυνειδότος,
Παθεῖν, ἅπερ τοῖσδ' ἀρτίως ἠρασάμην.
Ὑμῖν δὲ ταῦτα πάντ' ἐπισκήπτω τελεῖν,
Ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ, τοῦ θεοῦ τε, τῆςδέ τε
Γῆς, ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης.
Οὐδ', εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον,
Ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾷν,
Ἀνδρός γ' ἀρίστου βασιλέως τ' ὀλωλότος,
Ἀλλ' ἐξερευνᾷν· νῦν δέ γ' ἐπικυρῶ τ' ἐγὼ,
Ἔχων μὲν ἀρχὰς, ἃς ἐκεῖνος εἶχε πρὶν,
Ἔχων δὲ λέκτρα, καὶ γυναῖχ' ὁμοσπόρον,
Κοινῶν τε παίδων κοίν' ἂν, εἰ κείνῳ γένος
Μὴ 'δυςτύχησεν, ἦν ἂν ἐκπεφυκότα·
Νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη.

ut malus male absumat infelicem vitam. Quin imprecor etiam, si in ipsius mei nescientis aedibus conversetur, ut patiatur eadem, quae his modo imprecatus sum. Vobis autem omnia ista ut exsequamini praecipio, mei ipsius gratia, tum dei, regionisque huius, sic sterilitate et numine negligente afflictae. Neque enim vos, etsi deus non iusserat, sic inexpiatum linquere decebat scelus, fortissimo viro, eodemque Rege interemto; sed penitus inquirere oportebat; nunc vero auctor sum ipse quoque, qui et regnum obtineo, quod obtinuit ille antea, qui et eius coniugem habeo consortem procreandae sobolis, et communes cum eo liberos, si felici fuisset auctus prole, suscepissem; nunc autem in illius caput mala ingruit fortuna.

Ἀνθ' ὧν ἐγὼ τοῦδ', ὡςπερεὶ τοῦ 'μοῦ πατρὸς,
Ὑπερμαχοῦμαι, κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι,
Ζητῶν τὸν αὐτόχειρα τοῦ φόνου λαβεῖν,
Τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ, Πολυδώρου τε, καὶ
Τοῦ πρόσθε Κάδμου, τοῦ πάλαι τ' Ἀγήνορος.
Καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν εὔχομαι θεοὺς
Μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινὰ,
Μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας, ἀλλὰ τῷ πότμῳ
Τῷ νῦν φθερεῖσθαι, κἄτι τοῦδ' ἐχθίονι.
Ὑμῖν δὲ τοῖς ἄλλοισι Καδμείοις, ὅσοις
Τάδ' ἔστ' ἀρέσκονθ', ἥ τε σύμμαχος Δίκη
Χ' οἱ πάντες εὖ ξυνεῖεν εἰςαεὶ θεοί.

ΧΟΡΟΣ.

Ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ.
Οὔτ' ἔκτανον γὰρ, οὔτε τὸν κτανόντ' ἔχω
Δεῖξαι· τὸ δὲ ζήτημα, τοῦ πέμψαντος ἦν
Φοίβου τόδ' εἰπεῖν, ὅςτις εἴργασταί ποτε.

Quapropter ego pro illo tanquam pro meo patre propugnabo, et omnia experiar, ut deprehendam peremtorem filii Labdaci, Polydorique et Cadmi, vetustique Agenoris. Qui autem his meis mandatis non paruerint, iis precor deos, ne fruges terra proferat ullas, neve mulieres pariant sobolem; sed eadem, qua nunc afflictamur, intereant lue, vel alia etiam acerbiore. Vobis autem ceteris Cadmi posteris, cunque ista adprobatis cor ut sit adiutrix Iu et omnes semper laet sint dei.

Chorus. Ut me exs tione hac obligasti, sic Rex, respondebo: n enim ipse peremi, ne peremerit indicare pos sed quaestionem han plicare debebat qui proposuit Apollo, qui dem ille sit, qui s commisit.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Δίκαι' ἔλεξας· ἀλλ' ἀναγκάσαι θεοὺς,
Ἃ ἂν μὴ θέλωσιν, οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ.

ΧΟΡΟΣ.

Τὰ δεύτερ' ἐκ τῶνδ' ἂν λέγοιμ', ἅ μοι δοκεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Εἰ καὶ τρίτ' ἐστὶ, μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνακτ' ἄνακτι ταὔθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι
Μάλιστα Φοίβῳ Τειρεσίαν, παρ' οὗ τις ἂν
Σκοπῶν τάδ', ὦ 'ναξ, ἐκμάθοι σαφέστατα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' οὐκ ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην·
Ἔπεμψα γὰρ, Κρέοντος εἰπόντος, διπλοῦς
Πομπούς· πάλαι δὲ μὴ παρὼν θαυμάζεται.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν τά γ' ἄλλα κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη.

Oedipus. Iusta dicis: sed cogere deos nemo unquam possit, ut quae nolint faciant.

Chorus. Secunda ab his dicam, quae usui esse mihi videntur.

Oedipus. Vel tertia, si quae habes, ne omittas dicere.

Chorus. Regem Tiresiam scio eadem, quae rex Apollo, videre, a quo si quis exquirat, o rex, rem explorare possit certissime.

Oedipus. Sed ne hoc quidem neglexi: misi enim Creontis monitu viros, qui eum arcessant, duos, eumque nondum adesse iampridem miramur.

Chorus. Enimvero cetera nihili sunt, et inanes rumores.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὰ ποῖα ταῦτα; πάντα γὰρ σκοπῶ λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Θανεῖν ἐλέχθη πρός τινων ὁδοιπόρων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἤκουσα κἀγώ· τὸν δ᾽ ἰδόντ᾽ οὐδεὶς ὁρᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ᾽ εἴ τι μὲν δὴ δείματός γ᾽ ἔχει μέρος,
Τὰς σὰς ἀκούων οὐ μενεῖ τοιάσδ᾽ ἀράς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὧι μή ᾽στι δρῶντι τάρβος, οὐδ᾽ ἔπος φοβεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ᾽ οὐξελέγξων αὐτόν ἐστιν· οἵδε γὰρ
Τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ᾽ ἄγουσιν, ᾧ
Τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ πάντα νωμῶν, Τειρεσία, διδακτά τε,

Oedipus. Quaenam illa sunt? quodlibet enim dictum perpendo.

Chorus. Occisus dictus fuit a quibusdam viatoribus.

Oedipus. Audivi et ego: sed qui adfuerit, quum occideretur, testis nullus adhuc adparuit.

Chorus. Sed nisi prorsus timoris est expers, quum tuas tam diras audierit impre tiones, eas non sustinebi

Oedipus. Qui scelus I trare non timet, is ver minus metuit.

Chorus. Sed adest c eum redarguet: hi en divinum vatem iam h adducunt, cui veritas ing nita est mortalium soli.

Oedipus. O qui omi perspicis animo, fanda

Ἄῤῥητά τ', οὐράνιά τε, καὶ χθονοστιβῆ,
Πόλιν μὲν, εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως
Οἵᾳ νόσῳ ξύνεστιν· ἧς σε προστάτην
Σωτῆρά τ', ὦ 'ναξ, μοῦνον ἐξευρίσκομεν.
Φοῖβος γὰρ, εἰ καὶ μὴ κλύεις τῶνδ' ἀγγέλων,
Πέμψασιν ἡμῖν ἀντέπεμψεν, ἔκλυσιν
Μόνην ἂν ἐλθεῖν τοῦδε τοῦ νοσήματος,
Εἰ τοὺς κτανόντας Λάϊον, μαθόντες εὖ,
Κτείναιμεν, ἢ γῆς φυγάδας ἐκπεμψαίμεθα.
Σὺ δ' οὖν, φθονήσας μήτ' ἀπ' οἰωνῶν φάτιν,
Μήτ' εἴ τιν' ἄλλην μαντικῆς ἔχεις ὁδὸν,
Ῥῦσαι σεαυτὸν καὶ πόλιν, ῥῦσαι δ' ἐμὲ,
Ῥῦσαι δὲ πᾶν μίασμα τοῦ τεθνηκότος·
Ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν· ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
Ἔχοι τε καὶ δύναιτο, κάλλιστος πόνων.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Φεῦ, φεῦ, φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη

Scena est in Attica, in Κολωνῷ Ἱππίῳ, prope templum Venerandarum dearum. chorus constat ex Atheniensibus.

[redacted]

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΞΕΝΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΑΤΤΙΚΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΘΗΣΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.

DRAMATIS PERSONAE.

OEDIPUS.
ANTIGONE.
HOSPES.
CHORUS ATTICORUM SENUM.
ISMENE.
THESEUS.
CREON.
POLYNICES.
NUNTIUS.

Ἠ πρὸς βεβήλοις, ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
Στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθώμεθα
Ὅπου ποτ᾽ ἐσμέν· μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
Ξένοι πρὸς ἀστῶν, χ᾽ ἃ ᾽ν ἀκούσωμεν, τελεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάτερ ταλαίπωρ᾽, Οἰδίπους, πύργοι μὲν οἳ
Πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ᾽ ὀμμάτων, πρόσω·
Χῶρος δ᾽ ὅδ᾽ ἱερὸς, ὡς σάφ᾽ εἰκάσαι, βρύων
Δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι
Δ᾽ ἔσω κατ᾽ αὐτὸν εὐστομοῦσ᾽ ἀηδόνες.
Οὗ κῶλα κάμψον, τοῦδ᾽ ἐπ᾽ ἀξέστου πέτρου·
Μακρὰν γὰρ, ὡς γέροντι, προὐστάλης ὁδόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κάθιζέ νύν με, καὶ φύλασσε τὸν τυφλόν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Χρόνου μὲν οὕνεκ᾽ οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.

vel profana in exedra sedentem, vel sacro in luco, siste me et erige, ut percontemur, quo tandem in loco simus; peregrini enim venimus, ut a civibus edocti, quod facto opus sit, exsequamur.

Antigone. O calamitose pater Oedipe, turres non procul quidem, ut te edoceam, cingunt urbem; locus autem hic sacer est, ut manifestis ex indiciis colligo, quippe qui lauro, olea et vitibus crebris consitus est; intus vero frequentes lusciniae dulces ore fundunt sonos. Huc conside in hoc rudi saxo; longam enim pro sene confecisti viam.

Oedipus. Colloca nunc me et custodi caecum.

Antigone. Satis longo ex tempore adsuevi hoc facere, ut me moneri opus non sit.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔχεις διδάξαι δή μ', ὅπου καθέσταμεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα· τὸν δὲ χῶρον, οὔ·
Πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἡμῖν ἐμπόρων.
Ἀλλ', ὅςτις ὁ τόπος, ἦ μάθω μολοῦσά ποι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ναὶ, τέκνον, εἴπερ γ' ἐστὶν ἐξοικήσιμος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητός· οἴομαι δὲ δεῖν
Οὐδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ δεῦρο προςστείχοντα κἀξορμώμενον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καὶ δὴ μὲν οὖν παρόντα· χὤ τι σοι λέγειν
Εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ὡνὴρ ὅδε.

Oedipus. Potesne, quaeso, certum me facere, quo loco constiterimus.

Antigone. Athenas quidem novi; sed locum hunc ignoro: illud enim nobis dixit quivis viator. Sed quis hic locus sit, visne ut progressa exquiram?

Oedipus. Admodum, filia, siquidem habitabilis est.

Antigone. Atqui habitatus est. Sed abire me non opus esse arbitror: eccum enim virum prope nos video.

Oedipus. Accedentemne huc et festinantem?

Antigone. Quin iam praesentem. Itaque quidquid e re tua videbitur, proloquere; nam vir adest, quem dixi.

[redacted]

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ ξεῖν', ἀκούων τῆςδε, τῆς ὑπέρ τ' ἐμοῦ
Αὐτῆς θ' ὁρώσης, οὕνεχ' ἡμῖν αἴσιος
Σκοπὸς προςήκεις, τῶν ἀδηλοῦμεν, φράσαι. . . .

ΞΕΝΟΣ.

Πρίν νυν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆςδ' ἕδρας
Ἔξελθ'· ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;

ΞΕΝΟΣ.

Ἄθικτος, οὐδ' οἰκητός· αἱ γὰρ ἔμφοβοι
Θεαί σφ' ἔχουσι, Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων;

ΞΕΝΟΣ.

Τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν
Εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.

Oedipus. O hospes, postquam ex hac audivi, quae pro me et pro se videt, te opportunum advenire speculatorem, qui ea nobis expedias, de quibus incerti sumus —

Hospes. Priusquam plura sciscitcris, ex ista sede abi: nam tenes locum, quo intrare nefas est.

Oedipus. Quis ergo locus est? Cui deorum sacer est?

Hospes. Quem neque tangere, neque habitare fas est: terribiles enim eum tenent deae, Terrae et Erebi filiae.

Oedipus. Quasnam, audito venerando nomine, invocaverim?

Hospes. Omnia cernentes Eumenidas eas appellare solet hic populus: sed alia alibi placent.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
Ὥστ' οὐχ ἕδρας γε τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.

ΞΕΝΟΣ.

Τί δ' ἔστι τοῦτο;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς.

ΞΕΝΟΣ.

Ἀλλ' οὐδὲ μέν τοι τοὐξανιστάναι πόλεως
Δίχ' ἔστι θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς,
Τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω, φράσαι.

ΞΕΝΟΣ.

Σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν;

Oedipus. Utinam ergo propitiae me accipiant! quippe ex hoc loco non excessero umquam.

Hospes. Quid hoc rei est?

Oedipus. Signum ad fortunas meas pertinens.

Hospes. Haud sane privatim te ex hoc loco abigere ausim: sed re ad cives delata rogabo, quid facto opus sit.

Oedipus. At per deos te obsecro, hospes, ne me talem mendicum ita despicatui habeas, ut nolis mihi declarare, quae te enixe rogo.

Hospes. Significa quid velis; non enim a me contemtus eris.

Oedipus. Quis hic locus est, obsecro, in quo constitimus?

ΞΕΝΟΣ.

Ὅσ' οἶδα κἀγὼ, πάντ' ἐπιστήσει κλύων.
Χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἐστ'· ἔχει δέ νιν
Σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς· ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον
Χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὀδὸς,
Ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πλησίον γύαι
Τὸν ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
Ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα
Τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.
Τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστὶν, ὦ ξέν', οὐ λόγοις
Τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ γάρ τινες ναίουσι τούσδε τοὺς τόπους;

ΞΕΝΟΣ.

Καὶ κάρτα τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄρχει τὶς αὐτῶν, ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;

Hospes. Quae quidem ego scio, ex me audies omnia. Locus hic quidem totus sacer est; tenet autem eum verendus Neptunus, et ignifer Deus Titan Prometheus; quodque nunc calcas solum, id terrae huius appellatur aereum limen, Athenarum firmamentum: at vicina arva equestrem Colonum praesidem suum gloriantur esse, atque ex eo communi nomine omnes appellati sunt. Haec ita sunt, ut dico, hospes, non fama magis quam ipso usu mihi cognita.

Oedipus. Num igitur hisce in locis habitant homines aliqui?

Hospes. Certe, et quidem ab hoc deo nomen habentes.

Oedipus. Regnumne quispiam hic tenet, an penes multitudinem imperium est?

ΞΕΝΟΣ.

Ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;

ΞΕΝΟΣ.

Θησεὺς καλεῖται, τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;

ΞΕΝΟΣ.

Ὡς πρός τι λέξων, ἢ καταρτύσων μολεῖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὡς ἂν, προςαρκῶν σμικρὰ, κερδάνῃ μέγα.

ΞΕΝΟΣ.

Καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅσ' ἂν λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.

Hospes. Ista a rege, qui urbi praeest, gubernantur.

Oedipus. Is vero quisnam est, qui iure et viribus dominatur?

Hospes. Theseus vocatur, Aegei, qui ante eum regnavit, filius.

Oedipus. An ergo aliquis ex vobis nuntius ad eum ire velit?

Hospes. Nuntiaturusne aliquid, an effecturus, ut huc se conferat?

Oedipus. Ut parvo pro beneficio magnum lucrum auferat.

Hospes. Et quid opis ab homine caeco adferri possit?

Oedipus. Quae dicturi sumus, perspicua erunt omnia.

ΞΕΝΟΣ.

Οἶσθ', ὦ ξέν', ὥς νυν μὴ σφαλῇς; ἐπείπερ εἶ
Γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος·
Αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, ἕως ἐγὼ
Τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ, δημόταις
Λέξω τάδ' ἐλθών· οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε,
Εἰ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνον, ἦ βέβηκεν ἡμῖν ὁ ξένος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Βέβηκεν, ὥςτε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ,
Ἔξεστι φωνεῖν, ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
Πρώτων ἐφ' ὑμῶν δυςτυχὴς ἔκαμψ' ἐγὼ,
Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες,
Ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ἐξέχρη κακὰ,

Hospes. Scin' igitur, hospes, quomodo ab errore tibi caveas? si quidem es, ut videtur, generosus, praeter calamitatem tuam: istic mane, ubi adparuisti, donec ego popularibus huius pagi, non urbis incolis, haec nuntiem: illi enim decernent, utrum oporteat te manere, an hinc abscedere.

Oedipus. O filia, anne abiit hospes?

Antigone. Abiit. Proinde omnia tibi, pater, liberum est otiose proloqui: nam ego sola adsum.

Oedipus. O venerandae, terribiles adspectu deae, quandoquidem vestra est prima sedes, ad quam miser ego diverti, ne Apollini et mihi sitis iniquae. Is enim, quum multas illas mihi praenuntiaret calamitates,

Ταύτην ἔλεξε παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ,
Ἐλθόντι χώραν τερμίαν, ὅπου Θεῶν
Σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν,
Ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον,
Κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις,
Ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν·
Σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδ' ἐμοὶ παρηγγύα,
Ἢ σεισμὸν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.
Ἔγνωκα μέν νυν, ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν
Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν
Ἐξήγαγ' ἐς τόδ' ἄλσος· οὐ γὰρ ἄν ποτε
Πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν,
Νήφων ἀοίνοις, κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην
Βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον. ἀλλ' ἐμοὶ, θεαὶ,
Βίου, κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος, δότε
Πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα,

haec praedixit post longum tempus requiem malorum: ubi, quum venissem in extremam regionem, apud venerandas deas sede et hospitio exciperer, ibi me finiturum esse aerumnosam vitam, cum lucro quidem eorum qui me reciperent, cum damno vero eorum qui me eiecissent; eaque promisit significatum iri mihi vel terrae motu, vel tonitru, vel Iovis fulgure. Enimvero haud dubie intelligo, me ad hunc lucum prospero certo a vobis augurio adductum fuisse, vobisque viae ducibus: alioquin haud umquam iter sic temere faciens, in vos primas incidissem, sobrius in sobrias, atque in hac veneranda rudi sede consedissem. Quare mihi demum, o deae, iuxta Apollinis responsa, concedite, ut quocunque modo vitam finiam; nisi

Εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν, ἀεὶ
Μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.
Ἴτ', ὦ γλυκεῖαι παῖδες ἀρχαίου Σκότου,
Ἴτ', ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεναι,
Πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις,
Οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον
Εἴδωλον! οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σίγα· πορεύονται γὰρ ὧδε δή τινες
Χρόνῳ παλαιοὶ, σῆς ἕδρας ἐπίσκοποι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Σιγήσομαί τε, καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα
Κρύψον κατ' ἄλσος, τῶνδ' ἕως ἂν ἐκμάθω,
Τίνας λόγους ἐροῦσιν· ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν
Ἔνεστιν ηὐλάβεια τῶν ποιουμένων.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Ὅρα!
Τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει; ποῦ κυρεῖ ἐκτόπι-
ος συθείς; — Ἀπάντα,

forte non satis malorum habere videor, qui perpetuis conflictor aerumnis, iisque maximis quas humana sors ferat. Agite, o dulces filiae antiqui Erebi, age, o quae magna a Pallade nomen habes, Athenarum nobilissima civitas; misereat vos huius miserrimae umbrae Oedipi! non enim hoc meum pristinum corpus est.

Antigone. Sile: ecce enim huc veniunt aetate quidam provecti viri, inspecturi ubi sedeas.

Oedipus. Silebo: tu vero me duc ex via et absconde in luco, donec audiero, quosnam hi conferent sermones: nam in explorando inest cautio eorum quae agenda sunt.

Chorus. Dispice: quisnam erat? ubi moratur? quonam evasit ex hoc loco erumpens? — Responde,

Ὁ πάντων ἀκορέστατος! —
Λεύσσεις νιν; προςδέρκου, προςφθέγγου, πανταχῇ!
Πλανάτας, πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐ-
δ' ἔγχωρος· προςέβα γὰρ οὐκ
Ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς
Τᾶνδ' ἀμαιμακέταν κορᾶν,
Ἃς τρέμομεν λέγειν, καὶ παραμειβόμε-
σθ' ἀδέρκτως, ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς
Εὐφήμου στόμα φροντίδος
Ἱέντες. Τὰ δὲ νῦν τιν' ἥκειν
Λόγος οὐχ ἅζονθ', ὃν ἐγὼ λεύσσων
Περὶ πᾶν οὔπω δύναμαι τέμενος
Γνῶναι ποῦ μοι ποτὲ ναίει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ· φωνῇ γὰρ ὁρῶ,
Τὸ φατιζόμενον.

ΧΟΡΟΣ.

Δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν!
Ἰώ, ἰώ!

omnium maxime insatiabilis! — Videsne eum? inspice, inclama ubique. Profecto vagus quis est exterus ille senex. Alioquin inaccessum lucum haud subiisset hunc indomitarum virginum, quas nomine compellare veremur, quasque praeterimus aversis oculis, muti, non colloquentes, tacite nobiscum bene ominata verba fundentes. Nunc vero aliquem venisse ferunt, nihil ista reverentem, quem ego circumspectans per omne nemus nondum possum videre, sicubi delitescit.

Oedipus. Ille ego adsum: nam, ut aiunt, voce video.

Chorus. Gravis adspectu, gravis et auditu! vah, vah!

[redacted]

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μή μ', ἱκετεύω, προςίδητ' ἄνομον!

ΧΟΡΟΣ.

Ζεῦ ἀλεξῆτορ, τίς ποθ' ὁ πρεσβεύς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι
Πρώτης, ὦ τῆςδ' ἔφοροι χώρας.
Δηλῶ δ'· οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις
Ὄμμασιν εἷρπον,
Κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. ά. Ἒ ἔ.
Ἀλαῶν ὀμμάτων ἆρα καὶ ἦσθα φυ-
τάλμιος δυςαίων,
Μακραίων θ', ὅσ' ἐπεικάσαι.
Ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἡμῖν προςθήσεις τάςδ' ἀράς·
Περᾷς γάρ, περᾷς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ-
φθέγκτῳ μὴ προςπέσῃς νάπει

Oedipus. Ne me, obsecro, pro legum contemtore habeatis.

Chorus. Iupiter propulsator! Quisnam hic est senex?

Oedipus. Haud sane, cuius felicitatem prae ceteris quis praedicet, o terrae huius praesides: et hoc re ipsa ostendo: alioqui non sic alienis oculis gressus meos regerem, nec grandis parvo niterer fulcro.

Chorus. Hei, hei! Caecus ergo es, pater infelix, et grandaevus, ut coniicere est. Sed haud sane, quantum per me licebit, his noxam addes, ob quam diris devovearis. Transibis enim, transibis; sed ne irruas in taciturnum hunc herbidum

Ποιάεντι, κάθυδρος οὗ
Κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν
Ῥεύματι συντρέχει. Τῶ, ξένε πάμμορ', εὖ
Φύλαξαι! μετάσταθ', ἀπόβαθι! πολ-
λὰ κέλευθος ἐρατύοι! —
Κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα;
Λόγον εἴ τιν' ἔχεις πρὸς ἐμὰν λέσχαν,
Ἀβάτων ἀποβὰς, ἵνα πᾶσι νόμος,
Φώνει· πρόσθεν δ' ἀπερύκου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἶσα χρὴ μελετᾶν,
Εἰπόντας, ἃ δεῖ, κἀκούοντας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πρόςθιγέ νύν μου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ψαύω καὶ δή.

lucum, ubi crater aquae liquati mellis latice miscetur. Quare, infelix hospes, diligenter cave: retrocede, abi! multa te via seiungat! Audisne, o aerumnose mendice? si sermones mecum miscere cupis, e sacro primum loco egredere, et, ubi fas est omnibus, loquere; prius vero tempera me adfari.

Oedipus. O gnata, quo convertendum?

Antigone. O pater, civium moribus congrua facere nos decet, dicentes, quae decet, audientesque.

Oedipus. Adprehende igitur me.

Antigone. Adprehendo autem.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ,
Πιστεύσας καὶ μεταναστάς!

ΧΟΡΟΣ.

Οὔ τοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων,
Ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔτ' οὖν;

ΧΟΡΟΣ.

στρ. β'. Ἐπίβαινε πόρσω!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔτι;

ΧΟΡΟΣ.

Προβίβαζε, κούρα,
Πρόσω! σὺ γὰρ ἀΐεις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἕπεο μὰν, ἀμαυρῷ κώλῳ, πάτερ.
Τόλμα, ξεῖνος ἐπὶ ξένης,
Ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις

Oedipus. O hospites, ne, quaeso, iniuria adficiar, quum, vobis ut obtemperem, hinc abscessero.

Chorus. Haud sane te quisquam, o senex, ex isto loco invitum abducet.

Oedipus. Ulteriusne adhuc?

Chorus. Procede longius.

Oedipus. Adhucne?

Chorus. Promove, puella, ulterius; tu enim intelligis.

Antigone. Sequere igitur infirmo pede, pater. Peregrinus peregrina in terra, sustine, o miser, quod

Τέτροφεν ἄφιλον, ἀποστυγεῖν,
Τὸ φίλιόν τε σέβεσθαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄγε νυν σύ με, παῖς, ἵν' ἂν, εὐσεβίας
Ἐπιβαίνοντες, τὸ μὲν εἴπωμεν,
Τὸ δ' ἀκούσωμεν,
Καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.

ΧΟΡΟΣ.

Αὐτοῦ· μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου
Βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὕτως;

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. β'. Ἅλις, ὡς ἀκούεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ 'σθῶ;

ΧΟΡΟΣ.

Λέχρις γ' ἐπ' ἄκρου
Λάου, βραχὺς ὀκλάσας.

civitas odiosum ducit, idem et tu odisse, atque colere quod ipsa colit.

Oedipus. Duc me ergo, filia, ut pie nos gerentes dicamus vicissim et audiamus, et necessitati ne reluctemur.

Chorus. Istic consiste, neque ultra hoc suggestum saxeum amplius pedem promove.

Oedipus. Siccine?

Chorus. Satis est, inquam.

Oedipus. Sedeamne?

Chorus. Oblique in summo lapide recumbe, modice te inclinans.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάτερ (ἐμὸν τόδ', ἰώ μοι!), ἐν ἡσυχί-
ᾳ βάσει βάσιν ἁρμόσαι,
Γεραὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν
Προκλίνας φιλίαν ἐμάν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὤι μοι δύσφρονος ἄτας!

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ γ'. Ὦ τλάμων, ὅτε νῦν χαλᾷς,
Αὔδασον, τίς ἔφυσε βρο-
τῶν, τίς ὢν πολύπονος ἄγει,
Τίν' ἂν σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντιστρ. γ'. Ὦ ξέν', ἄπτολις. ἀλλὰ μή.....

ΧΟΡΟΣ.

Ἀπενέπεις τί τόδ', ὦ γέρον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μὴ, μὴ, μή μ' ἀνέρῃ, τίς εἰ-
μι, μηδ' ἐξετάσῃς ματεύων.

Antigone. Pater, (hoc meum eheu! officium est), placide gressus tuos dirige, senile corpus in caram meam manum inclinans.

Oedipus. Heu infelicem calamitatem!

Chorus. O miser, quandoquidem mihi nunc obtemperas, dic, quis genuit mortalium, quis tam aerumnosus vivis? quanam te patria ortum esse audiam?

Oedipus. O hospites, extorris sum. Sed ne —

Chorus. Quid est quod renuis, senex?

Oedipus. Ne, quaeso, me roges qui sim, neque ultra perge inquirere.

[redacted]

ΧΟΡΟΣ.

Τί τόδ' οὖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Δεινὰ φύσις.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ δ'. Αὔδα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον, ὤ μοι μοι, τί γεγώνω;

ΧΟΡΟΣ.

Τίνος εἶ σπέρμα, φώνει, πατρόθεν, ξένε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντιστρ. δ'. Ὤι ἐγὼ, τί πάθω, τέκνον; ὤ μοι!

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν.

ΧΟΡΟΣ.

Μακρὰ μέλλετε.

Chorus. Quid hoc rei est?

Oedipus. Calamitosum genus.

Chorus. Narra, quaeso —

Oedipus. Hei mihi! filia, quid dicam?

Chorus. Quo patre satus sis, ede, hospes.

Oedipus. Hei mihi! quid agam, filia? heu!

Antigone. Dic, siquidem ad incitas redactus es.

Oedipus. Haud enim celare possum.

Chorus. Diu cunctamini.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Λαΐου ἴστε τιν' ἀπόγονον, ...

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ί. Ὦ, ἰού!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τό τε Λαβδακιδᾶν γένος, ...

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ Ζεῦ!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄθλιον Οἰδιπόδαν;

ΧΟΡΟΣ.

Ὅδε γὰρ σύ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Δέος ἴσχετε μηδὲν, ὅσ' αὐδῶ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. ί. Ἰὼ, ἰὼ, ἰὼ δύσμορος! ὢ, ἰώ!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Θύγατερ, τί ποτ' αὐτίκα κύρσει;

ΧΟΡΟΣ.

Ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας!

Oedipus. Nostisne Laïi quamdam progeniem, —

Chorus. Vah, vah!

Oedipus. Genusque Labdacidarum, —

Chorus. Pro Jupiter!

Oedipus. Infelicem Oedipum?

Chorus. Tune ergo ille es?

Oedipus. Ne quem dictis ex meis metum concipe.

Chorus. Vah, vah, infelix! vah, vah!

Oedipus. O filia, quid nobis actutum fiet?

Chorus. Excedite ex hac regione.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἃ δ' ὑπέσχεο, ποῖ καταθήσεις;

ΧΟΡΟΣ.

ϛροφὴ ϛ'. Οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔργεται,
Ὧι προπετὴς, τὸ τίνειν·
Ἀπάτα δ' ἀπάταις ἑτέραις ἑτέρα
Παραβαλλομένα, πόνον, οὐ χάριν, ἀν-
τιδίδωσιν ἔχειν. Σὺ δὲ τῶνδ' ἑδράνων
Πάλιν ἔκτοπος, αὖτις ἄφορμος ἐμᾶς
Χθονὸς ἔκθορε, μή τι πέρα χρεῖος
Πόλει προςάψῃς!

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀντιϛρ. ϛ'. Ὦ ξένοι, αἰδόφρονες ἐπεὶ τόνδ' ἐμὸν
Οὐκ ἀνέτλατ', ἀκόν-
των αὐδᾶν, ἀλλ' ἐμὲ τὰν μελέαν,
Ἱκετεύομεν, ὦ ξένοι, οἰκτείραθ', ἃ
Πατρός γ' ὕπερ ἄνταμαι, οὐκ ἀλαοῖς
Προςορωμένα ὄμμα σὸν ὄμμασιν, ὥς
Τὶς ἀφ' αἵματος ὑμετέρου προφανεῖ-
σ', αἰδοῦς σφὲ κύρσαι.

Oedipus. Sed quae prius promisisti, quî efficies?

Chorus. Nemini ultio divina arcetur, ut quod temere fecerit, ne luat, et peccatum peccato respondens auctori pro gratia dolorem refert. Tu igitur sedes has linquens, quam ocissime te ex terra mea abripe, ne quod ultra civitati meae negotium facessas.

Antigone. At, hospites, quandoquidem hunc meum verecunde non sustinuistis audire memorantem haud sponte admissa, saltem obsecro, infelicem me miseramini, quae pro meo patre supplico, non caecis vos intuens oculis, tamquam si vestro e sanguine prognata essem, ut vos eius reverentia moveat.

ἐπῳδός. Ἐν ὑμῖν, ὡς θεῷ κείμεθα τλάμονες.
Ἀλλ' ἴτε, νεύσατ' εὐδόκητον χάριν!
Πρός σ' ὅ τι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι,
Ἢ τέκνον, ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός.
Οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτὸν, ὅστις ἂν,
Εἰ θεὸς ἄγοι γ', ἐκφυγεῖν δύναιτο.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἴσθι, τέκνον Οἰδίπου, σέ τ' ἐξ ἴσου
Οἰκτείρομεν καὶ τόνδε συμφορᾶς χάριν·
Τὰ δ' ἐκ θεῶν τρέμοντες, οὐ σθένοιμεν ἂν
Φωνεῖν πέρα τῶν πρὸς σὲ νῦν εἰρημένων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί δῆτα δόξης, ἢ τί κληδόνος καλῆς
Μάτην ῥεούσης, ὠφέλημα γίγνεται,
Εἰ τάς γ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας
Εἶναι, μόνας δὲ τὸν κακούμενον ξένον
Σώζειν οἵας τε, καὶ μόνας ἀρκὴν ἔχειν.

In vobis, haud secus ac in deo, spes nostrae resident. Sed agite, adnuite celebrandum beneficium. Per ego te, si quid tibi ex animo carum est, obtestor, seu proles est, seu uxor, sive possessio, sive deus. Non enim, quantumvis inquirendo, reperias hominem, qui, si deus trahat, possit effugere.

Chorus. At scito, filia Oedipi, nos vestra calamitate moveri, ut tui pariter huiusque nos misereat: sed deorum iram timentes nihil eorum, quae tibi modo diximus, mutare possumus.

Oedipus. Quid praeclara, quaeso, prodest existimatio, quidve famae egregiae decus, incassum evanescentis, siquidem Athenas aiunt esse religiosissimas, unamque omnium civitatum hospitem malis adflictum servare, unamque principatum obtinere. Mihi vero

Κἀμοίγε ποῦ ταῦτ' ἐστὶν, οἵ τινες βάθρων
Ἐκ τῶνδ' ἔμ' ἐξάραντες εἶτ' ἐλαύνετε,
Ὄνομα μόνον δείσαντες; οὐ γὰρ δὴ τό γε
Σῶμ', οὐδὲ τἄργα τἄμ'· ἐπεὶ τά γ' ἔργα μου,
Εἴ σοι τὰ μητρὸς καὶ πατρὸς χρείη λέγειν,
Πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα,
Ὧν οὕνεκ' ἐκφοβεῖ με· τοῦτ' ἐγὼ καλῶς
Ἔξοιδα· καί τοι πῶς ἐγὼ κακὸς φύσιν,
Ὅςτις παθὼν μὲν ἀντέδρων, ὥςτ' εἰ φρονῶν
Ἔπρασσον, οὐδ' ἂν ὧδ' ἐγιγνόμην κακός;
Νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην ἵν' ἱκόμην·
Ὑφ' ὧν δ' ἔπασχον, εἰδότων ἀπωλλύμην.
Ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς, ξένοι,
Ὥςπερ με κἀνεστήσαθ', ὧδε σώσατε,
Καὶ μὴ, θεοὺς τιμῶντες, εἶτα τοὺς θεοὺς
Μοίρας ποιεῖσθε μηδαμῆς· ἡγεῖσθε δὲ,
Βλέπειν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸν εὐσεβῆ βροτῶν,

ubinam ista sunt, siquidem, postquam me ex ista sede submovistis, me expellitis, solius ob metum nominis? non enim me ipsum, neque facta mea metuitis: nam quod ad facta adtinet, sunt illa potius, siquidem fas mihi sit vera tibi dicere de matre et patre, hominis iniuriam passi quam inferentis, quorum caussa me abhorres. hoc certo scio. quomodo enim malus ingenio dici possim, qui iniuriam ante passus, feci vicissim, adeo ut, si sciens fecissem, ne sic quidem censerer malus? Nunc vero imprudens eo, quo veni, delatus sum: a quibus vero passus sum ante, illi scientes me perdiderunt. Implorans igitur per deos obtestor vos, hospites: ut me erexistis, ita me esse sinite, nec, diis honorem habentes, postea deos nihili faciatis: sed credite, eos respicere, si quis inter mortales pius est, re-

[redacted]

Βλέπειν δὲ πρὸς τοὺς δυςσεβεῖς, φυγὴν δέ τοι
Μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.
Ξὺν οἷς σὺ μὴ κάλυπτε τὰς εὐδαίμονας
Ἔργοις Ἀθήνας ἀνοσίοις ὑπηρετῶν·
Ἀλλ' ὥςπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον,
Ῥύου με κἀκφύλασσε, μηδ' ἐμοῦ κάρα
Τὸ δυςπρόςωπον εἰςορῶν ἀτιμάσῃς·
Ἥκω γὰρ ἱερὸς εὐσεβής τε, καὶ φέρων
Ὄνησιν ἀστοῖς τοῖςδ'· ὅταν δὲ κύριος
Παρῇ τις ὑμῶν ὅςτις ἐστὶν ἡγεμών,
Τότ' εἰςακούων πάντ' ἐπιστήσει· τὰ δὲ
Μεταξὺ τούτου, μηδαμῶς γίγνου κακός.

ΧΟΡΟΣ.

Ταρβεῖν μὲν, ὦ γεραιὲ, τἀνθυμήματα
Πολλή 'στ' ἀνάγκη τἀπὸ σοῦ· λόγοισι γὰρ
Οὐκ ὠνόμασται βραχέσι. τοὺς δὲ τῆσδε γῆς
Ἄνακτας ἀρκεῖ ταῦτά μοι διειδέναι.

spicere quoque impios, scelestumque hominem neminem umquam effugium invenisse. Quapropter felicium Athenarum splendorem tu ne obscura, impietati serviens: sed ut me supplicem fide tua fretum accepisti, libera me et conserva: neque meum caput adspectu foedum intueri dedigneris: venio enim sacer piusque, et commoda civibus hisce ferens: quum autem quis aderit, qui princeps revera vester sit, tum audita ex me omnia pernosces; at interea ne, quaeso, in me sis iniurius.

Chorus. Necesse est, o senex, ut mihi religionem incutiant consilia tua: subtilius enim enuntiata sunt. Satis igitur mihi erit, si terrae huius moderatoribus haec declarabuntur.

[redacted]

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ ποῦ 'σθ' ὁ κραίνων τῆσδε τῆς χώρας, ξένοι;

ΧΟΡΟΣ.

Πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει· σκοπὸς δέ νιν,
Ὃς κἀμὲ δεῦρ' ἔπεμψεν, οἴχεται στελῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν' ἐντροπὴν
Ἢ φροντίδ' ἕξειν, κἀπόνως ἐλθεῖν πέλας;

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ κάρθ', ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς δ' ἔσθ' ὁ κοινῶν τοῦτο τοὔπος ἀγγέλων;

ΧΟΡΟΣ.

Μικρὰ κέλευθος, πολλὰ δ' ἐμπόρων ἔπη
Φιλεῖ πλανᾶσθαι, τῶν ἐκεῖνος ἀΐων,
Θάρσει, παρέσται· πολὺ γάρ, ὦ γέρον, τὸ σὸν
Ὄνομα διήκει πάντας, ὥστε, κεἰ βαθὺς
Εὕδει, κλύων σοῦ, δεῦρ' ἀφίξεται τάχος.

Oedipus. At ubi est regionis huius rex, hospites?

Chorus. Paternam terrae metropolin habitat. At qui me huc evocavit speculator, eum etiam vocaturus abit.

Oedipus. Ecquam putatis caeci hominis illum curam aut respectum habiturum, ut huc se conferre non gravetur?

Chorus. Admodum, ubi tuum nomen audierit.

Oedipus. Quis vero nunciorum hoc vobiscum communicavit?

Chorus. Brevis via est; multaque viatorum dicta solent dispergi, quibus ille auditis, me vide, aderit: multa enim, o senex, tui nominis fama ubique dimanavit, ut, etiamsi profunde dormiat, tuo audito nomine celeriter adventurus sit.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' εὐτυχὴς ἵκοιτο τῇ θ' αὑτοῦ πόλει,
Ἐμοί τε! τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ Ζεῦ, τί λέξω; ποῖ φρενῶν ἔλθω, πάτερ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί δ' ἔστι, τέκνον Ἀντιγόνη;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Γυναῖχ' ὁρῶ
Στείχουσαν ἡμῶν ἆσσον, Αἰτναίας ἐπὶ
Πώλου βεβῶσαν· κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς
Κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει.
Τί φῶ;
Ἆρ' ἐστίν; ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἢ γνώμης πλάνη
Καὶ φημὶ κἀπόφημι, κοὐκ ἔχω τί φῶ, τάλαινα; —
Οὐκ ἔστιν ἄλλη! φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων
Σαίνει με προςστείχουσα, σημαίνει δ', ὅτι
Μόνης τόδ' ἔστι δειλὸν Ἰσμήνης κάρα.

Oedipus. At fortunatus veniat suaeque ipsius urbi, et mihi! Quis enim bonus non est sibi ipsi amicus?

Antigone. O Iupiter! quid dicam? quid cogitem, pater?

Oedipus. Quid rei est, filia Antigone?

Antigone. Mulierem video prope ad nos venientem, Aetnaeo vectam equo, cui faciem obumbrat impositus capiti Thessalicus galerus. Quid dicam? an ea est? an non est? num mentis errore et aio, et nego, nec quid dicam habeo, misera? Non alia est: permulcet me blandus accedentis adspectus, manifestumque facit solius Ismenes hoc esse infelix caput.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς εἶπας, ὦ παῖ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Παῖδα σὴν, ἐμὴν δ' ὁρᾷν
Ὅμαιμον· αὐδῇ δ' αὐτίκ' ἔξεστιν μαθεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὦ δισσὰ πατρὸς καὶ κασιγνήτης ἐμοὶ
Ἥδιστα προςφωνήμαθ', ὡς ὑμᾶς μόλις
Εὑροῦσα λύπῃ δεύτερον μόλις βλέπω!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνον, ἥκεις;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὦ πάτερ δύςμοιρ' ὁρᾷν!

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ σπέρμ' ὅμαιμον!

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὦ δυςάθλιαι τροφαί....

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ τῆςδε κἀμοῦ;

Oedipus. Quid dixti, nata?

Antigone. Filiam tuam, meamque me videre sororem. Sed loquentem eam actutum agnosces.

Ismene. O gemina patris et sororis dulcissima mihi adloquia, quam aegre vos repertos nunc prae dolore itidem aegre adspicio!

Oedipus. Venistine, o filia?

Ismene. O pater miserabilis adspectu!

Antigone. O sata mecum ex eodem sanguine!

Ismene. O miserrimas vitas...

Oedipus. Num huiusce et mei?

[redacted]

ΙΣΜΗΝΗ.

Δυςμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον, πέφηνας;

ΙΣΜΗΝΗ.

Οὐκ ἄνευ μόχθου γ' ἐμοί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πρόςψαυσον, ὦ παῖ!

ΙΣΜΗΝΗ.

Θιγγάνω δυεῖν ὁμοῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον, τί δ' ἦλθες;

ΙΣΜΗΝΗ.

Σῇ, πάτερ, προμηθίᾳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πότερα πόθοισι;

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ λόγων αὐτάγγελος,
Ξὺν ᾧπερ εἶχον οἰκετῶν πιστῷ μόνῳ.

Ismene. Imo et mei tertiae infelicis.

Oedipus. O gnata, adesne igitur?

Ismene. Non quidem sine labore meo.

Oedipus. Amplectere me, gnata.

Ismene. Teneo simul utrosque.

Oedipus. Cur autem venisti, filia?

Ismene. De te solicita, pater.

Oedipus. Meine desiderio?

Ismene. Et ut nuntium ipsa tibi adferrem, veni cum unico hoc ex famulis fideli.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἱ δ' αὐθόμαιμοι ποῦ νεανίαι πόνων;

ΙΣΜΗΝΗ.

Εἴσ', οὗπέρ εἰσι· δεινὰ δ' ἐγκονοῦσι νῦν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ πάντ' ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις
Φύσιν κατεικασθέντε καὶ βίου τροφάς!
Ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας
Θακοῦσιν ἱστουργοῦντες· αἱ δὲ ξύννομοι
Τἄξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ' ἀεί.
Σφῷν δ', ὦ τέκν', οὓς μὲν εἰκὸς ἦν πονεῖν τάδε,
Κατ' οἶκον οἰκουροῦσιν, ὥστε παρθένοι·
Σφὼ δ' ἀντ' ἐκείνων τἀμὰ δυστήνου κακὰ
Ὑπερπονεῖτον· ἡ μὲν, ἐξ ὅτου νέας
Τροφῆς ἔληξε, καὶ κατίσχυσεν δέμας,
Ἀεὶ μεθ' ἡμῶν δύσμορος πλανωμένη
Γεροντανωγεῖ, πολλὰ μὲν κατ' ἀγρίαν
Ὕλην ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη,

Oedipus. Tui autem adolescentes fratres quid agitant?

Ismene. Quod agunt, agunt: atrocia enim festinant.

Oedipus. Quam prorsus illi ad Aegyptias leges ingenium conformatum habent et vivendi modum! Ibi enim viri intus sedent telam texentes: uxores vero foris quae ad victum pertinent procurant identidem. Sic ex vobis, o filiae, quos par erat mei curam suscipere, hi domi desident, ut puellae: vos vero illorum vice propter meas infelicis aerumnas nimium laboratis. Et haec quidem ex quo pueritiam egressa est, firmitasque accessit corpori, semper mecum infelix oberrans, senem me ducit, saepe quidem per asperas silvas ieiuna nudipesque vagans, saepe etiam imbre solisque

Πολλοῖσι δ' ὄμβροις ἡλίου τε καύμασι
Μοχθοῦσα τλήμων, δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς
Οἴκοι διαίτης, εἰ πατὴρ τροφὴν ἔχοι·
Σὺ δ', ὦ τέκνον, πρόσθεν μὲν ἐξίκου πατρὶ
Μαντεῖ' ἄγουσα πάντα, Καδμείων λάθρα,
Ἃ τοῦδ' ἐχρήσθη σώματος, φύλαξ δ' ἐμοῦ
Πιστὴ κατέστης, γῆς ὅτ' ἐξηλαυνόμην·
Νῦν δ' αὖ τίν' ἥκεις μῦθον, Ἰσμήνη, πατρὶ
Φέρουσα; τίς σ' ἐξῆρεν οἴκοθεν στόλος;
Ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς
Ἔξοιδα· μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ', ἅπαθον, πάτερ,
Ζητοῦσα τὴν σὴν, ποῦ κατοικοίη, τροφὴν,
Παρεῖσ' ἐάσω· δὶς γὰρ οὐχὶ βούλομαι
Πονοῦσά τ', ἀλγεῖν, καὶ λέγουσ' αὖθις πάλιν·
Ἃ δ' ἀμφὶ τοῖν σοῖν δυσμόροιν παίδοιν κακὰ
Νῦν ἐστι, ταῦτα σημανοῦσ' ἐλήλυθα.

ardore vexata, posthabetque commoda, quibus domi frui poterat, ut pater ne victu careat. Tu vero, o filia, antea quidem domo egressa, clam Thebanis, patri renuntiasti quaecumque de me edita erant oracula; custosque fuisti mei fidelis, quo tempore patria e terra expulsus sum. Nunc vero quem rursus nuntium, Ismene, patri adfers? quae tibi fuit domo proficiscendi caussa? utique enim haud vacua venis, satis hoc scio: modo ne mihi pavorem nunties aliquem.

Ismene. Ego quodcunque laboris pertuli, pater, dum investigarem, quonam in loco versareris, narrare supersedebo: nolo enim male bis affici, aerumnas ferendo, easque rursus memorando. Sed quae infelices inter tuos filios exorta sunt mala, ea nuntiatum veni.

Πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως, Κρέοντί τε
Θρόνους ἐᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν,
Λόγῳ σκοποῦσι τὴν πάλαι γένους φθοράν,
Οἵα κατέσχε τὸν σὸν ἀθλίου δόμον·
Νῦν δ' ἐκ θεῶν του κἀλιτηρίου φρενὸς
Ἐσῆλθε τοῖν τρισαθλίοιν ἔρις κακή,
Ἀρχῆς λαβέσθαι καὶ κράτους τυραννικοῦ.
Χὠ μὲν νεάζων, καὶ χρόνῳ μείων γεγὼς,
Τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολυνείκη θρόνων
Ἀποστερίσκει, κἀξελήλακεν πάτρας·
Ὁ δ', ὡς καθ' ἡμᾶς ἔσθ' ὁ πληθύων λόγος,
Τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς, προσλαμβάνει
Κῆδός τε καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους,
Ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμεῖον πέδον
Τιμῇ καθέξον, ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.
Ταῦτ' οὐκ ἀριθμός ἐστιν, ὦ πάτερ, λόγων,
Ἀλλ' ἔργα δεινά. Τοὺς δὲ σοὺς ὅποι θεοὶ

Prius enim in una consenserant voluntate, Creonti solium concedere, neque urbem inquinare, secum reputantes veterem generis labem, qualis tuam occupaverit calamitosam domum. Nunc autem a deo quo immissa, ac scelesto ex animo orta miserrimos incessit atrox contentio de principatu et imperio. Ac minor quidem natu priorem aetate Polynicen throno submotum patria eiecit. Ille vero, ut vulgo apud nos fertur, Argos montuosum profectus exsul, adfinitatem comparat novam, sociamque amicorum sibi adiungit manum: ratus scilicet, Argivos ultionem suam suscipientes Cadmi solum continuo occupaturos, et ad astra sublatum iri. Atque haec, o pater, haud inanibus modo ventilantur sermonibus, sed re ipsa geruntur. Tuos vero labores quo tandem dii

Πόνους κατοικιοῦσιν, οὐκ ἔχω μαθεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ', ὡς ἐμοῦ θεοὺς
Ὤραν τιν' ἕξειν, ὥστε σωθῆναί ποτε;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἔγωγε τοῖς νῦν γ', ὦ πάτερ, μαντεύμασι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποίοισι τούτοις; τί δὲ τεθέσπισται, τέκνον;

ΙΣΜΗΝΗ.

Σὲ τοῖς ἐκεῖ ζητητὸν ἀνθρώποις ποτὲ
Θανόντ' ἔσεσθαι ζῶντά τ', εὐσοίας χάριν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς δ' ἂν τοιοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅτ' οὐκ ἔτ' εἰμὶ, τηνικαῦτ' ἄρ' εἴμ' ἀνήρ.

delaturi sint, definire nequeo.

Oedipus. Anne ergo umquam opinata es, deos mei curam aliquam ita habituros, ut salutem consequar aliquando?

Ismene. Admodum, pater, editis nuper oraculis freta.

Oedipus. Quaenam illa sunt? quid futurum significant, filia?

Ismene. Fore aliquando, ut salutis suae caussa te illinc homines mortuum vivumque expetant.

Oedipus. Quis vero a tali homine iuvari possit?

Ismene. In te situm esse illorum robur fatidicae sortes praedicant.

Oedipus. Quando amplius non sum, tunc ergo vir insignis fio.

ΙΣΜΗΝΗ.

Νῦν γὰρ θεοί σ' ὀρθοῦσι, πρόσθε δ' ὤλλυσαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Γέροντα δ' ὀρθοῦν, φλαῦρον, ὃς νέος πέσῃ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ μὴν Κρέοντά γ' ἴσθι σοι τούτων χάριν
Ἥξοντα βαιοῦ, κοὐχὶ μυρίου, χρόνου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅπως τί δράσῃ, θύγατερ; ἑρμήνευέ μοι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας, ὅπως
Κρατῶσι μέν σου, γῆς δὲ μὴ 'μβαίνῃς ὅρων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἡ δ' ὠφέλησις τίς θύραισι κειμένου;

ΙΣΜΗΝΗ.

Κείνοις ὁ τύμβος δυστυχῶν ὁ σὸς βαρύς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κἄνευ θεοῦ τις τοῦτό γ' ἂν γνώμῃ μάθοι.

Ismene. Nunc enim dii te erigunt; prius autem perdiderunt.

Oedipus. Senem vero erigere frivolum est, qui iuvenis concidit.

Ismene. Atqui scito Creontem idcirco tibi mox adfuturum.

Oedipus. Quid facere cogitat, o filia? rem mihi declara.

Ismene. Prope terram Thebanam te collocaturi sunt, ut habeant te quidem in sua potestate, tu vero ne fines terrae intrare possis.

Oedipus. At quae foris iacentis utilitas erit?

Ismene. Tumulus tuus in peregrino solo illis erit gravis.

Oedipus. Vel sine dei monitu hoc quivis per se facile intelligat.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τούτου χάριν τοίνυν σε προςθέσθαι πέλας
Χώρας θέλουσι, μηδ', ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατοῖς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ καὶ κατασκιῶσι Θηβαίᾳ κόνει;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τοὔμφυλον αἷμά σ', ὦ πάτερ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐκ ἄρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσουσίν ποτέ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἔσται ποτ' ἄρα τοῦτο Καδμείοις βάρος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποίας φανείσης, ὦ τέκνον, ξυναλλαγῆς;

ΙΣΜΗΝΗ.

Τὰς σὰς ὑπουργήσουσ' ὅταν στῶσιν ταφάς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἃ δ' ἐννέπεις, κλύουσα τοῦ λέγεις, τέκνον;

Ismene. Ob hanc igitur caussam te, prope terrae suae fines locatum, neque, ubi tui iuris sis, adserere sibi gestiunt.

Oedipus. An etiam humo Thebana me contegent?

Ismene. Sed hoc cognatae caedis non sinit piaculum, pater.

Oedipus. Ergo me numquam in sua potestate habebunt.

Ismene. Ergo hoc erit aliquando Cadmeis grave.

Oedipus. Quonam eveniente, o filia, casu?

Ismene. Quando belligerabunt cum illis, qui sepulturam curarint tuam.

Oedipus. Quae dicis autem, a quo audita renuntias, filia?

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀνδρῶν θεωρῶν Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὥς φασιν οἱ μολόντες ἐς Θήβης πέδον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Παίδων τις οὖν ἤκουσε τῶν ἐμῶν τάδε;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἄμφω γ' ὁμοίως, κἀξεπίστασθον καλῶς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες, πάρος
Τοῦ 'μοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλγῶ κλύουσα ταῦτ' ἐγώ, φέρω δ' ὅμως.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτι τὴν πεπρωμένην
Ἔριν κατασβέσειαν, ἐν δ' ἐμοὶ τέλος

Ismene. A legatis Delphos consultum missis.

Oedipus. Et haec propter me eventura esse Apollo confirmavit?

Ismene. Sic aiunt qui Delphis Thebas reversi sunt.

Oedipus. Alteruterne haec audivit meorum filiorum?

Ismene. Uterque pariter, et norunt probe.

Oedipus. Itane, his auditis, scelestissimi illi regni cupidinem mei desiderio praeponunt?

Ismene. Doleo equidem haec audiens, fero tamen.

Oedipus. At illis dii neque fatalis huius contentionis faces exstinguant, et penes me sit istius pugnae exitus,

Αὐτοῖν γένοιτο τῆςδε τῆς μάχης πέρι,
Ἧς νῦν ἔχονται, κἀπαναιροῦνται δόρυ·
Ὡς οὔτ' ἂν ὃς νῦν σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχει,
Μείνειεν, οὔτ' ἂν οὐξεληλυθὼς, πόλιν
Ἔλθοι ποτ' αὖθις· οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ,
Οὕτως ἀτίμως πατρίδος ἐξωθούμενον,
Οὐκ ἔσχον, οὐδ' ἤμυναν· ἀλλ' ἀνάστατος
Αὐτοῖν ἐπέμφθην, κἀξεκηρύχθην φυγάς.
Εἴποις ἂν, ὡς θέλοντι τοῦτ' ἐμοὶ τότε
Πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνεσεν.
Οὐ δῆτ', ἐπεί τοι τὴν μὲν αὐτίχ' ἡμέραν,
Ὁπηνίκ' ἔζει θυμὸς, ἥδιστον δ' ἐμοὶ
Τὸ κατθανεῖν ἦν καὶ τὸ λευσθῆναι πέτροις,
Οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν·
Χρόνῳ δ' ὅτ' ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων,
Κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι
Μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων,

quam nunc conserere parant, invicem in se arma inferentes: ut neque qui sceptra soliumque nunc tenet, iis potiatur amplius, nec qui in exsilium pulsus est, urbe recipiatur denuo; qui quidem parentem me suum, quum ignominiose adeo patria eiicerer, nec retinuerunt, nec tutati sunt; sed iis praesentibus expulsus fui, atque exsul renuntiatus. At forte dicas hanc mihi cupienti gratiam tum fuisse a civibus, ut par erat, concessam. Haud sane se ita res habet. Nam statim primo die, quum flagraret mihi animus, morique dulcissimum esset mihi et lapidibus obrui, nemo comparuit, qui istam mihi expleret cupiditatem: quum vero temporis lapsu iam omnis dolor mollitus esset, animadvertissemque irae exaestuantis impetu acer-

Τὸ τηνίκ' ἤδη τοῦτο μὲν πόλις βίᾳ
Ἤλαυνεν ἐκ γῆς χρόνιον· οἱ δ', ἐπωφελεῖν
Οἱ τοῦ πατρὸς τῷ πατρὶ δυνάμενοι, τὸ δρᾶν
Οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ἔπους σμικροῦ χάριν
Φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.
Ἐκ ταῖνδε δ', οὔσαιν παρθένοιν, ὅσον φύσις
Δίδωσιν αὐταῖν, καὶ τροφὰς ἔχω βίου,
Καὶ γῆς ἄδειαν, καὶ γένους ἐπάρκεσιν·
Τὼ δ' ἀντὶ τοῦ φύσαντος εἱλέσθην θρόνους
Καὶ σκῆπτρα κραίνειν, καὶ τυραννεύειν χθονός.
Ἀλλ' οὔ τι μὴ λάχωσι τοῦδε ξυμμάχου,
Οὔτε σφιν ἀρχῆς τῆσδε Καδμείας ποτὲ
Ὄνησις ἥξει· τοῦτ' ἐγῷδα, τῆσδέ τε
Μαντεῖ' ἀκούων, ξυννοῶν τε τοὐξ ἐμοῦ
Παλαίφαθ', ἁμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε.
Πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα πεμπόντων, ἐμοῦ

biores me, quam pro delictis, poenas de me sumsisse, tunc demum hunc virum civitas longo post tempore e finibus invitum eiecit; illi vero, onus calamitatis minuere patri quum possent, id praestare renuerunt: sed, quia ne verbulo quidem caussam meam tueri adgressi sunt, extorris illis et mendicus vagor. At ex hisce virginibus, quantum illis per sexum licet, victum paratum habeo, et securam sedem, et liberorum omnia ministeria. Illi autem, patre postposito, maluerunt thronos et sceptra regere, imperioque potiri urbis. Sed numquam me auxiliatorem habebunt, neque umquam Cadmei huius regni percipient fructum. Hoc ego novi, et huiusce oracula audiens, simulque per me reputans vetera responsa, quae mihi olim effecta dedit Apollo. Proinde Creontem mittant,

Μαστῆρα, κεἴ τις ἄλλος ἐν πόλει σθένει·
Ἐὰν γὰρ ὑμεῖς, ὦ ξένοι, θέλητ' ἐμοῦ
Ξὺν ταῖςδε ταῖς σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς
Ἀλκὴν ποιεῖσθαι, τῇδε τῇ πόλει μέγαν
Σωτῆρ' ἀρεῖσθε, τοῖς δ' ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπάξιος μὲν Οἰδίπους κατοικτίσαι,
Αὐτός τε, παῖδές θ' αἵδ'· ἐπεὶ δὲ τῆςδε γῆς
Σωτῆρα σαυτὸν τῷδ' ἐπεμβάλλεις λόγῳ,
Παραινέσαι σοι βούλομαι τὰ ξύμφορα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλταθ', ὡς νυν πᾶν τελοῦντι προξένει.

ΧΟΡΟΣ.

Θοῦ νυν καθαρμὸν τῶνδε δαιμόνων, ἐφ' ἃς
Τὸ πρῶτον ἵκου καὶ κατέστειψας πέδον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τρόποισι ποίοις; ὦ ξένοι, διδάσκετε.

qui me arcessat, vel si quis alius in urbe pollet viribus: si enim vos, o hospites, cum his venerandis populi vestri praesidibus, deabus, auxilio mihi velitis adesse, huic quidem urbi magnum sospitatorem comparabitis, meis autem inimicis malum.

Chorus. Profecto dignus es, Oedipe, tuque, et virgines hae, misericordia. Quoniam igitur hac oratione te servatorem huic urbi polliceris, quae in rem tuam sint, de iis admonitum te volo.

Oedipus. O carissime, interpres mihi sis omnia facere parato.

Chorus. Statue igitur piaculare sacrum deabus hisce, ad quas primum venisti, et quarum calcasti solum.

Oedipus. Quibus modis, o hospites? docete me.

ΧΟΡΟΣ.

Πρῶτον μὲν ἱερὰς ἐξ ἀειρύτου χοὰς
Κρήνης ἐνέγκου, δι' ὁσίων χειρῶν θίγων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅταν δὲ τοῦτο χεῦμ' ἀκήρατον λάβω;

ΧΟΡΟΣ.

Κρατῆρές εἰσιν, ἀνδρὸς εὔχειρος τέχνη,
Ὧν κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβὰς ἀμφιστόμους.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Θαλλοῖσιν, ἢ κρόκαισιν; ἢ ποίῳ τρόπῳ;

ΧΟΡΟΣ.

Οἰὸς νεώρους νεοπόκῳ μαλλῷ βαλών.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Εἶεν· τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή;

ΧΟΡΟΣ.

Χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ τοῖσδε κρωσσοῖς, οἷς λέγεις, χέω τάδε;

Chorus. Primum quidem sacra perenni ex fonte adfer libamina, puras admovens manus.

Oedipus. Quid vero, quando purum laticem hausero?

Chorus. Crateres sunt, artificis periti opus, quorum capita geminasque ansas cingito.

Oedipus. Frondene an lana? aut quonam modo?

Chorus. Ovis iuvenculae lana recens detonsa involvens.

Oedipus. Esto: quod vero reliquum, qui me expedire convenit?

Chorus. Libationes fundere ad solem, ubi primum exorietur, conversum.

Oedipus. An hisce fundam, quas modo dicebas, hydriis?

ΧΟΡΟΣ.

Τρισσάς γε πηγάς· τὸν τελευταῖον δ' ὅλον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε.

ΧΟΡΟΣ.

Ὕδατος, μελίσσης· μηδὲ προςφέρειν μέθυ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅταν δὲ τούτων γῆ μελάμφυλλος τύχῃ;

ΧΟΡΟΣ.

Τρὶς ἐννέ' αὐτῇ κλῶνας ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν
Τιθεὶς ἐλαίας, τάςδ' ἐπεύχεσθαι λιτάς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τούτων ἀκοῦσαι βούλομαι· μέγιστα γάρ.

ΧΟΡΟΣ.

Ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν
Στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον,
Αἰτοῦ σύ γ' αὐτὸς, κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ,
Ἄπυστα φωνῶν, μηδὲ μηκύνων βοήν·

Chorus. Ternos quidem liba latices: novissimumque cratera totum effunde.

Oedipus. Quonam hunc replebo liquore? hoc quoque me doce.

Chorus. Aqua mulsa: temetum ne addito.

Oedipus. At ubi hoc libamine herbida terra rigata fuerit, quid tum?

Chorus. Ter novem in illa positis ab utraque manu ramis oleae, his supplica precibus.

Oedipus. Haec audire gestio; maxima enim sunt.

Chorus. Ut eas vocamus Eumenidas, benevolo ut animo supplicem accipiant sospitatorem, tu quidem ipse pete, aut si quis alius pro te, ita loquens, ut nemo alius exaudiat, neque elata voce;

Ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος. καὶ ταῦτά σοι
Δράσαντι θαρσῶν ἂν παρασταίην ἐγώ·
Ἄλλως δὲ δειμαίνοιμ' ἄν, ὦ ξέν', ἀμφὶ σοί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ παῖδε, κλύετον τῶνδε προσχώρων ξένων;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἠκούσαμέν τε, χὤ τι δεῖ πρόστασσε δρᾶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά· λείπομαι γὰρ οὖν
Τῷ μὴ δύνασθαι, μήθ' ὁρᾶν, δυεῖν κακοῖν·
Σφῷν δ' ἡτέρα μολοῦσα πραξάτω τάδε·
Ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι κἀντὶ μυρίων μίαν
Ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν, ἢν εὔνους παρῇ.
Ἀλλ' ἐν τάχει τι πράσσετον· μόνον δ' ἐμὲ
Μὴ λείπετ'. οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας
Ἔρημον ἕρπειν, οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ.

deinde abi, nec respice. Et haec si feceris, audacter tibi adstitero: alias metuerem, o hospes, tibi.

Oedipus. Auditisne, o filiae, hosce hospites huius loci incolas?

Antigone. Audivimus quidem: proinde quod facto opus est impera.

Oedipus. Obire equidem haec non possum; impedior enim duplici malo, debilitate et caecitate; vestrûm autem altera illuc se conferens ista administret. Animam enim vel unam, aeque ac mille, piacula haec perficere posse arbitror, si benevola adsit. Quare agite, ocius incipite; modo me solum ne linquite: haud enim possem desertus ingredi, carensque duce.

[redacted]

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' εἶμ' ἐγὼ τελοῦσα· τὸν τόπον δ' ἵνα
Χρήστ' αὖ μ' ἐπαίρει, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Τοὐκεῖθεν ἄλσους, ὦ ξένη, τοῦδ'· ἢν δέ του
Σπάνιν τιν' ἴσχῃς, ἔστ' ἔποικος, ὃς φράσει.

ΙΣΜΗΝΗ.

Χωροῖμ' ἂν ἐς τόδ'· Ἀντιγόνη, σὺ δ' ἐνθάδε
Φύλασσε πατέρα τόνδε· τοῖς τεκοῦσι γὰρ
Οὐδ' εἰ πονεῖ τις δεῖ πόνου μνήμην ἔχειν.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. α'. Δεινὸν μὲν, τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακὸν, ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν·
Ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι....

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί τοῦτ';

ΧΟΡΟΣ.

Ἀπόρου φανείσας
Τᾶς δειλαίας
Ἀλγηδόνος, ᾇ ξυνέστας.

Ismene. At ego sacra haec peractura ibo: locum vero, quo usus denuo me ducit, noscere volo.

Chorus. In ulteriori huius luci parte: si qua autem re indigebis, est, qui dicet, incola.

Ismene. Illuc ergo pergam: tu vero, Antigona, patrem hîc serva; parentibus enim si quis impenditur labor, molestus ille videri non debet.

Chorus. Grave quidem est sopitum iamdiu malum, o hospes, excitare; tamen audire cupio —

Oedipus. Quidnam?

Chorus. Inexplicabilem istum miserandum dolorem, quo conflictaris.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μὴ, πρὸς ξενίας, ἀνοίξῃς,
Τᾶς σᾶς! πέπονθά γ᾽ ἀναιδῆ.

ΧΟΡΟΣ.

Τό τοι πολὺ καὶ μηδαμὰ λῆγον
Χρῄζω, ξέν᾽, ὀρθὸν ἄκουσμ᾽ ἀκοῦσαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἴμοι!

ΧΟΡΟΣ.

Στέρξον, ἱκετεύω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Φεῦ, φεῦ!

ΧΟΡΟΣ.

Πείθου· κἀγὼ γὰρ,
Ὅσον σὺ προσχρῄζεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντιστρ. ά. Ἤνεγκον κακότατ᾽, ὦ ξένοι, ἤνεγκον ἑκὼν μὲν, θεὸς ἴστω·
Τούτων δ᾽ αὐθαίρετον οὐδέν.

Oedipus. Ne, per hospitalitatem tuam quaeso, ista retegas. Turpia enim mihi contigerunt.

Chorus. Late diffusam et nondum desinentem cupio, hospes, famam recte cognoscere.

Oedipus. Hei mihi!

Chorus. Morem gere mihi, obsecro.

Oedipus. Heu, heu!

Chorus. Obtempera; etenim ego quoque, quantum tu vis, facilem me praebeo.

Oedipus. Sustinui pessima, hospites, sustinui sciens quidem, testis mihi sit deus! at horum tamen nihil sponte admissum fuit.

[redacted]

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἐς τί;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κακᾷ μενοινᾷ
Πόλις οὐδὲν ἴδριν
Γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἠ μητρόθεν, ὡς ἀκούω,
Δυςώνυμα λέκτρ' ἔπλησας;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὤι μοι, θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν,
Ὦ ξεῖνε! ταὶ δὲ δύ' ἐξ ἐμεῖο —

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς φῄς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Παῖδες, δύο δ' ἄτα. . . .

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ Ζεῦ!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ματρὸς κοινᾶς ἀ-
πέβλαστον ὠδῖνος.

Chorus. Sed quonam auctore?

Oedipus. Pravo consilio civitas me inscium nuptiarum irretivit noxa.

Chorus. Matrisne, ut audio, nefandum torum implesti?

Oedipus. Hei mihi! Mors quidem est haec audire, o hospes: duae enim ex me —

Chorus. Quid ais?

Oedipus. Filiae, duae quidem noxae —

Chorus. Pro Iupiter!

Oedipus. Communis matris editae sunt partu.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β'. Σαί τ' ἆρ' ἀπόγονοί τ' εἰσὶ καὶ
Κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἰὼ δῆτ'.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰώ!
Μυρίων ἐπιστροφὰς κακῶν
Ἔπαθες.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔπαθον, ἄλαστ' ἔχειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔρεξας —

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐκ ἔρεξα.

ΧΟΡΟΣ.

Τί γάρ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐδεξάμην
Δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος
Ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

Chorus. Tuae sunt ergo filiae, simulque patris sorores sui.

Oedipus. Eheu sane!

Chorus. Eheu! Infinitorum reciprocationes malorum passus es.

Oedipus. Passus sum, neque obliviscendas.

Chorus. Fecisti —

Oedipus. Non feci.

Chorus. Quid ita?

Oedipus. Donum tuli, quod nunquam miserrimus ego insuper accipere debui a civibus.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. β'. Δύστανε, τί γάρ; ἔθου φόνον. . . .

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί τοῦτο, τί, δ' ἐθέλεις μαθεῖν;

ΧΟΡΟΣ.

Πατρός;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Παπαί!

Δευτέραν ἔπαισας ἐπὶ νόσον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔκανες —

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔκανον. ἔχει δέ μοι. . . .

ΧΟΡΟΣ.

Τί τοῦτο;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πρὸς δίκας τι.

ΧΟΡΟΣ.

Τί γάρ;

Chorus. Miser, quid ergo? patrastine caedem —

Oedipus. Cur vero, cur, id sciscitaris?

Chorus. Patris?

Oedipus. Papae! alterum insuper refricas vulnus.

Chorus. Interfecisti —

Oedipus. Interfeci. Sed est mihi —

Chorus. Quid, quaeso?

Oedipus. Iusta quaedam caussa.

Chorus. Quidum?

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

'Εγὼ φράσω·
Καὶ γὰρ ἀγνὼς ἐφόνευσα καὶ ὤλεσα·
Νόμῳ δὲ καθαρὸς, ἄϊδρις ἐς τόδ' ἦλθον.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμὶν, Αἰγέως γόνος,
Θησεὺς, κατ' ὀμφὴν σὴν ἀποσταλεὶς, πάρα.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πολλῶν ἀκούων ἔν τε τῷ πάρος χρόνῳ
Τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς,
Ἔγνωκά σ', ὦ παῖ Λαΐου, τανῦν θ' ὁδοῖς
Ἐν ταῖσδ' ἀκούων, μᾶλλον ἐξεπίσταμαι·
Σκευή τε γάρ σε καὶ τὸ δύστηνον κάρα
Δηλοῦτον ἡμῖν ὄνθ' ὅς εἶ, καί σ' οἰκτίσας
Θέλω σ' ἐρέσθαι, δύσμορ' Οἰδίπου, τίνα
Πόλεως ἐπέστης προστροπὴν ἐμοῦ τ' ἔχων,
Αὐτός τε, χ' ἡ σὴ δύσμορος παραστάτις.
Δίδασκε· δεινὴν γάρ τιν' ἂν πρᾶξιν τύχοις
Λέξας, ὁποίας ἐξαφισταίμην ἐγώ·

Oedipus. Declarabo tibi. Etenim inscius occidi et perdidi: legeque purus, imprudens hanc noxam subii.

Chorus. Atqui eccum nobis rex adest Aegei filius Theseus, fama tua accitus.

Theseus. Multorum sermone edoctus dudum cruentas oculorum confossiones, te noram, fili Laji; quumque et huc iter faciens de te audierim, eo certius illa nunc scio: habitus enim tuus, tuaque miseranda facies, satis indicant, qui sis: tuique miseritus percontari te volo, infelix Oedipe, quidnam a civitate et a me supplici prece petitum venisti, tuque ipse, et haec tua infelix comes. Expone quid velis: rem enim admodum difficilem dixeris, quam tibi praestare renuerem.

Ὡς οἶδά γ' αὐτὸς, ὡς ἐπαιδεύθην ξένος,
Ὥσπερ σὺ, χὤστις πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξένης
Ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τῷ 'μῷ κάρα,
Ὥστε ξένον γ' ἂν οὐδέν' ὄνθ', ὥσπερ σὺ νῦν,
Ὑπεκτραποίμην, μὴ οὐ ξυνεκσώζειν· ἐπεὶ
Ἔξοιδ' ἀνὴρ ὤν, χὤτι τῆς ἐς αὔριον
Οὐδὲν πλέον μοι σοῦ μέτεστιν ἡμέρας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Θησεῦ, τὸ σὸν γενναῖον ἐν σμικρῷ λόγῳ
Παρῆκεν, ὥστε βραχέα μοι δεῖσθαι φράσαι.
Σὺ γάρ μ', ὅς εἰμὶ, κἀξ ὅτου πατρὸς γεγὼς,
Καὶ γῆς ὁποίας ἦλθον, εἰρηκὼς κυρεῖς·
Ὥστ' ἔστι μοι τὸ λοιπὸν οὐδὲν ἄλλο, πλὴν
Εἰπεῖν ἃ χρήζω, χὼ λόγος διέρχεται.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τοῦτ' αὐτὸ νυν δίδασχ', ὅπως ἂν ἐκμάθω.

Enimvero memini, me hospitem, ut tu nunc es, educatum fuisse; plurimaque, vir, certamina peregrino in solo obii, periculis obiectans caput: ideo neminem, hospes qui sit, ut tu nunc es, aversabor, quin operam ad eius salutem conferam: scio enim hominem me esse, nihiloque certiorem mihi esse, quam tibi, crastinae lucis usuram.

Oedipus. Theseu, tua generositas brevi sermone eo pervenit, ut paucis tantum mihi verbis opus sit. Tu enim ipse dixisti, qui sim, et quo patre genitus, quaque ex terra venerim, ita ut nihil mihi supersit dicendum, quam quid velim, et res confecta est.

Theseus. Id ipsum iam expone, ut sciam.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Δώσων ἱκάνω τοὐμὸν ἄθλιον δέμας
Σοὶ δῶρον, οὐ σπουδαῖον εἰς ὄψιν, τὰ δὲ
Κέρδη παρ' αὐτοῦ κρείσσον', ἢ μορφὴ καλή.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ποῖον δὲ κέρδος ἀξιοῖς ἥκειν φέρων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Χρόνῳ μάθοις ἄν, οὐχὶ τῷ παρόντι που.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ποίῳ γὰρ ἡ σὴ προςφορὰ δηλώσεται;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅταν θάνω 'γὼ, καὶ σύ μου ταφεὺς γένῃ.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τὰ λοίσθι' αἰτεῖ τοῦ βίου· τὰ δ' ἐν μέσῳ,
Ἢ λῆστιν ἴσχεις, ἢ δι' οὐδενὸς ποιεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐνταῦθα γάρ μοι κεῖνα συγκομίζεται.

Oedipus. Dono tibi daturus venio meum miserum corpus, adspectu non aestimandum: at potior est ex eo utilitas, quam formae species fuerit.

Theseus. Quid autem lucri te adferre praedicas?

Oedipus. Tempore suo id rescies: nondum cognoscere licet.

Theseus. Quando ergo palam fiet commodum ex te oriundum?

Oedipus. Quum ego mortuus fuero, et tu me sepeliveris.

Theseus. Postrema vitae postulas; quae vero media sunt, vel oblivione praeteris, vel nihili facis.

Oedipus. Quippe media illa eodem mihi conferuntur.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἀλλ' ἐν βραχεῖ δὴ τήνδ' ἔμ' ἐξαιτεῖ χάριν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅρα γε μήν· οὐ σμικρὸς, οὔκ, ἀγὼν ὅδε.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πότερα τὰ τῶν σῶν ἐκγόνων, ἢ 'μοῦ λέγεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἀλλ' εἰ θέλοιέν γ', οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' οὐδ', ὅτ' αὐτὸς ἤθελον, παρίεσαν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅταν μάθῃς μου, νουθέτει· τανῦν δ' ἔα.

Theseus. At sane exigua est, quam petis, gratia.

Oedipus. Vide tamen: non parvum, non utique, certamen hoc erit.

Theseus. Tuisne liberis, an dicis mihi?

Oedipus. Illi ut in patriam revertar cogere me volunt.

Theseus. At si id cupiunt, ne tibi quidem exsulare honestum est.

Oedipus. At ne quidem illi patriam habitare, quando ipse postulabam, permiserunt mihi.

Theseus. O demens, damnosum est irae indulgere, si quis versatur in malis.

Oedipus. Ubi me audieris, tunc admone: nunc vero desine.

ΘΗΣΕΥΣ.

Δίδασκ'· ἄνευ γνώμης γὰρ οὔ με χρὴ λέγειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πέπονθα, Θησεῦ, δεινὰ πρὸς κακοῖς κακά.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἦ τὴν παλαιὰν ξυμφορὰν γένους ἐρεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐ δῆτ'· ἐπεὶ πᾶς τοῦτό γ' Ἑλλήνων θροεῖ.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὕτως ἔχει μοι. γῆς ἐμῆς ἀπηλάθην
Πρὸς τῶν ἐμαυτοῦ σπερμάτων· ἔστιν δέ μοι
Πάλιν κατελθεῖν μήποθ', ὡς πατροκτόνῳ.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πῶς δῆτά σ' ἂν μεμψαίαθ', ὥστ' οἰκεῖν δίχα;

Theseus. Doce: non enim, nisi re cognita, me decet loqui.

Oedipus. Sustinui, Theseu, atrocia super malis mala.

Theseus. Num veterem illam originis tuae labem innuis?

Oedipus. Minime; quandoquidem ista totius Graeciae sermonibus celebrantur.

Theseus. Quonam ergo graviori, quam pro humana sorte, laboras malo?

Oedipus. Sic res habet mihi. Patria mea expulsus sum a meis ipsius filiis; neque umquam mihi concessum redire, utpote parricidae.

Theseus. Cur, quaeso, te reprehendant, quod seorsum habitas?

[redacted]

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὸ θεῖον αὐτοὺς ἐξαναγκάζει στόμα.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ποῖον πάθος δείσαντας ἐκ χρηστηρίων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅτι σφ' ἀνάγκη τῇδε πληγῆναι χθονί.

ΘΗΣΕΥΣ.

Καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατ' Αἰγέως παῖ, μόνοις οὐ γίγνεται
Θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ μὴν θανεῖν ποτε·
Τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος.
Φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος·
Θνήσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία·
Καὶ πνεῦμα ταὐτὸν οὔ ποτ' οὔτ' ἐν ἀνδράσι
Φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει·
Τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ
Τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται, καὖθις φίλα.

Oedipus. Eo adigit illos divinum oraculum.

Theseus. Cuiusnam mali metum incutiunt deûm responsa?

Oedipus. Nempe! in fatis esse, ut ab huius terrae incolis malo afficiantur.

Theseus. At quî futurum est, ut mutuis nos certemus odiis?

Oedipus. O carissima Aegei proles, diis solis datur non senescere, nec mori quidem umquam: cetera autem omnia miscet cunctorum domitor Tempus. Absumitur enim vigor terrae, absumitur et corporis, peritque fides, succrescitque perfidia: neque eadem semper adspirat aura neque inter amicos, nec civitati erga civitatem. His enim nunc quidem, illis vero, interiecto tempore, iucunda fiunt amara, rursusque

Καὶ ταῖσι Θήβαις εἰ τανῦν γ' εὐημερεῖ
Καλῶς τὰ πρὸς σὲ, μυρίας δ' ὁ μύριος
Χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τ' ἰὼν,
Ἐν αἷς τὰ νῦν ξύμφωνα δεξιώματα
Δόρη διασκεδῶσιν ἐκ σμικροῦ λόγου·
Ἵν' οὑμὸς εὕδων καὶ κεκρυμμένος νέκυς
Ψυχρός ποτ' αὐτῶν θερμὸν αἷμα πίεται,
Εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεὺς, χὠ Διὸς Φοῖβος σαφής.
Ἀλλ' (οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ' ἔπη)
Ἔα μ' ἐν οἷσιν ἠρξάμην, τὸ σὸν μόνον
Πιστὸν φυλάσσων· κοὔ ποτ' Οἰδίπουν ἐρεῖς
Ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων
Τῶν ἐνθάδ', εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ, πάλαι καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτ' ἔπη
Γῇ τῇδ' ἀνὴρ ὅδ' ὡς τελῶν ἐφαίνετο.

amica. Sic Thebarum etsi nunc quidem, servato tecum foedere, res in tranquillo sint, infinitum tamen procedens tempus noctes diesque gignit infinitas, in quibus nunc pactam iunctis dextris fidem lanceae leves ob caussas dissipabunt: ubi sopitum humoque conditum meum corpus frigens calidum eorum sanguinem bibet; si modo Iupiter est Iupiter, et Iovis filius Apollo verax. Verum, haud enim iucundum est tacendas res effari, sine me iis immorari, a quibus orsus sum, fidemque modo tuam serves: neque umquam dices, Oedipum inutilem loci huius incolam te accepisse, si quidem dii me non fefellerint.

Chorus. O Rex, iamdudum hic vir haec et talia commoda huic terrae praestiturum se praedicat.

[redacted]

ΘΗΣΕΥΣ.

Τίς δῆτ' ἂν ἀνδρὸς εὐμένειαν ἐκβάλοι
Τοιοῦδ', ὅτῳ πρῶτον μὲν ἡ δορύξενος
Κοινὴ παρ' ἡμῖν αἰέν ἐστιν ἑστία,
Ἔπειτα δ' ἱκέτης δαιμόνων ἀφιγμένος
Γῆ τῇδε κἀμοὶ δασμὸν οὐ σμικρὸν τίνει;
Ἃ 'γὼ σεβισθεὶς, οὔ ποτ' ἐκβαλῶ χάριν
Τὴν τοῦδε, χώρᾳ δ' ἔμπολιν κατοικιῶ.
Εἰ δ' ἐνθάδ' ἡδὺ τῷ ξένῳ μίμνειν, σέ νιν
Τάξω φυλάσσειν· εἰ δ' ἐμοῦ στείχειν μέτα
Τόδ' ἡδὺ, τούτων, Οἰδίπους, δίδωμί σοι
Κρίναντι χρῆσθαι· τῇδε γὰρ ξυνοίσομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ Ζεῦ, διδοίης τοῖσι τοιούτοισιν εὖ!

ΘΗΣΕΥΣ.

Τί δῆτα χρῄζεις; ἢ δόμους στείχειν ἐμούς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Εἴ μοι θέμις γ' ἦν· ἀλλ' ὁ χῶρος ἔσθ' ὅδε....

Theseus. Quis, quaeso, benevolentia non complectatur talem virum, cui primum quidem hospitalis apud nos communis semper ara stat; deinde supplex dearum ingressus, terraeque huic et mihi tributum haud exiguum pendit? Quorum ego religione motus, numquam eius repudiabo gratiam, sed civem eum huius terrae recipiam. Sive autem hic suave est, hospiti manere, tibi eum tuendum committam; sive suave est mecum ire, horum utro voles, per me licet, utere, Oedipe; sic enim tibi opem feram.

Oedipus. O Iupiter, talibus viris bene facias!

Theseus. Quid ergo vis? domumne meam abire?

Oedipus. Si fas quidem mihi esset. at hic est locus —.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἐν ᾧ τί πράξεις; οὐ γὰρ ἀντιστήσομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐν ᾧ κρατήσω τῶν, ἔμ' ἐκβεβληκότων.

ΘΗΣΕΥΣ.

Μέγ' ἂν λέγοις δώρημα τῆς ξυνουσίας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Εἴ σοί γ' ἅπερ φῇς ἐμμενεῖ τελοῦντί μοι.

ΘΗΣΕΥΣ.

Θάρσει τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός· οὔ σε μὴ προδῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὔ τοι σ' ὑφ' ὅρκου γ', ὡς κακὸν, πιστώσομαι.

ΘΗΣΕΥΣ.

Οὔκουν πέρα γ' ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς οὖν ποιήσεις;

ΘΗΣΕΥΣ.

Τοῦ μάλιστ' ὄκνος σ' ἔχει;

Theseus. In quo quid es facturus? non enim obsistam.

Oedipus. In quo eos superabo, qui me eiecerunt.

Theseus. Uberem praedicas fructum tuae apud nos mansionis.

Oedipus. Si quidem promissis tuis stas, dum haec praestitero.

Theseus. Mea quidem caussa confide: numquam te prodam.

Oedipus. Haud equidem te iuramento, ut infidum, alligabo.

Theseus. Haud enim sic plus, quam nudo promisso ferres.

Oedipus. Quomodo igitur facies?

Theseus. Cuiusnam te rei maxime tenet metus?

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἥξουσιν ἄνδρες —

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἀλλὰ τοῖσδ' ἔσται μέλον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅρα με λείπων —.

ΘΗΣΕΥΣ.

Μὴ δίδασχ', ἃ χρή με δρᾶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὀκνοῦντ', ἀνάγκη.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τοὐμὸν οὐκ ὀκνεῖ κέαρ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐκ οἶσθ' ἀπειλὰς —

ΘΗΣΕΥΣ.

Οἶδ' ἐγώ σε μή τινα
Ἐνθένδ' ἀπάξοντ' ἄνδρα πρὸς βίαν ἐμοῦ.
Πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ πολλὰ δὴ μάτην ἔπη·

Oedipus. Venient viri —

Theseus. At istis curae hoc erit.

Oedipus. Vide, si me relinquis —

Theseus. Ne me quid facto opus sit doce.

Oedipus. Timenti ita necesse est.

Theseus. At meum cor non timet.

Oedipus. Nescis quas minas —

Theseus. Scio equidem te neminem hominem hinc abducturum ingratiis meis. Multae quidem minae multa inania verba sunt; ira

Θυμοὶ κατηπείλησαν, ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν
Αὑτοῦ γένηται, φροῦδα τἀπειλήματα.
Κείνοις δ', ἴσως κεὶ δείν' ἐπεῤῥώσθη λέγειν
Τῆς σῆς ἀγωγῆς, οἶδ' ἐγὼ, φανήσεται
Μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος, οὐδὲ πλώσιμον.
Θαρσεῖν μεν οὖν ἔγωγε, κἂν ἐμῆς ἄνευ
Ῥώμης, ἐπαινῶ, Φοῖβος εἰ προὔπεμψέ σε·
Ὅμως δὲ κἀμοῦ μὲν παρόντος, οἶδ' ὅτι
Τοὐμὸν φυλάξει σ' ὄνομα μὴ πάσχειν κακῶς.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'. Εὐΐππου, ξένε, τᾶσδε χώρας
Ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα,
Τὸν ἀργῆτα Κολωνὸν,
Λίγει' ἔνθα μινύρεται
Θαμίζουσα μάλιστ' ἀηδὼν
Χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις,
Τὸν οἰνωπ' ἀνέχουσα κισσὸν,

solet minari, sed ubi ratio eo accedit, evanidae abeunt minaciae.- Sic illis, etiamsi atrocissima quaeque minitati fuerint circa tuam reductionem, longum videbitur, sat scio, nec navigabile, quod huc venientibus emetiendum erit pelagus. Bono igitur te esse animo, vel absque ope mea, aequum esse censeo, si te huc deduxit Apollo: me vero etiam praesente, scio tutelae tibi fore Theseum, ne qua iniuria laedaris.

Chorus. Optimam sane, hospes, equis gaudentis huius regionis in sedem venisti, candidum Colonum, ubi viridantibus in vallibus maxime frequens clare canit luscinia, nigricantem

[redacted]

Ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν
Πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς.
Ἁ δ' εὐήρετμος ἔκπαγλ', ἁλία χερ-
σὶ παραπτεπταμένα, πλάτα
Θρώσκει, τῶν ἑκατομπόδων
Νηρήδων ἀκόλουθος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις εὐλογούμενον πέδον,
Νῦν σοι τὰ λαμπρὰ ταῦτα δεῖ φαίνειν ἔπη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ, καινόν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἆσσον ἔρχεται
Κρέων ὅδ' ἡμῖν οὐκ ανευ πομπῶν, πάτερ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατοι γέροντες, ἐξ ὑμῶν ἐμοὶ
Φαίνοιτ' ἂν ἤδη τέρμα τῆς σωτηρίας.

ΧΟΡΟΣ.

Θάρσει, παρέσται· καὶ γὰρ εἰ γέρων ἐγώ,
Τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακε σθένος.

to in his primum regionibus freno equis medicante, et, quae apta remo palmula, manibus in mare porrecta, mirifice saltat, centum Nereïdum comes.

Antigone. O maximis laudibus celebrata terra, nunc inclytam illam famam te comprobare decet.

Oedipus. Quid novi est, o filia?

Antigone. Eccum propius ad nos accedit Creon, non sine satellitibus, pater.

Oedipus. O carissimi senes, nunc est, cum salutem vos afferre possitis mihi.

Chorus. Confide, aderit: etsi enim senex sum, tamen huius terrae non consenuit robur.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄνδρες χθονὸς τῆςδ' ἐγγενεῖς οἰκήτορες,
Ὁρῶ τιν' ὑμᾶς ὀμμάτων εἰληφότας
Φόβον νεωρῆ τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου·
Ὃν μήτ' ὀκνεῖτε, μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν·
Ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθεὶς, ἐπεὶ
Γέρων μέν εἰμι, πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι
Σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα,
Ἀλλ' ἄνδρα τόνδε τηλικόςδ' ἐπεστάλην
Πείσων ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμεῖον πέδον,
Οὐκ ἐξ ἑνὸς στείλαντος, ἀλλ' ἀστῶν ὕπο
Πάντων κελευσθεὶς, οὕνεχ' ἧκέ μοι γένει
Τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματα πλεῖστον πόλεως.
Ἀλλ', ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, κλύων ἐμοῦ,
Ἴκου πρὸς οἴκους· πᾶς σε Καδμείων λεὼς
Καλεῖ δικαίως, ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγὼ,
Ὅσῳ περ, οἶμαι, πλεῖστον (ἢ 'νθρώπων ἔφυν

CREON. Viri indigenae huius terrae incolae, vestro ex vultu video, subitum vos aliquem metum concepisse meum ob adventum: ne me timete, maledicisque parcite vocibus: venio enim, non ut vi quidquam facturus, quandoquidem senex sum, scioque ad urbem me venire praepotentem, si qua alia Graeciae: sed tantae quum sim aetatis profectus sum, virum hunc persuasurus ad Cadmeam terram me sequi, non unius missu, sed civibus ab omnibus iussus, quia me, ob communionem sanguinis, magis quam quemquam alium in civitate luctus adtingit illius calamitatum. At, o aerumnose Oedipe, auscultans mihi, redi domum: universus te populus Thebanus, ut fas est, vocat, et, ut qui maxime, ego, qui maxime, arbitror, aut omnium sim pessimus, doleo

Κάκιστος) ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς, γέρον,
Ὁρῶν σε τὸν δύστηνον, ὄντα μὲν ξένον,
Ἀεὶ δ' ἀλήτην, κἀπὶ προσπόλου μιᾶς
Βιοστερῆ χωροῦντα, τὴν ἐγὼ τάλας
Οὐκ ἄν ποτ' ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν
Ἔδοξ', ὅσον πέπτωκεν ἥδε δύσμορος,
Ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα
Πτωχῇ διαίτῃ, τηλικοῦτος, οὐ γάμων
Ἔμπειρος, ἀλλὰ τοῦ 'πιόντος ἁρπάσαι.
Ἆρ' ἄθλιον τοὔνειδος, ὢ τάλας ἐγώ,
Ὠνείδισ' ἐς σὲ, κἀμὲ, καὶ τὸ πᾶν γένος;
Ἀλλ', οὐ γάρ ἐστι τἀμφανῆ κρύπτειν, σύ νυν,
Πρὸς θεῶν πατρῴων, Οἰδίπους, πεισθεὶς ἐμοὶ,
Κρύψον, θελήσας ἄστυ καὶ δόμους μολεῖν
Τοὺς σοὺς πατρῴους, τήνδε τὴν πόλιν φίλως
Εἰπών· ἐπαξία γάρ· ἡ δ' οἴκοι πλέον
Δίκῃ σέβοιτ' ἂν, οὖσα σὴ πάλαι τροφός.

tuas ob aerumnas, senex, calamitosum te videns, hospitem, erronem semper, victuque egentem unica vadere cum comite, quam, o miser ego! numquam opinatus essem in tam indignam sortem deiectum iri, quo nunc deiecta est misera, dum te tuumque caput semper curat mendicato cibo, tam grandis, nuptiarum expers, et cuiuslibet exposita contumeliis. Ecquid miserandum probrum, o me infelicem! in te conieci, meque, et totum genus? Age igitur (haud enim mihi datur, quae manifesta sunt, celare), per ego te deos patrios obtestor, Oedipe, me audiens ea tu absconde, sponte tua urbem domumque paternam repetens, et huic urbi amanter valedicens: promerita est enim: at patria merito plus colatur, quae te aluit olim.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ πάντα τολμῶν, κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων
Λόγου δικαίου μηχάνημα ποικίλον,
Τί ταῦτα πειρᾷ, κἀμὲ δεύτερον θέλεις
Ἑλεῖν, ἐν οἷς μάλιστ' ἂν ἀλγοίην ἁλούς;
Πρόσθεν τε γάρ με τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς
Νοσοῦνθ', ὅτ' ἦν μοι τέρψις ἐκπεσεῖν χθονὸς,
Οὐκ ἤθελες θέλοντι προςθέσθαι χάριν·
Ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος,
Καὶ τοὐν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκὺ,
Τότ' ἐξεώθεις, κἀξέβαλλες, οὐδέ σοι
Τὸ ξυγγενὲς τοῦτ' οὐδαμῶς τότ' ἦν φίλον·
Νῦν τ' αὖθις ἡνίκ' εἰςορᾷς πόλιν τ' ἐμοὶ
Ξυνοῦσαν εὔνουν τήνδε, καὶ γένος τὸ πᾶν,
Πειρᾷ μετασπᾷν, σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.
Καί τοι τίς αὕτη τέρψις ἄκοντας φιλεῖν;
Ὥςπερ τις εἴ σοι λιπαροῦντι μὲν τυχεῖν
Μηδὲν διδοίη, μηδ' ἐπαρκέσαι θέλοι,

Oedipus. O ad omnia audax, et e qualibet iusta caussa machinas producens subdolas, quid haec experiris, denuoque capere me tentas, quibus maxime dolerem captus? nam et ante mihi malis domesticis laboranti, quum volupe esset mihi in exsilium eiici, noluisti volenti conferre hanc gratiam: at ubi ira exsaturatus quievi, vitamque domi agere dulce fuit mihi, tum expulisti et eiecisti; neque tum sanguinis illam conjunctionem omnino curabas: et nunc quoque rursus, quando vides urbemque hanc benivole me amplecti, et gentem totam, conaris me avellere, aspera verbis mollibus loquens. Quamquam quaenam haec voluptas est invitos amare? ut si quis tibi enixe flagitanti quod cupias consequi, nihil concedat, neque

Πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζεις, τότε
Δωροῖθ', ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέρει,
Ἆρ' ἂν ματαίου τῆσδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις;
Τοιαῦτα μέν τοι καὶ σὺ προςφέρεις ἐμοὶ,
Λόγῳ μὲν ἐσθλὰ, τοῖσι δ' ἔργοισιν κακά.
Φράσω δὲ καὶ τοῖσδ', ὥς σε δηλώσω κακόν·
Ἥκεις ἔμ' ἄξων, οὐχ ἵν' ἐς δόμους ἄγῃς,
Ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς, πόλις δέ σοι
Κακῶν ἄνατος τῆσδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός.
Οὐκ ἔστι σοι ταῦτ'· ἀλλὰ σοὶ τάδ' ἔστ', ἐκεῖ
Χώρας ἀλάστωρ οὑμὸς ἐνναίων ἀεί·
Ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς
Χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτό γ', ἐνθανεῖν μόνον.
Ἆρ' οὐκ ἄμεινον ἢ σὺ τἀν Θήβαις φρονῶ;
Πολλῷ γ', ὅσωπερ καὶ σαφεστέρων κλύω,
Φοίβου τε, καὐτοῦ Ζηνὸς, ὃς κείνου πατήρ.

opem ferre velit; expletum autem animum habenti, quorum eguisses, tunc donet, quum gratia oblata nullam parit gratiam, an inani ex dono voluptatem capias? Atqui talia tu mihi offers, verbis quidem bona, sed ipsa re mala. Declarabo autem et hisce, ut te improbum esse ostendam: venis abductum me, non ut domum reducas, sed ut ad confinia me loces, quo urbs tibi sit immunis a cladibus, quae ab hac terra impendent. Haec autem non consequeris; sed te ista manent, illa in terra semper habitans iniuriarum mearum ultrix Furia; filiisque meis terrae meae tantum sortiri fas est, quantum satis sit immorituris. An non melius quam tu res Thebarum nosse videor? multo quidem, quanto certiores auctores habeo, Apollinemque, et ipsum Iovem, qui illius pater est. Tu ve-

Τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα,
Πολλὴν ἔχον στόμωσιν· ἐν δὲ τῷ λέγειν
Κάκ' ἂν λάβοις τὰ πλείον' ἢ σωτήρια.
'Αλλ' (οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων) ἴθι,
'Ημᾶς δ' ἔα ζῆν ἐνθάδ'· οὐ γὰρ ἂν κακῶς,
Οὐδ' ὧδ' ἔχοντες, ζῶμεν, εἰ τερποίμεθα.

ΚΡΕΩΝ.

Πότερα νομίζεις δυστυχεῖν ἔμ' ἐς τὰ σά,
Ἢ σ' ἐς τὰ σαυτοῦ, μᾶλλον ἐν τῷ νῦν λόγῳ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

'Εμοὶ μέν ἐσθ' ἥδιστον, εἰ σὺ μήτ' ἐμὲ
Πείθειν οἷός τ' εἶ, μήτε τούσδε τοὺς πέλας.

ΚΡΕΩΝ.

Ὦ δύσμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανεῖ
Φρένας ποτ', ἀλλὰ λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφει.

ro huc venisti subdolé conficta multa cum vi dicturus, sed hoc ex sermone mala auferes plura quam commoda. Verum (quandoquidem scio me tibi haec ista nón persuasurum) abi, nosque sine hîc vivere: non enim male, nè sic quidem, vivemus, si ita vivere nos iuvat.

Creon. Num putas ex hoc tuo consilio maius mihi, quam tibi ipsi, damnum imminere?

Oedipus. Mihi quidem iucundissimum est, si tu neque me persuadere potes, neque hosce qui adsunt.

Creon. O miser, ne longo quidem tempore sapientiam edoctus esse videberis, sed senectutem dedecoras.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Γλώσσῃ σὺ δεινός· ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ
Δίκαιον, ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει.

ΚΡΕΩΝ.

Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ, καὶ τὸ, καίρια.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὡς δὴ σὺ βραχέα ταῦτά τ' ἐν καιρῷ λέγεις.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ δῆθ', ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄπελθ' (ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε), μηδ' ἐμὲ
Φύλασσ' ἐφορμῶν, ἔνθα χρὴ ναίειν ἐμέ.

ΚΡΕΩΝ.

Μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σὲ, πρός γε τοὺς φίλους
Οἷ' ἀνταμείβει ῥήματ'. ἤν σ' ἕλω ποτε —

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς δ' ἄν με τῶνδε ξυμμάχων ἕλοι βίᾳ;

Oedipus. Lingua tu acer es: at probum novi ego neminem, qui ex omni caussa belle loquatur.

Creon. Aliud est multa loqui; aliud, opportuna.

Oedipus. Nimirum tu breviter haec et opportune dicis!

Creon. Haud sane, si cui eadem est mens, quae tibi.

Oedipus. Abi (nam dicam etiam priusquam hice dicant), neque me observa, stationem agens in iis locis, in quibus habitare me oportet.

Creon. Antestor hos, non te, qualibus nunc verbis respondes amicis. quodsi te unquam cepero —

Oedipus. Et quis me invitis his adiutoribus capiat?

ΚΡΕΩΝ.

Η μὴν σὺ κἄνευ τοῦδε λυπηθεὶς ἔσει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποίῳ ξὺν ἔργῳ τοῦτ' ἀπειλήσας ἔχεις;

ΚΡΕΩΝ.

Παίδοιν δυεῖν σοι τὴν μὲν ἀρτίως ἐγὼ
Ξυναρπάσας ἔπεμψα, τὴν δ' ἄξω τάχα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἴ μοι!

ΚΡΕΩΝ.

Τάχ' ἕξεις μᾶλλον οἰμώζειν τάδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὴν παῖδ' ἔχεις μου;

ΚΡΕΩΝ.

Τήνδε τ' οὐ μακροῦ χρόνου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἰὼ ξένοι, τί δράσετ'; ἢ προδώσετε,
Κοὐκ ἐξελᾶτε τὸν ἀσεβῆ τῆσδε χθονός;

Creon. Certe tu, etiam absque hoc, dolebis tamen.

Oedipus. Nam quid te moliri hae minae indicant?

Creon. Natarum tuarum alteram quidem modo abreptam ablegavi, alteram autem mox abducam.

Oedipus. Hei mihi!

Creon. At mox habebis, quod plores magis.

Oedipus. Filiamne meam habes?

Creon. Et hanc habebo haud longum post tempus.

Oedipus. O hospites, quid facturi estis? an me prodetis, an abigetis scelestum hunc ex hac terra?

ΧΟΡΟΣ.

Χώρει, ξέν', ἔξω θᾶσσον· οὔτε γὰρ τανῦν
Δίκαια πράσσεις, οὔτε πρόσθεν εἴργασαι.

ΚΡΕΩΝ.

Ὑμῖν γ' ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν
Ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴ μοι τάλαινα, ποῖ φύγω; ποίαν λάβω
Θεῶν ἄρηξιν, ἢ βροτῶν;

ΧΟΡΟΣ.

Τί δρᾷς, ξένε;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐχ ἅψομαι τοῦδ' ἀνδρὸς, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ γῆς ἄνακτες!

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ ξέν', οὐ δίκαια δρᾷς.

ΚΡΕΩΝ.

Δίκαια.

Chorus. Facesse, hospes, hinc ocius: neque enim in praesentia quae facis iusta sunt, nec quae fecisti antea.

Creon. (*ad Satellites*) Vos tempus est hanc abducere, si sponte non ibit.

Antigone. Hei mihi miserae, quo fugiam? quod auxilium deorum implorabo, aut hominum?

Chorus. Quid agis, hospes?

Creon. Non adtingam hunc virum, sed istam, quae mea est.

Oedipus. O terrae huius principes!

Chorus. O hospes, iniuste facis.

Creon. Iuste.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δίκαια;

ΚΡΕΩΝ.

Τοὺς ἐμοὺς ἄγω.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

στροφή. Ἰὼ πόλις!

ΧΟΡΟΣ.

Τί δρᾷς, ὦ ξέν'; οὐκ ἀφήσεις; τάχ' ἐς
Βάσανον εἶ χερῶν!

ΚΡΕΩΝ.

Εἴργου!

ΧΟΡΟΣ.

Σοῦ μὲν οὔ, τάδε γε μωμένου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πόλει μάχει γὰρ, εἴ τι πημαίνεις ἐμέ.
— Οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ;

ΚΡΕΩΝ.

Μέθες χεροῖν
Τήν!

Chorus. Quî iuste?

Creon. Meos abduco.

Antigone. O civitas!

Chorus. Quid agis, hospes? non amittes? mox manum meam experieris.

Creon. Abstine manum.

Chorus. Non equidem a te, si istaec moliris.

Oedipus. Civitati enim vim infers, si quid me laedis. — Nonne haec praedixeram?

Creon. Dimitte manibus puellam!

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς!

ΚΡΕΩΝ.

Χαλᾶν λέγω σοι!

ΧΟΡΟΣ.

Σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν!
Προβᾶθ' ὧδε, βᾶτε, βᾶτ', ἔντοποι!
Πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμὰ, σθένει!
Προβᾶθ' ὧδ' ἐμοί!

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

'Αφέλκομαι δύστηνος, ὦ ξένοι, ξένοι!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποῦ, τέκνον, εἶ μοι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πρὸς βίαν πορεύομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὄρεξον, ὦ παῖ, χεῖρας!

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

'Αλλ' οὐδὲν σθένω.

Chorus. Ne impera, quae imperare fas non est tibi!

Creon. Dimittere te iubeo!

Chorus. Et ego te abire! Progredimini huc, adeste, adeste, incolae! violatur civitas, violatur vi civitas mea. Progredimini huc mihi!

Antigone. Abstrahor infelix, o hospites, hospites!

Oedipus. Ubinam es mihi, filia?

Antigone. Vi coacta abeo.

Oedipus. Manus, o nata, mihi porrige.

Antigone. At non valeo.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐκ ἄξεθ' ὑμεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τάλας ἐγὼ, τάλας!

ΚΡΕΩΝ.

Οὔκουν ποτ' ἐκ τούτοιν γε μὴ σκήπτροιν ἔτι
Ὁδοιπορήσεις, ἀλλ' ἐπεὶ νικᾷν θέλεις
Πατρίδα τε τὴν σὴν καὶ φίλους, ὑφ' ὧν ἐγὼ
Ταχθεὶς τάδ' ἔρδω, καὶ τύραννος ὢν ὅμως,
Νίκα· χρόνῳ γὰρ, οἶδ' ἐγὼ, γνώσει τάδε,
Ὅθ' οὕνεκ' αὐτὸς αὑτὸν οὔτε νῦν καλὰ
Δρᾷς, οὔτε πρόσθεν εἰργάσω βίᾳ φίλων,
Ὀργῇ χάριν δοὺς, ἥ σ' ἀεὶ λυμαίνεται.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπίσχες αὐτοῦ, ξεῖνε!

ΚΡΕΩΝ.

Μὴ ψαύειν λέγω!

Creon. (*ad Satellites*) Quin vos istam abducitis?

Oedipus. O miser ego, miser!

Creon. Non amplius posthac hisce duobus scipionibus nixus ambulabis, sed, quoniam vincere vis patriamque tuam et amicos, a quibus ego iussus, tametsi rex sum, haec facio, vince: olim enim, sat scio, intelliges, te et nunc in te male consulere, et antea itidem male consuluisse, invitis amicis, irae indulgentem, quae tibi semper exitialis est.

Chorus. Subsiste hic, hospes!

Creon. Edico, ne quis adtingat!

[redacted]

ΧΟΡΟΣ.

Οὔ τοι σ᾽ ἀφήσω, ταῖνδέ γ᾽ ἐστερημένος.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
Θήσεις· ἐφάψομαι γὰρ οὐ ταύταιν μόναιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ᾽ ἐς τί τρέψει;

ΚΡΕΩΝ.

Τόνδ᾽ ἀπάξομαι λαβών.

ΧΟΡΟΣ.

Δεινὸν λέγεις.

ΚΡΕΩΝ.

Ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται,
Ἢν μή μ᾽ ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φθέγμ᾽ ἀναιδὲς, ἦ σὺ γὰρ ψαύσεις ἐμοῦ;

ΚΡΕΩΝ.

Αὐδῶ σιωπᾶν.

Chorus. Haud sane te abire sinam, virginibus illis privatus.

Creon. Ergo statim efficies, ut maius aliquid civitati tuae sit vindicandum: non enim his solis iniiciam manus.

Chorus. Sed quo te vertes?

Creon. Hunc correptum abducam.

Chorus. Mirum quid narras.

Creon. Quod tamen mox peractum erit, nisi me rex terrae huius prohibeat.

Oedipus. O vocem impudentem! Numnam tu me tanges?

Creon. Iubeo te tacere.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες
Θεῖέν μ' ἄφωνον τῆςδε τῆς ἀρᾶς ἔτι,
Ὅς μ', ὦ κάκιστε, ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας
Πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχει βίᾳ.
Τοιγάρ σέ τ' αὐτὸν, καὶ γένος τὸ σὸν, θεῶν
Ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος δοίη βίον
Τοιοῦτον, οἷον κἀμὲ, γηρᾶναί ποτε.

ΚΡΕΩΝ.

Ὁρᾶτε ταῦτα, τῆςδε γῆς ἐγχώριοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὁρῶσι κἀμὲ καὶ σὲ, καὶ φρονοῦσ', ὅτι,
Ἔργοις πεπονθὼς, ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔ τοι καθέξω θυμὸν, ἀλλ' ἄξω βίᾳ,
Κεὶ μοῦνός εἰμι, τόνδε, καὶ χρόνῳ βραδύς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντιςρ. Ἰὼ τάλας!

Oedipus. Enimvero ne me huius loci praesides deae obmutescere velint priusquam te his adhuc onerem diris, qui mihi, o scelestissime, oculis iampridem capto solum, quo regebar, oculum vi abripis: quare et te ipsum et genus tuum deorum cuncta cernens Sol det vitam talem, qualem ego, exigere in senectute.

Creon. Videtisne haec, terrae huius incolae?

Oedipus. Vident et me et te, atque intelligunt, factis me laesum verbis te ulcisci.

Creon. Haud sane cohibebo iram; sed vi abducam hunc, licet solus sim, et aetate tardus.

Oedipus. O me miserum!

ΧΟΡΟΣ.

Ὅσον λῆμ' ἔχων ἀφίκου, ξέν', εἰ
Τάδε δοκεῖς τελεῖν!

ΚΡΕΩΝ.

Δοκῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Τάνδ' ἄρ' οὐκ ἔτι νέμω πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

Τοῖς τοι δικαίοις χὠ βραχὺς νικᾷ μέγαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀκούεθ', οἷα φθέγγεται;

ΧΟΡΟΣ.

Τά γ' οὐ τελεῖ.

ΚΡΕΩΝ.

Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰδείη, σὺ δ' οὔ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' οὐχ ὕβρις τάδ';

ΚΡΕΩΝ.

Ὕβρις· ἀλλ' ἀνεκτέα.

Chorus. Quanta huc audacia venisti, hospes, si putas te haec effecturum!

Creon. Puto.

Chorus. Hanc igitur non amplius censeam civitatem esse.

Creon. Iusta in caussa inops etiam potentem vincit.

Oedipus. Auditisne quae loquitur?

Chorus. Quae vero non perficiet.

Creon. Iupiter hoc sciat: tu nescis.

Chorus. At haec nonne iniuria est?

Creon. Iniuria; sed ferenda.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ πᾶς λεὼς, ἰὼ γᾶς πρόμοι,
Μόλετε σὺν τάχει, μόλετ', ἐπεὶ πέραν
Περῶσιν ἤδη!

ΘΗΣΕΥΣ.

Τίς ποθ' ἡ βοή; τί τοὔργον; ἐκ τίνος φόβου ποτὲ
Βουθυτοῦντά μ' ἀμφὶ βωμὸν ἔσχετ' ἐναλίῳ θεῷ,
Τοῦδ' ἐπιστάτῃ Κολωνοῦ; λέξαθ', ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν,
Οὗ χάριν δεῦρ' ᾖξα θᾶσσον, ἢ καθ' ἡδονὴν ποδός.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατ' (ἔγνων γὰρ τὸ προσφώνημά σου),
Πέπονθα δεινὰ τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τὰ ποῖα ταῦτα; τίς δ' ὁ πημήνας; λέγε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κρέων ὅδ', ὃν δέδορκας, οἴχεται τέκνων
Ἀποσπάσας μου τὴν μόνην ξυνωρίδα.

Chorus. O populus omnis, o terrae principes, adeste propere, adeste; namque ultra fas iam transeunt!

Theseus. Quis hic clamor est? quid rei? quemnam ob metum sacrificantem me ad aras marino deo inhibetis, huius Coloni praesidi? dicite, ut rem omnem sciam, qua gratia huc celerius prorupi, quam pedibus gratum erat.

Oedipus. O carissime (adgnovi enim vocem tuam), passus sum atrocia ab hoc viro modo.

Theseus. Quaenam illa sunt? quis tibi fecit iniuriam? effare.

Oedipus. Hicce, quem cernis, Creon, par liberorum, quod unicum supererat, a me avulsit.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πῶς εἶπας;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἷά περ πέπονθ', ἀκήκοας.

ΘΗΣΕΥΣ.

Οὔκουν τις ὡς τάχιστα προςπόλων μολὼν
Πρὸς τούςδε βωμοὺς πάντ' ἀναγκάσει λεὼν,
Ἄνιππον ἱππότην τε, θυμάτων ἄπο
Σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος, ἔνθα δίστομοι
Μάλιστα συμβάλλουσιν ἐμπόρων ὁδοὶ,
Ὡς μὴ παρέλθωσ' αἱ κόραι, γέλως δ' ἐγὼ
Ξένῳ γένωμαι τῷδε, χειρωθεὶς βίᾳ;
Ἴθ', ὡς ἄνωγα, ξὺν τάχει! τοῦτον δ' ἐγὼ,
Εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον, ἧς ὅδ' ἄξιος,
Ἄτρωτον οὐκ ἀφῆκ' ἂν ἐξ ἐμῆς χερός·
Νῦν δ' οὕςπερ αὐτὸς τοὺς νόμους ἐςῆλθ' ἔχων,
Τούτοισιν, οὐκ ἄλλοισιν, ἁρμοσθήσεται·
Οὐ γάρ ποτ' ἔξει τῆςδε τῆς χώρας, πρὶν ἂν
Κείνας ἐναργεῖς δεῦρ' ἐμοὶ στήσῃς ἄγων·

Theseus. Quid ais?

Oedipus. Quae passus sum audisti.

Theseus. Quin ergo e ministris quispiam abit quam citissime coacturus ad hosce tumulos omnem populum, peditem, equitemque, ut, sacris relictis, effusis habenis properent, praesertim illuc, ubi duplex euntibus via in unam coit, ne transeant puellae, neque ego deridiculus fiam huicce hospiti, vi superatus? abi, ut iussi, ocius. Hunc autem ego, si irae indulgerem, qua dignus est, incolumem e manu mea non dimitterem; nunc autem quas ipse leges huc intulit, iisdem, non aliis, tenebitur: non enim umquam hisce ex oris abibis, nisi prius illas huc reductas palam mihi stiteris;

Ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως,
Οὔθ' ὧν πέφυκας αὐτὸς, οὔτε σῆς χθονὸς,
Ὅςτις δίκαι' ἀσκοῦσαν εἰςελθὼν πόλιν,
Κἄνευ νόμου κραίνουσαν οὐδὲν, εἶτ' ἀφεὶς
Τὰ τῆςδε τῆς γῆς κύρι', ὧδ' ἐπειςπεσὼν,
Ἄγεις θ' ἃ χρήζεις, καὶ παρίστασαι βίᾳ,
Κἀμοὶ πόλιν κένανδρον ἢ δούλην τινὰ
Ἔδοξας εἶναι, κἄμ' ἴσον τῷ μηδενί.
Καί τοι σε Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν·
Οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν,
Οὐδ' ἄν σ' ἐπαινέσειαν, εἰ πυθοίατο
Συλῶντα τἀμὰ καὶ τὰ τῶν θεῶν, βίᾳ
Ἄγοντα φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια.
Οὔκουν ἔγωγ' ἂν, σῆς ἐπεμβαίνων χθονὸς,
Οὐδ' εἰ τὰ πάντων εἶχον ἐνδικώτατα,
Ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος, ὅςτις ἦν, χθονὸς,
Οὔθ' εἷλκον, οὔτ' ἂν ἦγον, ἀλλ' ἠπιστάμην,

quandoquidem et me, iisque quibus prognatus es, et patria tua indignum facinus adgressus es; quippe qui aequi servantem ingressus civitatem, nihilque nisi ex lege facientem, tamen spretis iis, penes quos est huius loci publica auctoritas, sic irruis, abducisque quaecunque vis, tibique per vim subiicis, et mihi urbem esse putasti vacuam viris, aut servilem, et me hominem esse nihili. Quamquam te Thebae non docuerunt esse malum; non enim solent iniustos viros educare, nec te approbarent, si rescirent te meaque et divina spoliare, vi abducentem miseros supplices. Haud quidem sane, tuam ingressus terram, ne si caussas haberem omnium iustissimas, abstraherem abduceremve quemquam, absque regis, quisquis ille es-

Ξένον παρ' ἀστοῖς ὡς διαιτᾶσθαι χρεών·
Σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν
Τὴν αὐτὸς αὑτοῦ, καί σ' ὁ πληθύων χρόνος
Γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν.
Εἶπον μὲν οὖν καὶ πρόσθεν, ἐννέπω δὲ νῦν,
Τὰς παῖδας ὡς τάχιστα δεῦρ' ἄγειν τινά,
Εἰ μὴ μέτοικος τῆσδε τῆς χώρας θέλεις
Εἶναι βίᾳ τε κοὐχ ἑκών· καὶ ταῦτά σοι
Τῷ νῷ θ' ὁμοίως κἀπὸ τῆς γλώσσης λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

Ὁρᾷς, ἵν' ἥκεις, ὦ ξέν'; ὡς ἀφ' ὧν μὲν εἶ,
Φαίνει δίκαιος, δρῶν δ' ἐφευρίσκει κακά.

ΚΡΕΩΝ.

Ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγων,
Ὦ τέκνον Αἰγέως, οὔτ' ἄβουλον, ὡς σὺ φῄς,
Τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα, γιγνώσκων δ', ὅτι

set, arbitrio; sed scirem, quo se modo hospes inter cives gerere oporteat: tu vero tuam ipsius patriam, haud tali dignam probro, dedecoras, et te longa aetas senem simul reddit, et mente vacuum. Dixi quidem iam ante, nuncque iterum dico; puellas ut quis huc reducat quam celerrime, nisi inquilinus huius loci per vim atque ingratiis tuis fieri cupis. Atque haec tibi ex animo pariter et ore dico.

Chorus. Vides, quo loco res tibi sit, hospes? Nam reputanti, a quibus natus sis, iustus esse videris; mala autem patrasse deprehenderis.

Creon. Equidem neque viris vacuam, neque consilii expertem hanc civitatem putans, ut tu rere, o nate Aegei, ista molitus sum; sed quia sciebam, ne-

Οὐδείς ποτ' αὐτοῖς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι
Ζῆλος ξυναίμων, ὥστ' ἐμοῦ τρέφειν βίᾳ.
Ἤιδη δ' ὁθ' οὕνεκ' ἄνδρα καὶ πατροκτόνον
Κἄναγνον οὐ δεξαίατ', οὐδ' ὅτῳ γάμοι
Ξυνόντες εὑρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων.
Τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον
Ἐγὼ ξυνῄδη χθόνιον ὄνθ', ὃς οὐκ ἐᾷ
Τοιούσδ' ἀλήτας τῇδ' ὁμοῦ ναίειν πόλει.
Ὧι πίστιν ἴσχων τήνδ' ἐχειρούμην ἄγραν.
Καὶ ταῦτ' ἂν οὐκ ἔπρασσον, εἰ μή μοι πικρὰς
Αὐτῷ τ' ἀρὰς ἠρᾶτο καὶ τῷ 'μῷ γένει·
Ἀνθ' ὧν πεπονθὼς ἠξίουν τάδ' ἀντιδρᾶν.
Θυμοῦ γὰρ οὐδέν ἐστι γῆρας ἄλλο πλὴν
Θανεῖν· θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται.
Πρὸς ταῦτα πράξεις οἷον ἂν θέλῃς, ἐπεὶ
Ἐρημία με, κεἰ δίκαι' ὅμως λέγω,
Σμικρὸν τίθησι· πρὸς δὲ τὰς πράξεις ὅμως,

minem horum fore civium, qui tanto erga consanguineos meos accendatur studio, ut vel meis ingratiis eos alere velit. Noram praeterea hominem parricidam et scelere pollutum ab iis receptum non iri, nec qui incestis ex nuptiis liberos procreasse compertus sit. Talem illis in Areopago senatum indigenam esse noram, prudentia insignem, qui non sinit huiusmodi errones in hac urbe conversari. Cuius quidem fiducia hanc praedam capere aggressus sum: nec sic tamen fecissem, nisi mihi ipsi generique meo diras hic acerbas imprecatus esset: quapropter iniuria lacessitus, hanc aequum censui rependere vicem. Ira enim non consenescit nisi morte, mortuique soli nullo tentantur dolore. Proinde quodcunque libuerit facies, quandoquidem me solitudo, tametsi iusta dico, parvum reddit. Attamen, qualia

Καὶ τηλικόσδ' ὢν, ἀντιδρᾶν πειράσομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ λῆμ' ἀναιδὲς, τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς,
Πότερον ἐμοῦ γέροντος, ἢ σαυτοῦ, τόδε,
Ὅστις φόνους μοι, καὶ γάμους, καὶ ξυμφορὰς
Τοῦ σοῦ διῆκας στόματος, ἃς ἐγὼ τάλας
Ἤνεγκον ἄκων; θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον,
Τάχ' ἄν τι μηνίουσιν ἐς γένος πάλαι.
Ἐπεὶ καθ' αὑτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ
Ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδὲν, ἀνθ' ὅτου
Τάδ' εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμούς θ' ἡμάρτανον·
Ἐπεὶ δίδαξον, εἴ τι θέσφατον πατρὶ
Χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ', ὥστε πρὸς παίδων θανεῖν,
Πῶς ἂν δικαίως τοῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοὶ,
Ὃς οὔ τι βλάστας πω γενεθλίους πατρὸς,
Οὐ μητρὸς, εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦν;
Εἰ δ' αὖ φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην,

cumque futura sint tua facta, etsi hac aetate sum, par conabor referre.

Oedipus. O impudentem audaciam! utrum proscindere putas, mene senem, an te ipsum hisce conviciis, qui mihi caedes et nuptias, calamitatesque ore exprobras improbo, quas ego miser tuli invitus? diis enim ita visum est, iratis forte generi nostro veterem ob aliquam culpam. Me enim ipsum haud quidquam mali commeruisse arguas, qua gratia haec in me meosque admiserim flagitia: nam doce me, sodes, si quo oraculi responso praedictum fuit patri, peremtum illum iri a filio, quo iure mihi hoc exprobres, qui neque a patre tunc satus, neque a matre conceptus, sed nondum generatus eram? Si vero natus infelix, ut ego natus sum, cum patre

[redacted]

Ἐς χεῖρας ἦλθον πατρὶ, καὶ κατέκτανον,
Μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων, εἰς οὕς τ' ἔδρων,
Πῶς γ' ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;
Μητρὸς δὲ, τλῆμον, οὐκ ἐπαισχύνει γάμους,
Οὔσης ὁμαίμου σῆς, μ' ἀναγκάζων λέγειν;
Οἵους ἐρῶ τάχ'· οὐ γὰρ οὖν σιγήσομαι,
Σοῦ γ' ἐς τόδ' ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα.
Ἔτικτε γάρ μ', ἔτικτεν (ὤ μοι μοι κακῶν!)
Οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα· καὶ τεκοῦσά με,
Αὐτῆς ὄνειδος παῖδας ἐξέφυσέ μοι.
Ἀλλ' ἓν γὰρ οὖν ἐξοῖδα, σὲ μὲν ἑκόντ' ἐμὲ
Κείνην τε ταῦτα δυςστομεῖν· ἐγὼ δέ νιν
Ἄκων ἔγημα, φθέγγομαί τ' ἄκων τάδε.
Ἀλλ' οὐ γὰρ οὔτ' ἐν τοῖςδ' ἀκούσομαι κακὸς
Γάμοισιν, οὔθ' οὓς αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι
Φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς.
Ἓν γάρ μ' ἄμειψαι μοῦνον, ὧν σ' ἀνιστορῶ·

conserui manus, eumque occidi, nec quod facinus admitterem, neque in quem, sciens: quî mihi quod imprudens feci iuste vertas crimini? Ecquid vero non te pudet, perdite, matris meae, tuae sororis, de nuptiis cogere me loqui? quae quales fuerint, mox dicam: rem enim silentio non premam, quum tu impium hunc sermonem extorsus sis. Peperit enim me, peperit (heu quantum est mali!) ignarum ignara: materque eadem mea deinde liberos, suimetipsius probrum, peperit mihi. Verum unum saltem hoc mihi constat, te quidem ultro meque et illam his urgere conviciis: ego autem eam invitus duxi, invitusque haec loquor. Sed ne quidem ob has nuptias malus perhibebor, neque ob eam, quam mihi acerbe obiectas usque, caedem paternam. Unum enim mihi responde solum quod

[redacted]

Εἴ τις σε, τὸν δίκαιον, αὐτίκ' ἐνθάδε
Κτείνοι παραστὰς, πότερα πυνθάνοι' ἄν, εἰ
Πατήρ σ' ὁ καίνων, ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως;
Δοκῶ μὲν, εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον
Τίνοι' ἂν, οὐδὲ τοὔνδικον περιβλέποις.
Τοιαῦτα μέν τοι καὐτὸς εἰσέβην κακὰ,
Θεῶν ἀγόντων· οἷς ἐγὼ οὐδὲ τὴν πατρὸς
Ψυχὴν ἂν οἶμαι ζῶσαν ἀντειπεῖν ἐμοὶ,
Σὺ δ' (εἶ γὰρ οὐ δίκαιος, ἀλλ' ἅπαν καλὸν
Λέγειν νομίζων, ῥητὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος)
Τοιαῦτ' ὀνειδίζεις με τῶνδ' ἐναντίον.
Καὶ σοὶ τὸ Θησέως ὄνομα θωπεῦσαι καλὸν,
Καὶ τὰς Ἀθήνας, ὡς κατῴκηνται καλῶς;
Καθ' ὧν ἐπαινῶν πολλὰ, τοῦδ' ἐκλανθάνει,
Ὅθ' οὕνεκ', εἴ τις γῆ θεοὺς ἐπίσταται
Τιμαῖς σεβίζειν, ἥδε τοῦθ' ὑπερφέρει.

te interrogo: si quis te, iustum illum, subito hic invadens perimere conaretur, quaereresne, utrum pater is esset, qui te vellet occidere, an vero statim ulcisceréris? sane existimo, si quidem vitam amas, improbum ulcisscereris, neque quid iustum considerares. Talia quidem et ipse incidi in mala, deis ducentibus; quibus ne animam quidem patris, si reviviscat, contraria dicturam esse opinor, at tu (haud enim probus es, sed omnia dictu honesta putans, fanda infandaque) talia mihi coram his exprobras. Et tibi Theseum adulari decorum videtur, Athenarumque urbem, ut quae praeclaris habitetur incolis? Quapropter multa laudans, hoc oblitus es, urbem hanc, si qua alia deos novit honoribus colere, hoc nomine omnes antecellere.

Ἀφ' ἧς σὺ κλέψας τὸν ἱκέτην γέροντ' ἐμὲ
Αὐτόν τ' ἐχείρου, τὰς κόρας τ' οἴχει λαβών.
Ἀνθ' ὧν ἐγὼ νυν τάςδε τὰς θεὰς ἐμοὶ
Καλῶν ἱκνοῦμαι καὶ κατασκήπτω λιταῖς
Ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους, ἵν' ἐκμάθῃς,
Οἵων ὑπ' ἀνδρῶν ἥδε φρουρεῖται πόλις.

ΧΟΡΟΣ.

Ὁ ξεῖνος, ὦναξ, χρηστός· αἱ δὲ ξυμφοραὶ
Αὐτοῦ πανωλεῖς, ἄξιαι δ' ἀμυνάθειν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἅλις λόγων· ὡς οἱ μὲν ἐξηρπασμένοι
Σπεύδουσιν, ἡμεῖς δ', οἱ παθόντες, ἕσταμεν. —

ΚΡΕΩΝ.

Τί δῆτ' ἀφαυρῷ φωτὶ προςτάσσεις ποιεῖν;

ΘΗΣΕΥΣ.

Ὁδοῦ κατάρχειν τῆς γε δεῖ, πομπὸν δ' ἐμοὶ
Χωρεῖν, ἵν', εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖσδ' ἔχεις
Τὰς παῖδας, ἡ μὴν αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί·

Unde tu supplicem, me senemque furto conaris ipsum abducere, filiasque rapuisti. Quorum ego nunc gratia hasce deas invocans rogo, et precibus supplico, ut adsint mihi auxilio, quo discas, qualibus a viris haec custodiatur urbs.

Chorus. Bonus est hic hospes, o rex; et exitialis premit eum calamitas, quae vindice digna est.

Theseus. Verborum satis est; nam raptores quidem properant, nos vero, qui iniuria adfecti sumus, hic stamus.

Creon. Quid, quaeso, imbecillo homini, ut faciat, imperas?

Theseus. Ut illam, qua opus est, ingrediaris viam, meque eo deducas: ut, sicubi in his locis abigis virgines, ipse mihi indicium fa-

Εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν·
Ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες, οὓς οὐ μή ποτε
Χώρας φυγόντες τῆσδ' ἐπεύξονται θεοῖς.
Ἀλλ' ἐξυφηγοῦ· γνῶθι δ', ὡς ἔχων ἔχει,
Καί σ' εἷλε θηρῶνθ' ἡ τύχη· τὰ γὰρ δόλῳ
Τῷ μὴ δικαίῳ κτήματ' οὐχὶ σώζεται.
Κοὐκ ἄλλον ἕξεις ἐς τάδ'· ὡς ἐξοῖδά σε
Οὐ ψιλὸν, οὐδ' ἄσκευον ἐς τοσήνδ' ὕβριν
Ἥκοντα τόλμης τῆς παρεστώσης τανῦν,
Ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε·
Ἃ δεῖ μ' ἀθρῆσαι, μηδὲ τήνδε τὴν πόλιν
Ἑνὸς ποιῆσαι φωτὸς ἀσθενεστέραν.
Νοεῖς τι τούτων, ἢ μάτην τανῦν τέ σοι
Δοκεῖ λελέχθαι, χὤτε ταῦτ' ἐμηχανῶ;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἐνθάδ' ὢν ἐρεῖς ἐμοί·

cias; si vero ex terra fugiunt, quantum potest, non est quod laboremus: alii enim sunt, qui contento cursu eos persequuntur, quos quod effugerint, numquam terrae huiusce deos irridebunt. Sed praei: atque adgnosce, ut tenens tenearis ipse, utque venantem te cepit fortuna: dolo enim malo quaesita stabilia non manent. Neque cuiusvis alius hac in re utêris opera: quippe satis intelligo, te nequaquam viris armisque destitutum ad hanc tantam iniuriam tam audacter inferendam accessisse, sed praesidium est aliquod, cui tu fidens haec patrasti. Quae dispicere me oportet, nec committere, ut haec civitas uni succumbat viro. Numquid haec intelligis? an frustra tibi dicta putas quaeque nunc audis, et quae audisti, quum ista machinareris?

Creon. Nihil hîc mihi dices, quod refellere valeam:

Οἴκοι δὲ χ' ἡμεῖς εἰσόμεσθ', ἃ χρὴ ποιεῖν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Χωρῶν ἀπείλει νυν· σὺ δ' ἡμῖν, Οἰδίπους,
Ἕκηλος αὐτοῦ μίμνε, πιστωθεὶς, ὅτι,
Ἢν μὴ θάνω 'γὼ πρόσθεν, οὐχὶ παύσομαι,
Πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὄναιο, Θησεῦ, τοῦ τε γενναίου χάριν,
Καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐνδίκου προμηθίας.

ΧΟΡΟΣ.

ϛροφὴ ά. Εἴην ὅθι δαΐων ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ
Τὸν χαλκοβόαν Ἄρη
Μίξουσιν, ἢ πρὸς Πυθίαις,
Ἢ λαμπάσιν, ἀκταῖς,
Οὗ Πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται
Τέλη θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα
Κλῆς ἐπὶ γλώσσα βέβακε προςπόλων Εὐμολπιδᾶν·

domi vero et nos sciemus, quid facto opus sit.

Theseus. Abi modo, et minare quantumvis. Tu vero nobis, Oedipe, quietus hic mane, et confide, me, nisi prius moriar, non desiturum, priusquam tuarum te compotem filiarum fecero.

Oedipus. Bene sit tibi, Theseu, cum ob animum generosum, tum ob hanc erga nos iustam providentiam.

Chorus. Utinam illic adessem, ubi concurrentes infestis armis viri aenea voce clamantem Martem miscebunt, vel ad Pythia litora, vel ad illa lampadibus fulgentia, ubi verendis sacris mortales excolunt venerandae deae, quarum aurea clavis linguas etiam coërcet ministrorum Eumol-

Ἔνθα Θησέα οἶμαι
Ἐγρεμάχαν κατὰ διστόλους
Ἀδμῆτας ἀδελφὰς
Αὐταρκεῖ τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ
Τούσδ' ἀνὰ χώρους.
ἀντιστρ. ά. Ἦ που τὸν ἑφέσπερον πέτρας νιφάδος πελῶ-
σ' Οἰάτιδος, ἔκνομοι
Πώλοισιν ἢ ῥιμφαρμάτοις
Φεύγοντες ἁμίλλαις;
Ἁλώσεται δεινὸς ὁ προσχώρων
Ἄρης, δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά·
Πᾶς γὰρ ἀστράπτει χαλινὸς, πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατὰ
Ἀμπυκτήρια πώλων
Ἄμβασις, οἳ τὰν Ἱππίαν
Τιμῶσιν Ἀθάναν,
Καὶ τὸν πόντιον γαιάοχον
Ῥέας φίλον υἱόν.
στροφὴ β'. Ἔρδουσιν, ἢ μέλλουσιν;
Ὡς προμνᾶταί τι μοι γνώμα, τάχ' ἂν δώσειν

pidarum: ubi quidem puto bellicosum Thesea propter geminas innuptas sorores cito incursurum viribus haud imparibus, hac in regione.

An usque ad occiduam petrae nivalis Oeae regionem scelesti, concitatis equis aut curribus, fuga contendent? Apparebit terribilis accolarum Mars, terribile quoque Thesidarum robur. Cunctis enim ex frenis fulgor emicat, omnisque equitatus properat ornatos phaleris feros conscendere, quicunque equestrem colunt Minervam, marinumque terram ambientem Rheae carum filium.

Remne gerunt, an cunctantur? atqui praesagit mihi animus, mox redditu-

Τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ
Δ' εὑροῦσαν πρὸς αὐθαίμων πάθη.
Τελεῖ, τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἆμαρ·
Μάντις εἴμ' ἐσθλῶν ἀγώνων.
Εἴθ' ἀελλαία ταχύῤῥωστος πελειὰς
Αἰθερίας νεφέλας κύρσαι-
μ', αὐτῶν δ' ἀγώνων
Θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα!
ἀντιστρ. β'. Ἰὼ θεῶν πανταρχα,
Ζεῦ παντόπτα, πόροις γᾶς τᾶςδε δαμούχοις
Ἐπινικίῳ σθένει τὸν
Εὔαγρον τελειῶσαι λόχον,
Σεμνά τε παῖς, Παλλὰς Ἀθάνα!
Καὶ τὸν ἀγρευτὰν Ἀπόλλω,
Καὶ κασιγνήταν, πυκνοστίκτων ὀπαδὸν
Ὠκυπόδων ἐλάφων, στέργω,
Διπλᾶς ἀρωγὰς
Μολεῖν γᾷ τᾷδε καὶ πολίταις.

ros esse virginem acerba passam, acerbisque impetitam iniuriis a consanguineis. Conficiet, conficiet aliquid hodie Iupiter. Vates sum felicium proeliorum. Utinam ventosa columba, praepeti volatu aetheriam in nubem sublata, ipsa certamina his oculis adspicerem!

O deorum rex summe, Iupiter, qui omnia cernis, tribuas huius terrae rectoribus, ut triumphali robore expeditionem hanc, partaque praeda, conficiant, tuque, veneranda virgo, Pallas Minerva! necnon venatorem Apollinem, sororemque, maculosos sectantem celeripedes cervos, obsecro geminam opem ferentes adsint huic urbi et civibus.

Ὦ ξεῖν' ἀλῆτα, τῷ σκοπῷ μὲν οὐκ ἐρεῖς,
Ὡς ψευδόμαντις· τὰς κόρας γὰρ εἰσορῶ
Τάσδ' ἆσσον αὖθις ὧδε προσπολουμένας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποῦ, ποῦ; τί φῄς; πῶς εἶπας;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ πάτερ, πάτερ,
Τίς ἂν θεῶν σοι τόνδ' ἄριστον ἄνδρ' ἰδεῖν
Δοίη, τὸν ἡμᾶς δεῦρο προσπέμψαντά σοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Αἵδε γὰρ χέρες
Θησέως ἔσωσαν, φιλτάτων τ' ὀπαόνων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Προσέλθετ', ὦ παῖ, πατρὶ, καὶ τὸ μηδαμὰ
Ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε!

O vage hospes, speculatorem me haud dices falso augurari: eccas enim puellas video prope huc rursus se conferentes.

Oedipus. Ubi, ubi? quid ais? quid dixti?

Antigone. O pater, pater, utinam deorum aliquis tibi praestet, ut fortissimum videas virum, qui nos huc remisit tibi!

Oedipus. O filia, anne adestis?

Antigone. Quippe manus hae nos Thesei servarunt, fidorumque comitum.

Oedipus. Accedite, o filia, ad patrem, et sinite me vestra, quae neutiquam reditura speraveram, contingere corpora.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Αἰτεῖς ἃ τεύξει· ξὺν πόθῳ γὰρ ἡ χάρις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποῦ δῆτα, ποῦ 'στόν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Αἵδ' ὁμοῦ πελάζομεν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατ' ἔρνη!

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τῷ τεκόντι πᾶν φίλον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ σκῆπτρα φωτὸς....

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Δυςμόρου γε δύςμορα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔχω τὰ φίλτατ', οὐδ' ἔτ' ἂν πανάθλιος
Θανὼν ἂν εἴην, σφῷν παρεστώσαιν ἐμοί.

Antigone. Quod petis, consequêris; nobis enim cupita gratia est.

Oedipus. Ubi, quaeso, ubi estis?

Antigone. En una ambae accedimus.

Oedipus. O carissima germina!

Antigone. Genitori quidquid genuit carum.

Oedipus. O fulcra viri —

Antigone. Infelicis sane infelicia!

Oedipus. Carissima teneo pignora; neque adhuc omnium ero miserrimus, si moriar, vobis assistentibus mihi.

Ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον,
Ἐμφῦτε τῷ φύσαντι, κἀναπαύσατον
Τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦδε δυστήνου πλάνου,
Κἀμοὶ τὰ πραχθέντ' εἴπαθ' ὡς βράχιστ', ἐπεὶ
Ταῖς τηλικαῖσδε σμικρὸς ἐξαρκεῖ λόγος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὅδ' ἔσθ' ὁ σώσας· τοῦδε χρὴ κλύειν, πάτερ,
Χαίροντα. τοὔργον τοὐμὸν οὖν ἔσται βραχύ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε πρὸς τὸ λιπαρές·
Τέκνων φανέντων δ' ἄλπνα μηκύνω λόγον·
Ἐπίσταμαι γὰρ τήνδε τὴν ἐς τάσδ' ἐμοὶ
Τέρψιν παρ' ἄλλου μηδενὸς πεφασμένην·
Σὺ γάρ νιν ἐξέσωσας, οὐκ ἄλλος βροτῶν.
Καί σοὶ θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω,
Αὐτῷ τε καὶ γῇ τῇδ'· ἐπεὶ τό γ' εὐσεβὲς

Adplicaminor mihi, o filia, utrumque ad latus; adhaerete genitori, finemque imponite solitariae miserae vagationi, ad quam modo redactus eram: et mihi quae gesta sunt narrate paucissimis: nam vobis, id aetatis, brevis sufficit sermo.

Antigone. Hic est qui nos servavit: hunc audire oportet gaudentem, pater. brevis igitur mea erit oratio.

Oedipus. O hospes, ne mirere quod animo meo morem nimis geram: liberis enim redditis suaviter produco sermonem; praesertim cum, quod ex illis gaudium capio, id tuum esse sciam et a nemine alio ortum: tu enim eas servasti, nec quisquam alius mortalium. Proinde digna tibi, ut opto, praemia dii ferant, ipsique et huic civitati; quandoquidem apud

Μόνοις παρ' ὑμῖν εὗρον ἀνθρώπων ἐγὼ,
Καὶ τοὐπιεικὲς, καὶ τὸ μὴ ψευδοστομεῖν.
Εἰδὼς δ' ἀμύνω τοῖσδε τοῖς λόγοις τάδε·
Ἔχω γὰρ ἅχω διὰ σὲ, κοὐκ ἄλλον βροτῶν.
Κἀμοὶ χέρ', ὦ 'ναξ, δεξιὰν ὄρεξον, ὡς
Ψαύσω, φιλήσω τ', εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα.
Καί τοι τί φωνῶ; πῶς δ' ἂν, ἄθλιος γεγὼς,
Θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρὸς, ᾧ τις οὐκ ἔνι
Κηλὶς κακῶν ξύνοικος; οὐκ ἔγωγέ σε,
Οὐδ' οὖν σ' ἐάσω· τοῖς γὰρ ἐμπείροις βροτῶν
Μόνοις οἷόν τε ξυνταλαιπωρεῖν τάδε·
Σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε, καὶ τὰ λοιπά μου
Μέλου δικαίως, ὥςπερ ἐς τόδ' ἡμέρας.

ΘΗΣΕΥΣ.

Οὔτ', εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,
Τέκνοισι τερφθεὶς τοῖσδε, θαυμάσας ἔχω,
Οὐδ' εἰ πρὸ τοῦ 'μοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη·

vos hominum solos pietatem inveni, et aequitatem, fidemque fallere nesciam. Haec autem expertus, hisce verbis assero: habeo enim, quae habeo, per te, nec quemquam alium. Et mihi manum, o rex, porrige dextram, ut tangam, exosculerque, si fas, tuum caput. Quamquam quid dico? quomodo infelix ego adtingere postulem virum, cui nulla suscepta est flagitii macula? haud sane te ego, nec te id facere sinam: soli enim mortalium, quos usus edocuit, harum aerumnarum oneri adiutando pares sunt; tu vero isthinc mihi salve, et in posterum mei curam gerito iuste, ut fecisti hodie.

Theseus. Neque si longiori usus es sermone, laetitia adfectus ob receptas hasce tuas filias, demiror, neque si, me posthabito, priores eas adlocutus es:

Βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει.
Οὐ γὰρ λόγοισι τὸν βίον σπουδάζομεν
Λαμπρὸν ποιεῖσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς δρωμένοις.
Δείκνυμι δ'· ὧν γὰρ ὤμοσ', οὐκ ἐψευσάμην
Οὐδέν σε, πρέσβυ· τάσδε γὰρ πάρειμ' ἄγων
Ζώσας, ἀκραιφνεῖς τῶν κατηπειλημένων.
Χὤπως μὲν οὗτος ᾑρέθη, τί δεῖ μάτην
Κομπεῖν, ἅ γ' εἴσει καὐτὸς ἐκ ταύταιν ξυνών;
Λόγος δ', ὃς ἐμπέπτωκεν ἀρτίως ἐμοὶ
Στείχοντι δεῦρο, ξυμβαλοῦ γνώμην· ἐπεὶ
Σμικρὸς μὲν εἰπεῖν, ἄξιος δὲ θαυμάσαι.
Πρᾶγος δ' ἀτίζειν οὐδὲν ἄνθρωπον χρεών.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί δ' ἔστι, τέκνον Αἰγέως; δίδασκέ με,
Ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν, ὧν σὺ πυνθάνει.

nihil enim horum nobis grave est. Non enim sermonibus studemus inclarescere magis quam factis. Idque re ipsa ostendo: quae enim iuratus promisi tibi, senex, horum nihil est in quo fidem non exsolverim; quippe has tibi adduco salvas, illaesasque omnibus quae minitabatur Creon. At hoc certamine quomodo victoria parta fuerit, quorsum adtinet frustra iactabundum me narrare, quae quidem ipse ex his, quibuscum versaris, rescies? Sed rem, quae mihi modo huc venienti renuntiata est, animum adverte, siquidem, parva licet dictu, digna tamen admiratione est. Rem vero nullam negligere hominem decet.

Oedipus. Qui rei est, fili Aegei? doce me, ut qui sciam eorum nihil, quae tu audiisti.

ΘΗΣΕΥΣ.

Φασίν τιν' ἡμῖν ἄνδρα, σοὶ μὲν ἔμπολιν
Οὐκ ὄντα, συγγενῆ δὲ, προςπεσόντα πως
Βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος, παρ' ᾧ
Θύων ἔκυρον, ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποδαπόν; τί προςχρῄζοντα τῷ θακήματι;

ΘΗΣΕΥΣ.

Οὐκ οἶδα πλὴν ἕν· σοῦ γὰρ, ὡς λέγουσί μοι,
Βραχύν τιν' αἰτεῖ μῦθον, οὐκ ὄγκου πλέων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποῖόν τιν'; οὐ γὰρ ἥδ' ἕδρα σμικροῦ λόγου.

ΘΗΣΕΥΣ.

Σοί φασιν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μόνον
Αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς δῆτ' ἂν εἴη τῆνδ' ὁ προςθακῶν ἕδραν;

Theseus. Aiunt virum quemdam, haud quidem eiusdem tecum consortem civitatis, cognatum vero, supplicem nobis ad aram Neptuni sedere, ad quam sacra faciebam, quum tumultu hîc orto excitatus fui.

Oedipus. Quemnam? quidve petentem hac supplicatione?

Theseus. Haud scio, nisi unum: a te enim, ut narrant mihi, exiguum expetit officium, nec plenum negotii.

Oedipus. Quodnam? haud enim parvi momenti haec sessio.

Theseus. Illum postulare tantum aiunt, ut sibi liceat ad te accedere et tecum colloqui, tum tuto abire, nihilque mali passum, quod huc venerit.

Oedipus. Quisnam esse possit, qui sic supplex sedet?

P

ΘΗΣΕΥΣ.

Ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμῖν ἐγγενὴς
Ἔσθ', ὅςτις ἄν σου τοῦτο προςχρῄζοι τυχεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατε, σχὲς οὗπερ εἶ!

ΘΗΣΕΥΣ.

Τί δ' ἔστι σοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μή μου δεηθῇς!

ΘΗΣΕΥΣ.

Πράγματος ποίου, λέγε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔξοιδ' ἀκούων τῶνδ', ὅς ἐσθ' ὁ προστάτης.

ΘΗΣΕΥΣ.

Καὶ τίς ποτ' ἐστὶν, ὃν ἂν ἐγὼ ψέξαιμί τι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Παῖς οὑμὸς, ὦ 'ναξ, στυγνὸς, οὗ λόγων ἐγὼ
Ἄλγιστ' ἂν ἀνδρῶν ἐξανασχοίμην κλύων.

Theseus. Vide, num Argis quis vobis cognatus sit, qui hoc a te velit consequi.

Oedipus. O carissime, ne ultra progredere.

Theseus. Quid vero est tibi?

Oedipus. Ne me obsecra.

Theseus. Dic, quanam super re.

Oedipus. Scio, his auditis, quis ille sit, qui ad aram sedet.

Theseus. Et quis tandem est, quem dignum reprehensione iudicem?

Oedipus. Filius meus, o rex, odium, cuius ego sermones ex omnibus maximo cum dolore sustinerem audire.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τί δ'; οὐκ ἀκούειν ἐστὶ, καὶ μὴ δρᾶν, ἃ μὴ
Χρῄζεις; τί σοι τοῦτ' ἐστὶ λυπηρὸν, κλύειν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔχθιστον, ὦ 'ναξ, φθέγμα τοῦθ' ἥκει πατρί·
Καὶ μή μ' ἀνάγκῃ προςβάλῃς τάδ' εἰκάθειν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἀλλ' εἰ τὸ θάκημ' ἐξαναγκάζει, σκόπει,
Μή μοι πρόνοι' ᾖ τοῦ θεοῦ φυλακτέα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάτερ, πιθοῦ μοι, κεἰ νέα παραινέσω.
Τὸν ἄνδρ' ἔασον τόνδε τῇ θ' αὐτοῦ φρενὶ
Χάριν παρασχεῖν, τῷ θεῷ θ', ἃ βούλεται·
Καὶ νῷν ὕπεικε, τὸν κασίγνητον μολεῖν·
Οὐ γάρ σε (θάρσει) πρὸς βίαν παρασπάσει
Γνώμης, ἃ μή σοι ξυμφέροντα λέξεται·
Λόγων δ' ἀκοῦσαι, τίς βλάβη; τά τοι καλῶς
Εὑρημέν' ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται.

Theseus. Quid vero? non tibi audire licet, quaeque nolis, non facere? cur tibi illud molestum est, audire?

Oedipus. Invisissima, o rex, vox illa patris accidit aures, et ne me eo redigas, ut haec tibi concedam.

Theseus. Sed id si flagitat supplex ad aram sedentis habitus, vide an non dei religio mihi servanda sit.

Antigone. Pater, obtempera mihi, tametsi adolescentula te moneo. Virum hunc sine suo ipsius animo obseqni, et deo, sicut cupit; et nobis concede ut frater veniat: non enim te (confide) invitum a sententia absterrebunt, quae ille tibi non commoda dixerit; verba autem audiisse, quid nocuerit? sane consilia recte cogitata verbis decla-

Ἔφυσας αὐτόν· ὥστε μηδὲ δρῶντά σε
Τὸ τῶν κακίστων δυσσεβέστατον, πάτερ,
Θέμις σέ γ' εἶναι, κεῖνον ἀντιδρᾷν κακῶς
Ἄληκτον. Εἰσὶ χἀτέροις γοναὶ κακαὶ,
Καὶ θυμὸς ὀξύς· ἀλλὰ νουθετούμενοι
Φίλων ἐπῳδαῖς, ἐξεπᾴδονται φύσιν.
Σὺ δ' εἰς ἐκεῖνα μὴ τανῦν ἀποσκόπει
Πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ', ἅπαθες
(Κἂν κεῖνα λεύσσῃς, οἶδ' ἐγὼ, γνώσει κακοῦ
Θυμοῦ τελευτὴν, ὡς κακὴ προσγίγνεται·
Ἔχεις γὰρ οὐχὶ βαιὰ τἀνθυμήματα,
Τῶν σῶν ἀδέρκτως ὀμμάτων τητώμενος)·
Ἀλλ' ἡμὶν εἶκε· λιπαρεῖν γὰρ οὐ καλὸν
Δίκαια προσχρῄζουσιν, οὐδ' αὐτὸν μὲν εὖ
Πάσχειν, παθόντα δ' οὐκ ἐπίστασθαι τίνειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον, βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτ' ἐμοὶ,

rantur. Genuisti illum: quare, etiamsi erga te scelestissime se gesserit, pater, ne tibi quidem fas est male illi rependere indesinenter. Sunt et aliis mali liberi, et ira acris; sed amicorum blandis adloquiis moniti, exuunt naturam. Tu vero ne nunc mala illa respectes, quae passus es ob commissa in patrem matremque piacula (quamquam si illa expendas, sat scio, cognosces, quam malus sit irae impotentis exitus: habes enim huius rei haud leve argumentum, quod effossis oculis lumine orbatus es), verum nobis cede: non enim obstinatum esse decet adversus iusta petentes, neque ipsum beneficio ornatum nescire acceptum rependere.

Oedipus. Nata, vincitis me verbis vestris, voluptate

Λέγοντες· ἔστω δ' οὖν ὅπως ὑμῖν φίλον.
Μόνον, ξέν', εἴπερ κεῖνος ὧδ' ἐλεύσεται,
Μηδεὶς κρατείτω τῆς ἐμῆς ψυχῆς ποτέ.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἅπαξ τὰ τοιαῦτ', οὐχὶ δὶς, χρῄζω κλύειν,
Ὦ πρέσβυ. κομπεῖν δ' οὐχὶ βούλομαι· σὺ δὲ
Σῶς ἴσθ', ἐάν περ κἀμέ τις σώζῃ θεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Ὅστις τοῦ πλέονος μέρους
Χρῄζει, τοῦ μετρίου πάρος,
Ζώειν, σκαιοσύναν φυλάσσων
Ἐν ἐμοὶ κατάδηλος αἰεί·
Ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ
Ἁμέραι κατέθεντο δὴ
Λύπας ἐγγυτέρω, τὰ τέρ-
ποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ποτὲ,
Ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ

mihi permolesta. sit tamen ita, ut vobis placet. Tantum, hospes, si quidem ille huc venerit, ne quis vitam meam in sua potestate habeat.

Theseus. Haec semel dixisse satis est: bis audire nolo, senex. Nec libet gloriari; tu tamen salvum te tamdiu scito, dum me deus quis servabit.

Chorus. Quisquis longiorem vitae sortem potius quam mediocrem adpetit, ille sinistri esse ingenii, me iudice, censebitur: quandoquidem longi saepe dies tristes curas propius admovent; laeta vero non facile videas illi contingere, quem immodicam delapsum in

Τοῦ θέλοντος, οὐδ' ἐπίκουρος
Ἰσοτέλεστος Ἄϊδος ὅτε μοῖρ' ἀνυ-
μέναιος, ἄλυρος, ἄχορος, ἀναπέφηνε,
Θάνατος, ἐς τελευτάν.
ἀντιστρ. Μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νι-
κᾷ λόγον· τὸ δ', ἐπὴν φανῇ,
Βῆναι κεῖθεν, ὅθεν περ ἥκει,
Πολὺ δεύτερον, ὡς τάχιστα.
Ὡς, εὖτ' ἂν τὸ νέον παρῇ,
Κούφας ἀφροσύνας φέρον,
Τίς πλαγκτὴρ πολύμοχθος ἔ-
ξω; τίς οὐ καμάτων ἔνι,
Φόνοι, στάσεις, ἔρις, μάχαι,
Καὶ φθόνος; τό τ' ἂν κατάμεμπτον
Ἐπιλέλογχε πύματον ἀκρατὲς, ἀπροσό-
μιλον γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα
Κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ.
ἐπῳδός. Ἐν ᾧ τλάμων ὅδ', οὐκ ἐγὼ μόνος,
Πάντοθεν βόρειος ὥς τις

cupiditatem ne fatum quidem liberat Orci, omnia finiens aequaliter, quando, hymenaei, citharae et chorearum expers, apparuerit ad extremum, Mors.

Natum non esse, sortes vincit alias omnes: proxima autem est, ubi quis in lucem editus fuerit, eodem redire, unde venit, quam ocissime. Nam quando iuventas adest, stultas levitates afferens, quis laboriosus erro caret illis? quae non adest miseria, caedes, seditiones, lites, pugnae, et invidia? tandem supervenit odiosa, viribus defecta, morosa senectus, amicis orba, ubi omnia mala malorum peiora cohabitant.

In qua infelix hic, non ego solus, quoniam, Borea-

Ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται,
Ὣς καὶ τόνδε κατάκρας
Δειναὶ κυματοαγεῖς ἆται
Κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι,
Αἱ μὲν ἀπ' ἀλίου δυσμᾶν, αἱ δ' ἀνα-
τέλλοντος, αἱ δ' ἀνὰ μέσσον ἀκτῖ-
ν', αἱ δὲ νυχίαν ἀπὸ Ῥιπᾶν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καὶ μὴν ὅδ' ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὁ ξένος
Ἀνδρῶν γε μοῦνος, ὦ πάτερ, δι' ὀμμάτων
Ἄστακτα λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς οὗτος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὅνπερ καὶ πάλαι κατείχομεν
Γνώμῃ, πάρεστι δεῦρο Πολυνείκης ὅδε.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Οἴ μοι, τί δράσω; πότερα τἀμαυτοῦ κακὰ

le velut litus undique fluctibus hiemeque quatitur, sic et hunc a vertice insurgentes calamitatum fluctus adsiduis quatiunt procellis; hae quidem a solis occasu, illae vero ab ortu, aliae inde, ubi sol medios spargit radios, aliae a nocturnorum regione montium Rhipaeorum.

Antigone. Atqui eccum nobis, ut videtur, pater, gradum huc confert hospes ille incomitatus, ora affatim rigans lacrimis.

Oedipus. Quis is est?

Antigone. Quem et olim cogitabamus, ipse hîc Polynices adest.

Polynices. Hei mihi! quid faciam? an mea ipsius mala

Πρόσθεν δακρύσω, παῖδες, ἢ τὰ τοῦδ' ὁρῶν
Πατρὸς γέροντος; ὃν ξένης ἐπὶ χθονὸς
Ξὺν σφῷν ἐφεύρηκ' ἐνθάδ' ἐκβεβλημένον,
'Εσθῆτι σὺν τοιᾷδε, τῆς ὁ δυςφιλὴς
Γέρων γέροντι ξυγκατῴκηκεν πίνος,
Πλευρὰν μαραίνων, κρατὶ δ' ὀμματοστερεῖ
Κόμη δι' αὔρας ἀκτένιστος ᾄσσεται·
'Αδελφὰ δ', ὡς ἔοικε, τούτοισιν φορεῖ
Τὰ τῆς ταλαίνης νηδύος θρεπτήρια.
Ἃ 'γὼ πανώλης ὄψ' ἄγαν ἐκμανθάνω·
Καὶ μαρτυρῶ κάκιστος ἀνθρώπων τροφαῖς
Ταῖς σαῖσιν ἥκειν τἄλλα (μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ),
'Αλλ' ἔστι γὰρ καὶ Ζηνὶ σύνθακος θρόνων
Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι, καὶ πρὸς σοί, πάτερ,
Παρασταθήτω· τῶν γὰρ ἡμαρτημένων
Ἄκη μέν ἐστι, προςφορὰ δ' οὐκ ἔστ' ἔτι.
Τί σιγᾷς;
Φώνησον, ὦ πάτερ, τι! μή μ' ἀποστραφῇς!

prius deflebo, puellae, an quae huius video patris senis? quem peregrina in terra vobiscum inveni hic eiectum, cum veste tali, cuius inamabilis squalor vetustus vetusto adhaerens corpori, membra situ tabefacit, et in capite oculis orbo impexa coma ventis diffunditur; hisque, ut videtur, consimilia habet miseri ventris alimenta. Quae quidem sero nimis cognosco perditissimus ego; et testor, ceterum me pessimum omnium esse neglecto te nutriendi officio (hoc ex aliis ne quaeras), nisi quod et Iovis adsidet solio Pudor omnibus in factis, et tibi quoque, pater, adsistat: horum enim quae peccavimus remedium quidem est; at ea exprobrare nihil amplius adtinet. Quid taces? loquere aliquid, o pater; ne me averseris. Nihilne

Οὐδ' ἀνταμείβει μ' οὐδὲν, ἀλλ' ἀτιμάσας
Πέμψεις, ἄναυδος, οὐδ', ἃ μηνίεις, φράσας;
Ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες,
Πειράσατ' ἀλλ' ὑμεῖς γε κινῆσαι πατρὸς
Τὸ δυςπρόςοιστον κἀπροςήγορον στόμα,
Ὡς μή μ' ἄτιμον, τοῦ θεοῦ γε προστάτην,
Οὕτως ἀφῇ γε, μηδὲν ἀντειπὼν ἔπος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Λέγ', ὦ ταλαίπωρ', αὐτὸς, ὧν χρείᾳ πάρει·
Τὰ πολλὰ γάρ τοι ῥήματ', ἢ τέρψαντά τι,
Ἢ δυςχεράναντ', ἢ κατοικτίσαντά πως,
Παρέσχε φωνὴν τοῖς ἀφωνήτοις τινά.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Ἀλλ' ἐξερῶ (καλῶς γὰρ ἐξηγεῖ σύ μοι),
Πρῶτον μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν ποιούμενος
Ἀρωγὸν, ἔνθεν μ' ὧδ' ἀνέστησεν μολεῖν
Ὁ τῆςδε τῆς γῆς κοίρανος, διδοὺς ἐμοὶ

mihi respondes, sed contemtum ita dimittes, nihil locutus, ne declarata quidem irae tuae caussa? O viri huius progenies, meaeque sorores, at vos saltem conamini movere patris morosum os et haud affabile, ut ne spretum me dei supplicem ita dimittat absque ullo responso.

Antigone. Dic, o miser, ipse qua gratia veneris. Plerumque enim sermo vel oblectationem aliquam, vel offensionem ferens, aut ad misericordiam movens, silentibus vocem aliquam exprimit.

Polynices. Ergo eloquar; probe enim tu me commones; primum quidem ipsum hunc deum orans, ut sit adiutor, cuius ex ara me huc venire excitavit huius terrae rex, a quo data mi-

Λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ' ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ,
(Καὶ ταῦτ' ἀφ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, βουλήσομαι,
Καὶ ταῖνδ' ἀδελφαῖν, καὶ πατρὸς, κυρεῖν ἐμοί),
Ἃ δ' ἦλθον, ἤδη σοι θέλω λέξαι, πάτερ.
Γῆς ἐκ πατρῴας ἐξελήλαμαι φυγὰς,
Τοῖς σοῖς πανάρχοις οὕνεκ' ἐνθακεῖν θρόνοις
Γονῇ πεφυκὼς ἠξίουν γεραιτέρᾳ·
Ἀνθ' ὧν μ' Ἐτεοκλῆς, ὢν φύσει νεώτερος,
Γῆς ἐξέωσεν, οὔτε νικήσας λόγῳ,
Οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὔτ' ἔργου μολὼν,
Πόλιν δὲ πείσας. Ὧν ἐγὼ μάλιστα μὲν
Τὴν σὴν Ἐριννὺν αἰτίαν εἶναι λέγω·
Ἔπειτα κἀπὸ μαντέων ταύτῃ κλύω.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον Ἄργος ἐς τὸ Δωρικὸν,
Λαβὼν Ἄδραστον πενθερὸν, ξυνωμότας
Ἔστησ' ἐμαυτῷ, γῆς ὅσοιπερ Ἀπίας
Πρῶτοι καλοῦνται καὶ τετίμηνται δορὶ,

hi venia dicendique et audiendi tuto cum commeatu (eademque ut a vobis, hospites, mihi contingant, et ab hisce sororibus, patreque, cupio), cuius autem gratia venerim, iam tibi volo dicere, pater. Patrio e solo expulsus sum in exsilium, quia regio in tuo throno sedere volui pro meo iure, ut qui natu sim maior; quapropter me natu minor Eteocles ex urbe pepulit, non ut qui rationum momentis caussam vicerit, nec qui se manu factisve meliorem me esse ostenderit, sed persuasis civibus. Quorum equidem caussam in Erinnyn maxime tuam confero; quam opinionem confirmant etiam vatum responsa. Postquam enim veni Argos ad Doricum, Adrastum adeptus socerum, coniuratos socios adiunxi mihi, terrae quicunque Apiae principes cluent florentque bellica

Ὅπως, τὸν ἑπτάλογχον ἐς Θήβας στόλον
Ξὺν τοῖσδ' ἀγείρας, ἢ θάνοιμι πανδίκως,
Ἢ τοὺς τάδ' ἐκπράξαντας ἐκβάλοιμι γῆς.
Εἶεν. τί δῆτα νῦν ἀφιγμένος κυρῶ;
Σοὶ προστροπαίους, ὦ πάτερ, λιτὰς ἔχων,
Αὐτός γ' ἐμαυτοῦ, ξυμμάχων τε τῶν ἐμῶν,
Οἳ νῦν ξὺν ἑπτὰ τάξεσι, ξὺν ἑπτά τε
Λόγχαις, τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν·
Οἷος δορύσσους Ἀμφιάρεως, τὰ πρῶτα μὲν
Δορὶ κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς·
Ὁ δεύτερος δ' Αἰτωλὸς Οἰνέως τόκος
Τυδεύς· τρίτος δ' Ἐτέοκλος Ἀργεῖος γεγώς·
Τέταρτον Ἱππομέδοντ' ἀπέστειλεν πατὴρ
Ταλαός· ὁ πέμπτος δ' εὔχεται κατασκαφῇ
Καπανεὺς τὸ Θήβης ἄστυ δῃώσειν τάχα·
Ἕκτος δὲ Παρθενοπαῖος Ἀρκὰς ὄρνυται,

laude, ut, septemgemino exercitu contra Thebas cum his coacto, vel iusta pugna moriar, vel horum auctores malorum e terra eiiciam. Sed hactenus ista. Cur tandem huc me contuli? Dicam. Tibi supplices, o pater, preces admoturus, mei ipsius caussa, sociorumque meorum; qui, septem nunc lanceis septemque agminibus urbem Thebanam obsidione cingunt: qualis bellicosus Amphiaraus, armis qui primas obtinet, primasque auspiciis: secundus Aetolus est Oenei filius Tydeus: tertius Eteoclus Argivo cretus patre: quartum Hippomedonta misit pater Talaus: quintus Capaneus gloriatur suffossam Thebarum urbem statim se vastaturum: sextus Parthenopaeus Arcas concitus fertur,

Ἐπώνυμος τῆς πρόσθεν ἀδμήτης χρόνῳ
Μητρὸς, λοχευθεὶς πιστὸς Ἀταλάντης γόνος·
Ἐγὼ δ' ὁ σὸς, κεἰ μὴ σὸς, ἀλλὰ τοῦ κακοῦ
Πότμου φυτευθεὶς, σός γέ τοι καλούμενος,
Ἄγω τὸν Ἄργους ἄφοβον ἐς Θήβας στρατόν·
Οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς, πάτερ,
Ἱκετεύομεν ξύμπαντες ἐξαιτούμενοι,
Μῆνιν βαρεῖαν εἰκάθειν ὁρμωμένῳ
Τῷδ' ἀνδρὶ τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου τίσιν,
Ὅς μ' ἐξέωσε, κἀπεσύλησεν πάτρας.
Εἰ γάρ τι πιστόν ἐστιν ἐκ χρηστηρίων,
Οἷς ἂν σὺ προσθῇ, τοῖσδ' ἔφασκ' εἶναι κράτος.
Πρός νύν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων,
Αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικάθειν, ἐπεὶ
Πτωχοὶ μὲν ἡμεῖς καὶ ξένοι, ξένος δὲ σύ·
Ἄλλους δὲ θωπεύοντες οἰκοῦμεν σύ τε
Κἀγὼ, τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες·

nomine referens diu servatam olim matri virginitatem, Atalantae partu editum se probans: ego vero tuus, vel, si non tuus, sed irati Genii, filius, attamen tuus vocatus, duco intrepidum Argivorum ad Thebas exercitum: qui te per hasce tuas filias et tuam vitam, pater, obtestamur supplici cuncti prece, ut iram gravem mihi remittas, fratris iniuriam ulcisci properanti, qui me expulit, patriaque spoliavit. Si qua enim fides est oraculis, utris tu accesseris, horum victoriam fore praedixit deus. Per nunc te fontes perque cognatis iura dantes deos rogo obsequaris, et remittas iram: quandoquidem mendicus ego et hospes, tuque hospes etiam; alios autem observantes peregrina in terra degimus tuque et ego, eamdem fortunam sortiti:

Ὁ δ' ἐν δόμοις τύραννος (ὢ τάλας ἐγὼ),
Κοινῇ καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἁβρύνεται·
Ὃν, εἰ σὺ τῇ 'μῇ ξυμπαραστήσει φρενὶ,
Βραχεῖ ξὺν ὄγκῳ καὶ χρόνῳ διασκεδῶ,
Ὥστ' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων,
Στήσω δ' ἐμαυτὸν, κεῖνον ἐκβαλὼν βίᾳ.
Καὶ ταῦτα, σοῦ μὲν ξυνθέλοντος, ἔστι μοι
Κομπεῖν, ἄνευ σοῦ δ', οὐδὲ σωθῆναι σθένω. —

ΧΟΡΟΣ.

Τὸν ἄνδρα, τοῦ πέμψαντος οὕνεκ', Οἰδίπου,
Εἰπὼν ὁποῖα ξύμφορ', ἔκπεμψαι πάλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' εἰ μὲν, ἄνδρες, τῆσδ' ὁ δημοῦχος χθονὸς
Μὴ 'τύγχαν' αὐτὸν δεῦρο προσπέμψας ἐμοὶ,
Θησεὺς, δικαιῶν ὥστ' ἐμοῦ κλύειν λόγους,
Οὐδ' ἄν ποτ' ὀμφῆς τῆς ἐμῆς ἐπήσθετο·
Νῦν δ' ἀξιωθεὶς εἶσι, κἀκούσας γ' ἐμοῦ

at is domi regno potitus, o miser ego, utrumque nostrûm pariter irridens, molliter vivit: quem, si tu consilia mea adiuvabis, facili negotio brevique tempore dissipabo: sicque in domum tuam te restituam, restituamque me ipsum, illo per vim eiecto. Et haec, si tua voluntas accesserit, gloriari mihi licet; at sine te ne sospitari quidem valeo. —

Chorus. Huic viro, illius qui misit caussa, Oedipe, quodcunque tibi expedire videbitur, responde, eumque sic dimitte.

Oedipus. At nisi terrae huius rex Theseus illum huc misisset, a me responsum ut ferret postulans, haud sane, viri, vocem ille umquam meam audiret: nunc vero is honor ei habebitur, quanquam auditis ex me

Τοιαῦθ', ἃ τὸν τοῦδ' οὔ ποτ' εὐφρανεῖ βίον,
Ὅς γ', ὦ κάκιστε, σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχων,
Ἃ νῦν ὁ σὸς ξύναιμος ἐν Θήβαις ἔχει,
Τὸν αὐτὸς αὑτοῦ πατέρα τόνδ' ἀπήλασας,
Κἄθηκας ἄπολιν, καὶ στολὰς ταύτας φορεῖν,
Ἃς νῦν δακρύεις εἰσορῶν, ὅτ' ἐν πόνῳ
Ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί.
Οὐ κλαυστὰ δ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα
Τάδ', ἕως περ ἂν ζῶ σοῦ φονέως μεμνημένος.
Σὺ γάρ με μόχθῳ τῷδ' ἔθηκας ἔντροφον,
Σύ μ' ἐξέωσας· ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος
Ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον.
Εἰ δ' ἐξέφυσα τάσδε μὴ 'μαυτῷ τροφοὺς
Τὰς παῖδας, ὦ 'τὰν, οὐκ ἂν ἦν, τὸ σὸν μέρος·
Νῦν δ' αἵδ' ἔμ' ἐκσώζουσιν, αἵδ' ἐμαὶ τροφοὶ,
Αἵδ' ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, ἐς τὸ ξυμπονεῖν,
Ὑμεῖς δ' ἀπ' ἄλλου, κοὐκ ἐμοῦ, πεφύκατον.

talibus, quae numquam eius vitae laetitiam adferent, qui, o scelestissime, sceptra et solium quum tenebas, quae nunc tuus frater Thebis tenet, tuum ipse patrem hunc expulisti, patriaque extorrem fecisti, eoque redegisti, ut hac indueretur veste, quam nunc intuens lacrimas, quando in easdem miserias coniectus es. Haec vero deploranda mihi non sunt, sed ferenda, quamdiu viventi mihi sedebit animo parricidae tui memoria. Tu enim in has aerumnas me detrusisti; tu me expulisti; tua quoque opera vagus ab aliis mendico quotidianum victum. Quod si non hasce genuissem mihi nutricias filias, haud superessem amplius, bone vir, tua quidem caussa: nunc autem hae me servant, meae sunt hae altrices; hae viri sunt, non feminae, adiuvandis meis aerumnis, tu vero fraterque tuus ex alio, non ex me, nati estis. Quapropter

Τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ μὲν οὔ τι πω
Ὡς αὐτίκ', εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόχοι
Πρὸς ἄστυ Θήβης· οὐ γάρ ἐσθ' ὅπως πόλιν
Κείνην ἐρείψεις, ἀλλὰ πρόσθεν αἵματι
Πεσεῖ μιανθεὶς, χὡ ξύναιμος ἐξ ἴσου·
Τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγὼ,
Νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοὶ,
Ἵν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν,
Καὶ μὴ 'ξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς
Τοιώδ' ἔφυτον· αἵδε γὰρ τάδ' οὐκ ἔδρων.
Τοιγὰρ τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους
Κρατοῦσιν, εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις·
Σὺ δ' ἔῤῥ' ἀπόπτυστός τε, κἀπάτωρ ἐμοῦ,
Κακῶν κάκιστε, τάσδε συλλαβὼν ἀρὰς,
Ἃς σοι καλοῦμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίου
Δορὶ κρατῆσαι, μήτε νοστῆσαί ποτε

te deus intuetur nondum ita ut mox, siquidem haec moventur agmina contra Thebarum urbem; non enim est, ut oppidum illud evertas, sed prius sanguine concides foedatus, simulque frater tuus. Has ego vobis diras et antea imprecatus sum, nuncque eas rursus invoco, ut auxilio adsint mihi, quo iustum esse intelligatis, parentes revereri, neque eos omni afficiatis contumelia, quod, tales quum sitis, caecum habeatis patrem: hoc enim istae non fecerunt. Itaque tuam sedem tuosque thronos hae occupabunt, siquidem prisca dea Iustitia Iovis adsidet solio, veteres servans leges; tu vero in malam rem abi, exsecratus abdicatusque patri, scelestorum scelestissime, hasque tecum aufer diras, quas tibi imprecor, ut neque terra patria bello potiaris, nec redeas umquam cavum ad

Τὸ κοῖλον Ἄργος, ἀλλὰ συγγενεῖ χερὶ
Θανεῖν, κτανεῖν θ' ὑφ' οὗπερ ἐξελήλασαι.
Τοιαῦτ' ἀρῶμαι, καὶ καλῶ τοῦ Ταρτάρου
Στυγνὸν πατρῷον Ἔρεβος, ὥς σ' ἀποικίσῃ·
Καλῶ δὲ τάςδε δαίμονας, καλῶ δ' Ἄρη,
Τὸν σφῷν τὸ δεινὸν μῖσος ἐμβεβληκότα.
Καὶ ταῦτ' ἀκούσας στεῖχε, κἀξάγγελλ' ἰὼν
Καὶ πᾶσι Καδμείοισι, τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα
Πιστοῖσι συμμάχοισιν, οὕνεκ' Οἰδίπους
Τοιαῦτ' ἔνειμε παισὶ τοῖς αὑτοῦ γέρα.

ΧΟΡΟΣ.

Πολύνεικες, οὔτε ταῖς παρελθούσαις ὁδοῖς
Ξυνήδομαί σοι, νῦν τ' ἴθ' ὡς τάχος πάλιν.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Οἴ μοι κελεύθου, τῆς τ' ἐμῆς δυςπραξίας,
Οἴ μοι δ' ἑταίρων! οἷον ἆρ' ὁδοῦ τέλος
Ἄργους ἀφωρμήθημεν, ὢ τάλας ἐγώ;

Argos, sed cognata manu cadas, occidasque eum a quo eiectus es. Haec tibi imprecor, et invoco odiosum Erebum, Tartari cognatum, ut te illuc habitaturum deducat: has quoque deas invoco, simulque Martem, qui vobis atrocis illius odii furorem iniecit. Atque haec quum audieris abi, atque hinc digressus renuntia Cadmeisque cunctis, et tuis simul fidelibus sociis, tales Oedipum filiis suis rependisse gratias.

Chorus. Polynices, nec tibi gratulor ob susceptum hunc iter, et nunc suadeo, ut, quam potes, celerrime redeas.

Polynices. Hei mihi! heu infelix iter, quam mihi cessit male! heu socios meos! hunccine ergo ut nancisceremur finem ab Argis movimus? o me calamitosum!

Τοιοῦτον, οἷον οὐδὲ φωνῆσαί τινι
Ἔξεσθ' ἑταίρων, οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν,
Ἀλλ' ὄντ' ἄναυδον τῇδε συγκύρσαι τύχῃ.
Ὦ τοῦδ' ὅμαιμοι παῖδες, ἀλλ' ὑμεῖς, ἐπεὶ
Τὰ σκληρὰ πατρὸς κλύετε τοῦδ' ἀρωμένου,
Μή τοι με, πρὸς θεῶν σφῷν, ἐάν γ' αἱ τοῦδ' ἀραὶ
Πατρὸς τελῶνται, καί τις ὑμῖν ἐς δόμους
Νόστος γένηται, μή μ' ἀτιμάσητέ γε,
Ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε κἀν κτερίσμασι.
Καὶ σφῷν ὁ νῦν ἔπαινος, ὃν κομίζετον
Τοῦδ' ἀνδρὸς, οἷς πονεῖτον, οὐκ ἐλάσσονα
Ἔτ' ἄλλον οἴσει τῆς ἐμῆς ὑπουργίας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πολύνεικες, ἱκετεύω σε πεισθῆναί τί μοι.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Ὦ φιλτάτη, τὸ ποῖον, Ἀντιγόνη; λέγε.

talem quidem, qualem neque renuntiare cuiquam liceat sociorum, nec fas pedem referre, sed tacitum oportet me in hunc casum incurrere. At vos, o germanae, huius viri filiae, quandoquidem diras, quibus me defixit hic pater, audiistis, ne me tamen, per Deos vestros obsecro, si quando imprecationes istae exitum sortitae fuerint, vobisque contingat aliqua domum redire, ne me inhonoratum patiamini, sed tumulate, sepulcroque sollemnia mittite. Sicque vobis ad istam laudem, quam ab hoc viro ob laborem reportatis, alia non minor accedet ob officium mihi praestitum.

Antigone. Polynices, obsecro te, morem mihi gere.

Polynices. Qua in re? dic, o carissima Antigone.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Στρέψαι στράτευμ' ἐς Ἄργος ὡς τάχιστά γε,
Καὶ μὴ σέ τ' αὐτὸν καὶ πόλιν διεργάσῃ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε· πῶς γὰρ αὖθις ἂν πάλιν
Στράτευμ' ἄγοιμι ταυτὸν, εἰςάπαξ τρέσας;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι; τί σοι
Πάτραν κατασκάψαντι κέρδος ἔρχεται;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Αἰσχρὸν τὸ φεύγειν, καὶ τὸ πρεσβεύοντ' ἐμὲ
Οὕτω γελᾶσθαι τοῦ κασιγνήτου πάρα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὁρᾷς τὰ τοῦδ' οὖν ὡς ἐς ὀρθὸν ἐκφέρει
Μαντεύμαθ', ὃς σφῷν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν θροεῖ;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Χρῄζει γάρ· ἡμῖν δ' οὐχὶ συγχωρητέα.

Antigone. Quamprimum ad Argos converte retro exercitum, et ne te ipsum civitatemque perditum eas.

Polynices. Sed fieri hoc nequit. Quî enim rursus easdem cogere possim copias, si semel timore correptus fugero?

Antigone. Quid vero necesse est, o fili, impotenti irae iterum te indulgere? Quid te iuvabit patriam evertisse?

Polynices. Fugere turpe est, meque priorem aetate ita irrideri a fratre.

Antigone. Viden' ergo, ut huius viri perficiuntur oracula, quibus vobis necem mutuam praenuntiat?

Polynices. Vaticinatur quidem; sed nobis cedendum non est.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴ μοι τάλαινα! τίς δὲ τολμήσει κλύων
Τὰ τοῦδ' ἕπεσθαι τἀνδρὸς, οἷ' ἐθέσπισεν;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Οὐδ' ἀγγελοῦμεν φλαῦρ'· ἐπεὶ στρατηλάτου
Χρηστοῦ, τὰ κρείσσω, μηδὲ τἀνδεᾶ, λέγειν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὕτως ἄρ', ὦ παῖ, ταῦτά σοι δεδογμένα;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γ'· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἥδ' ὁδὸς
Ἔσται μέλουσα, δύσποτμός τε καὶ κακὴ
Πρὸς τοῦδε πατρὸς, τῶν τε τοῦδ' Ἐριννύων.
Σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεὺς, τάδ' εἰ θανόντι μοι
Τελεῖτ'· ἐπεὶ οὐ μὴ ζῶντά γ' αὖθις ἕξετον.
Μέθεσθε δ' ἤδη, χαίρετόν τ'! οὐ γάρ μ' ἔτι
Βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖθις.

Antigone. Hei mihi miserae! Quis vero audebit te sequi, quum audiet, qualia vir hicce ediderit oracula?

Polynices. Adversa non renuntiabimus: boni enim ducis est laeta, non infausta, proferre.

Antigone. Siccine ergo, o fili, haec tibi decreta sunt?

Polynices. Ne me retineas: nam mihi quidem ad effectum perducetur hoc iter, quamvis infaustum et perniciosum, propter hunc patrem, eiusque Erinnyas. Vobis autem prospera omnia adnuat Iupiter, si mihi mortuo illa quae rogo confeceritis; vivum enim haud amplius complectemini. Iam vero dimittite me, et valete; non enim aura vescentem videbitis me posthac.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ τάλαιν᾽ ἐγώ!

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Μή τοι μ᾽ ὀδύρου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

[illegible] τίς ἄν σ᾽ ὁρμώμενον
Ἐς προὖπτον Ἅιδην οὐ καταστένοι, κάσι;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Εἰ χρὴ, θανοῦμαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Μὴ σύ γ᾽, ἀλλ᾽ ἐμοὶ πιθοῦ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Μὴ πεῖθ᾽, ἃ μὴ δεῖ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Δυστάλαινά τ᾽ ἆρ᾽ ἐγὼ,
Εἴ σου στερηθῶ!

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Ταῦτα δ᾽ ἐν τῷ δαίμονι
Καὶ τῇδε φῦναι χἀτέρᾳ. σφῷν δ᾽ οὖν ἐγὼ

ANTIGONE. O me miseram!

POLYNICES. Ne, quaeso, me luge.

ANTIGONE. Et quis ruentem te ad praesens letum non lugeat, frater?

POLYNICES. Moriar, si fatale est.

ANTIGONE. Ne tu hoc velis, sed mihi obsequere.

POLYNICES. Ne suadeas, quae non decet.

ANTIGONE. Atqui miserrima ego, si te privabor.

POLYNICES. Fortuna aut haec decernet, aut alia. At deos precor, vobis ut

Θεοῖς ἀρῶμαι μή ποτ' ἀντῆσαι κακόν·
Ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. α'. Νέα τάδε νεόθεν ἦλθ' ἐμοὶ βαρύποτμα
Κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου,
Εἴ τι μοῖρα μὴ κιχάνει·
Μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων ἔχω φράσαι,
Ὁρᾷ δ', ὁρᾷ, ταῦτ' ἀεὶ
Χρόνος, ἐπὶ μὲν ἕτερα τάδε παρ' ἦμαρ αὖ-
θις αὔξων ἄνω. —
Ἔκτυπεν αἰθὴρ, ὦ Ζεῦ!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνα, τέκνα, πῶς ἂν, εἴ τις ἔντοπος,
Τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέα πόροι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάτερ, τί δ' ἐστὶ τἀξίωμ', ἐφ' ᾧ καλεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Διὸς πτερωτὸς ἥδε μ' αὐτίκ' ἄξεται

nihil umquam eveniat mali: indignae enim estis omnino quovis infortunio.

Chorus. Novum sane, et unde non sperabam, mihi acciderit, si infelices casus, quos praedixit lumine cassus senex, vis fati ad exitum non perducat: nullum enim divinum decretum habeo, quod frustra editum dicere queam, sed videt, videt, illa semper Tempus, mala sic in dies alte accumulans denuo. — Insonuit aether, o Iupiter!

Oedipus. O natae, natae, utinam, siquis hic adest incola, huc mihi optimum Thesea arcessat!

Antigone. Pater, quid rei est, quod illum advocas?

Oedipus. Iovis hoc alatum fulmen ad Orcum me

Βροντὴ πρὸς Ἅιδην. ἀλλὰ πέμψαθ' ὡς τάχος.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. ά. Ἴδε μάλα μέγας ἐρείπεται κτύπος ἄφατος
Ὁ Διόβολος· ἐς δ' ἄκραν
Δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν. —
Ἔπτηξα θυμόν· οὐρανοῦ γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.
Τί μὰν ἀφήσει τέλος;
Δέδια δ'· οὐ γὰρ ἅλιον ἀφορμᾷ ποτ', οὐκ
Ἄνευ ξυμφορᾶς.
Ὦ μέγας αἰθήρ! ὦ Ζεῦ!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ παῖδες, ἥκει τῷδ' ἐπ' ἀνδρὶ θέσφατος
Βίου τελευτή, κοὐκ ἔτ' ἔστ' ἀποστροφή.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πῶς οἶσθα; τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καλῶς κάτοιδ'. ἀλλ' ὡς τάχιστά μοι μολὼν
Ἄνακτα χώρας τῆσδέ τις πορευσάτω.

ducet illico. Verum agite, mittite quam primum.

Chorus. En fragor ingens ruit, infandum in modum, Iovialis, summique verticis comam horror erigit. — Animum sternit pavor: rursus enim coeleste fulgur coruscat. Quemnam immittet finem? exhorreo: haud enim umquam emicat temere, non absque novo quopiam casu. O magnus aether! o Iupiter!

Oedipus. O natae, adest huic viro fatalis vitae exitus, neque amplius est effugium.

Antigone. Quî scis? qua ex re istud coniicis?

Oedipus. Pulchre novi. quocirca quam celerrime profectus aliquis regem huius terrae mihi adducat.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. β'. Ἔα! Ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται
Διαπρύσιος ὄτοβος. Ἵλαος, ὦ δαίμων,
Ἵλαος, εἴ τι γᾷ ματέρι τυγχάνεις
Ἀφεγγὲς φέρων!
Ἐναισίῳ δὲ ξυντύχοιμι, μηδ', ἄλαστον ἄνδρ' ἰδὼν,
Ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως!
Ζεῦ ἄνα, σοὶ φωνῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἆρ' ἐγγὺς ὡνήρ; ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου, τέκνα,
Κιχήσεταί μου καὶ κατορθοῦντος φρένα;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ, τελεσφόρον χάριν
Δοῦναί σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. β'. Ἰὼ, ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθ', εἴτ' ἄκρον

Chorus. Heu, heu! ecce iterum circumtonat penetrabilis fragor. Propitius esto, Deus, propitius, si quid infaustum huic meae altrici terrae adfers. Quin prospere eveniat mihi, nec, quod infelicem virum viderim, malam gratiam reportem! Iupiter rex, te invoco.

Oedipus. An prope adest vir? num adhuc spirantem, filiae, inveniet me et compotem mentis?

Antigone. Cuiusnam vero rei certam persuasionem habere cupis?

Oedipus. Accepto pro beneficio plenam illis gratiam rependere volo, quam pollicitus sum.

Chorus. Eho, eho, o fili, ades, ades, etsi forte

Γήρως ἄλυπα τῇδε κείσεται πόλει.
Χῶρον μὲν αὐτὸς αὐτίκ' ἐξηγήσομαι,
Ἄθικτος ἡγητῆρος, οὗ με χρὴ θανεῖν.
Τοῦτον δὲ φράζε μή ποτ' ἀνθρώπων τινὶ,
Μήθ' οὗ κέκευθε, μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις,
Ὥς σοὶ πρὸ πολλῶν ἀσπίδων, ἀλκὴν ὅδε,
Δορός τ' ἐπακτοῦ, γειτόνων ἀεὶ τιθῇ.
Ἃ δ' ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ,
Αὐτὸς μαθήσει, κεῖσ' ὅταν μόλῃς μόνος·
Ὡς οὔτ' ἂν ἀστῶν τῶνδ' ἂν ἐξείποιμί τῳ,
Οὔτ' ἂν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς, στέργων ὅμως,
Ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ σῶζε, χὤταν ἐς τέλος
Τοῦ ζῆν ἀφικνῇ, τῷ προφερτάτῳ μόνῳ
Σήμαιν'· ὁ δ' αἰεὶ τῷ 'πιόντι δεικνύτω.
Χ' οὕτως ἀδῆον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν
Σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν. Αἱ δὲ μυρίαι πόλεις,
Κἂν εὖ τις οἰκῇ, ῥᾳδίως καθύβρισαν·

tiae urbi nullo consenescent aevo. Ad locum quidem ipse mox praeibo, nemine manu ducente, ubi me oportet mori. Eum autem indica mortalium nemini, neque ubi latet, neque in qua situs est regione; ut is tibi multorum vice clipeorum, externorumque subsidio arcessitorum militum, contra vicinos sit semper praesidio. Quae vero nefanda sunt, nec palam proferenda, solus tu disces, ubi illuc veneris: nam neque civium horum ulli dixero, nec filiabus meis, etsi eas diligo, sed tu solus ea recondita serva, quumque ad finem vitae perveneris, principi tantum aperi; is vero semper successori indicet. Et sic urbem hanc habitabis Thebanis inexpugnabilem. Quippe civitates innumerae, licet bene administratae, facile eo declinant, ut aliis iniurias infe-

Θε[illegible]ὰρ εὖ μὲν, ὀψὲ δ', εἰςορῶσ', ὅταν
Τὰ θεῖ' ἀφεὶς τις ἐς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ·
Ὃ μὴ σὺ, τέκνον Αἰγέως, βούλου παθεῖν.
Τὰ μὲν τοιαῦτ' οὖν εἰδότ' ἐκδιδάσκομεν.
Χῶρον δ' (ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ παρὸν)
Στείχωμεν ἤδη, μηδέ γ' ἐντρεπώμεθα!
Ὦ παῖδες, ὧδ' ἕπεσθ'! ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν
Σφῷν αὖ πέφασμαι καινὸς, ὥςπερ σφὼ πατρί.
Χωρεῖτε, καὶ μὴ ψαύετ', ἀλλ' ἐᾶτ' ἐμὲ
Αὐτὸν τὸν ἱερὸν τύμβον ἐξευρεῖν, ἵνα
Μοῖρ' ἀνδρὶ τῷδε τῇδε κρυφθῆναι χθονί! —
Τῇδ', ὧδε τῇδε βᾶτε! τῇδε γάρ μ' ἄγει
Ἑρμῆς ὁ πομπὸς, ἥ τε νερτέρα θεός. —
Ὦ φῶς ἀφεγγὲς, πρόσθε πού ποτ' ἦσθ' ἐμὸν,
Νῦν δ' ἔσχατόν σου τοὐμὸν ἅπτεται δέμας·
Ἤδη γὰρ ἕρπω, τὸν τελευταῖον βίον
Κρύψων παρ' Ἅιδην. Ἀλλὰ, φίλτατε ξένων,

rant: dii enim acute quidem, at tarde, intuentur, quum quis spreta numinis religione ad furorem vertitur; quod ne tibi accidat, o nate Aegei, cave. Et haec quidem ego scientem edoceo. Locum vero (urget enim me praesens a deo fatum) adeamus iam, nec quidquam extimescamus. O filiae, hac sequimini! ego enim dux vobis vicissim fio novus, ut ipsae duces eratis patri. Ingredimini, et ne me adtingite, sed sinite solum me invenire sacrum tumulum, ubi fatale est me hac terra condi. Hac pergite, hac inquam! hac enim me ducit Mercurius deductor, et inferna dea. O lux, cuius splendore careo, mihi quidem antea te frui licuit: at nunc ultimum te contingit corpus meum: iam enim abeo supremum vitae diem conditurus apud Orcum. At, o carissime hospitum, ipse-

Αὐτός τε, χώρα θ' ἥδε, πρόσπολοί τε σ
Εὐδαίμονες γένοισθε, κἀπ' εὐπραξίᾳ
Μέμνησθ' ἐμοῦ θανόντος, εὐτυχεῖς ἀεί!

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Εἰ θέμις ἐστί μοι τὰν ἀφανῆ θεὸν
Καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν,
Ἐννυχίων ἄναξ,
Ἀϊδωνεῦ, λίσομαι, μήτ' ἐπίπονα,
Μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ ἐξανύσαι ξένον
Μόρῳ τὰν παγκευθῆ κάτω
Νεκρῶν πλάκα, καὶ Στύγιον
Δῶμα· πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν πημάτων
Ἱκνουμένων, πάλιν σφε δαίμων
Δίκαιος ἀέξοι.

ἀντιστρ. Ὦ χθόνια θέα, σῶμάτ' ἀνικάτου
Θηρὸς, ὃν ἐν πύλαισι
Πᾶσι πολυξένοις
Εὐνᾶσθαι, κνυζᾶσθαί τ' ἐξαναθορεῖν-

que et haec terra, tuique ministri, fortunati sitis, et in rebus prosperis estote memores mei mortui, felicitate fruentes perpetua!

Chorus. Si fas est mihi tenebrarum potentem deam, et te precibus venerari, rex Manium Aidoneu, precor, ut nec laboriose, neque ad experiendum triste fatum, defunctus hospes, subeat infera mortuorum arva, stygiumque domicilium, quo genus hominum conditur omne: multa enim nec merita mala postquam invaserunt, aequum sit, ut vicissim fortuna benigne illum respiciat.

O spectaculum infernum, invicta belua, quam ad postes cubare sane hospitales, atque ululare prosilientem,

[redacted]

ἀδάματον φύλακα, λόγος αἰὲν ἀνέχει,
Ἐν, ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου,
Κατεύχομαι, ἐν καθαρῷ
Βῆναι ὁρμωμένῳ νερτέρας τῷ ξένῳ
Νεκρῶν πλάκας. Σέ τοι κικλήσκω,
Τὸν αἰὲν ἄϋπνον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄνδρες πολῖται, ξυντομωτάτως μὲν ἂν
Τύχοιμι λέξας Οἰδίπουν ὀλωλότα,
Ἃ δ' ἦν τὰ πραχθέντ', οὔθ' ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ
Φράσαι πάρεστιν, οὔτε τἄργ' ὅσ' ἦν ἐκεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ὄλωλε γὰρ δύστηνος;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὡς λελοιπότα
Κεῖνον τὸν αἰεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς; ἆρα θείᾳ κἀπόνῳ τάλας τύχῃ;

indomitum Orci custodem, fama semper fert, unum, o Terrae Tartarique progenies, precor, ut placide occurras hospiti properanti ad infernas Manium lacunas: te inquam appello, te semper insomnem.

Nuntius. O cives, quam brevissimis verbis dixero, vobis renuntians occidisse Oedipum: at gesta nec pauca ibi fuere, nec quae brevibus explicare facile est.

Chorus. Numnam periit infelix?

Nuntius. Senilem vitam eum reliquisse scias.

Chorus. Quomodo? num divina ope, facilique casu?

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοῦτ' ἐστὶν ἤδη κἀποθαυμάσαι πρέπον.
Ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ' εἷρπε, καὶ σύ που παρὼν
Ἔξοισθ', ὑφηγητῆρος οὐδενὸς φίλων,
Ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος.
Ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὸν καταῤῥάκτην ὁδὸν,
Χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐῤῥιζωμένον,
Ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίστων μιᾷ,
Κοίλου πέλας κρατῆρος, οὗ τὰ Θησέως
Περίθου τε κεῖται πίστ' ἀεὶ ξυνθήματα·
Ἀφ' οὗ μέσος στὰς, τοῦ τε Θορικίου πέτρου,
Κοίλης τ' ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου,
'καθέζετ'· εἶτ' ἔλυσε δυςπινεῖς στολάς.
Κἄπειτ' ἀΰσας παῖδας, ἠνώγει ῥυτῶν
Ὑδάτων ἐνεγκεῖν λουτρὰ καὶ χοάς ποθεν·
Τὼ δ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς ἐπόψιον
Πάγον μολοῦσα, τάςδ' ἐπιστολὰς πατρὶ
Ταχεῖ 'πόρευσαν ξὺν χρόνῳ, λουτροῖς τέ νιν

Nuntius. Hoc quidem iam admiratione dignum est. Quo enim modo hinc abiit, et tu, qui aderas, nosti, nemine amicorum ductore, sed ipse nos omnes ducens. Ubi vero pervenit abruptae ad voraginis limen, aereis fundamentis ima in terra suffultum, constitit in una ex viis, quae in compitum coëunt, prope cavum specum, ubi Thesei Pirithoique icta fuere semper fida foedera: cuius loci, Thoriciaeque petrae, cavaeque silvestris piri, et saxei sepulchri in medio consedit: deinde exuit squalidas vestes: tum advocatis filiabus, iussit alicunde sibi adferrent vivae aquae lavacra et libamina: illae autem viridantis Cereris in conspicuum collem profectae, patris ea mandata celeriter exsequuntur, ipsumque lavacris, de mo-

Ἐσθῆτί τ' ἐξήσκησαν, ᾗ νομίζεται.
Ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονὴν,
Κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο,
'κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι
'ρίγησαν, ὡς ἤκουσαν· ἐς δὲ γούνατα
Πατρὸς πεσοῦσαι ἔκλαιον, οὐδ' ἀνίεσαν
Στέρνων ἀραγμοὺς, οὐδὲ παμμήκεις γόους.
Ὁ δ', ὡς ἀκούει φθόγγον ἐξαίφνης πικρὸν,
Πτύξας ἐπ' αὐταῖς χεῖρας, εἶπεν· Ὦ τέκνα,
Οὐκ ἔστ' ἔθ' ὑμῖν τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ πατήρ·
Ὄλωλε γὰρ δὴ πάντα τἀμὰ, κοὐκ ἔτι
Τὴν δυςπόνητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφὴν,
Σκληρὰν μὲν, οἶδα, παῖδες, ἀλλ' ἓν γὰρ μόνον
Τὰ πάντα λύει ταῦτ' ἔπος μοχθήματα·
Τὸ γὰρ φιλεῖν οὐκ ἔστιν ἐξ ὅτου πλέον
Ἢ τοῦδε τἀνδρὸς ἔσχεθ', οὗ τητώμεναι
Τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὖ διάξετον. —

re, et veste exornant. Quum autem omni peracto laetus esset officio, neque erat quidquam infectum eorum, quae mandaverat, intonuit quidem Iupiter inferus, auditoque fragore metu diriguerunt virgines: tum patris ad genua prolapsae, lacrimas fudere, neque intermiserunt planctus, longosque gemitus. Ille vero, ut sonum derepente audiit acerbum, amplexus eas lacertis, dixit: *O filiae, non amplius est vobis hac in die pater; periere enim omnia mea, neque amplius laboriosam habebitis mei alendi curam, duram quidem, novi, filiae, sed enim una haec res mollit quidquid id est molestiae: nam nemo est, qui vos maiore, quam ego, prosecutus sit amore, quo iam orbatae, quod superest aevi bene exigite.* Hunc

Τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι
Λύγδην ἔκλαιον πάντες· ὡς δὲ πρὸς τέλος
Γόων ἀφίκοντ', οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοὴ,
Ἐν μὲν σιωπῇ φθέγματ' ἐξαίφνης τινὸς
Αὐτῷ γ' ἐθώϋξ', ὥςτε πάντας ὀρθίας
Στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξείης τρίχας·
Καλεῖ γάρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός·
Ὦ, οὗτος, οὗτος, Οἰδίπους, τί μέλλομεν
Χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται. —
Ὁ δ', ὡς ἐπήσθετ' ἐκ θεοῦ καλούμενος,
Αὐδᾷ μολεῖν οἱ γῆς ἄνακτα Θησέα.
Κἀπεὶ προςῆλθεν, εἶπεν· Ὦ φίλον κάρα,
Δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις,
Ὑμεῖς τε, παῖδες, τῷδε· καὶ καταίνεσον,
Μή ποτε προδώσειν τάςδ' ἑκὼν, τελεῖν δ' ὅσ' ἂν
Μέλλῃς, φρονῶν εὖ, ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί. —
Ὁ δ', ὡς ἀνὴρ γενναῖος, οὐκ ὄκνου μέτα

ad modum se invicem amplexi flebant omnes crebris singultibus. Ubi autem lugere desierunt, nec iam clamor audiebatur, inter silentium subito exaudita vox quaedam illum vocavit, cuius metu percussis cunctis ex ordine adrectae steterunt comae: multum enim diversisque locis vocabat eum deus: *Heus, heus, Oedipe, quid cunctamur ire? iampridem tu in mora es.* Ille vero simulac sensit se a deo vocari, iubet ad se venire terrae regem Thesea, qui ubi accessit, dixit: *O carum caput, da mei caussa dextrae tuae pristinum pignus filiabus meis, vosque vicissim, o natae, huic date: atque fidem tuam obstringe, te numquam eas sponte proditurum, sed semper quaecunque debueris, benevole his utilia effecturum.* Ille vero, ut vir generosus, iuramento promisit hospiti se

Κατήνεσεν τάδ' ὅρκιος δράσειν ξένῳ.
Ὅπως δὲ ταῦτ' ἔδρασεν, εὐθὺς Οἰδίπους
Ψαύσας ἀφαυραῖς χερσὶν ὧν παίδων, λέγει·
Ὦ παῖδε, τλάσας χρὴ τὸ γενναῖον φρενὶ
Χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε, μηδ', ἃ μὴ θέμις,
Λεύσσειν δικαιοῦν, μηδὲ φωνούντων κλύειν.
Ἀλλ' ἕρπεθ' ὡς τάχιστα, πλὴν ὁ κύριος
Θησεὺς παρέστω μανθάνων τὰ δρώμενα. —
Τοσαῦτα φωνήσαντος εἰσηκούσαμεν
Ξύμπαντες, ἀστακτὶ δὲ σὺν ταῖς παρθένοις
Στένοντες ὡμαρτοῦμεν. ὡς δ' ἀπήλθομεν,
Χρόνῳ βραχεῖ στραφέντες, ἐξαπείδομεν
Τὸν ἄνδρα, τὸν μὲν οὐδαμοῦ παρόντ' ἔτι,
Ἄνακτα δ' αὐτὸν ὀμμάτων ἐπίσκιον
Χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός, ὡς δεινοῦ τινὸς
Φόβου φανέντος, οὐδ' ἀνασχετοῦ βλέπειν.

haud cunctanter illa praestiturum. Quae quum is fecisset, protinus Oedipus invalidis manibus amplexus filias, ait: *O natae, generoso animo huic necessitati parentes oportet vos hisce ex locis abire, neque, quae nefas, postulare ut videatis, et non audienda ut audiatis: at abite quam celerrime: adsit tantum Theseus, qui summae rerum praeest, ut omnem eventum videat.* Talia loquenti obtemperavimus simul omnes, largoque fletu rigantes ora gementesque una cum puellis abscessimus: nec dudum abieramus, quum respicientes vidimus eum quidem virum nullibi amplius adesse, ipsum autem regem obtenta capiti manu oculos tegentem, tamquam terribili aliqua obiecta specie, cuius visum sustinere non posset.

Ἔπειτα μέν τοι βαιὸν, οὐδὲ ξὺν χρόνῳ,
Ὁρῶμεν αὐτὸν γῆν τε προσκυνοῦνθ' ἅμα,
Καὶ τὸν θεῶν Ὄλυμπον ἐν ταυτῷ λόγῳ.
Μόρῳ δ' ὁποίῳ κεῖνος ὤλετ', οὐδ' ἂν εἷς
Θνητῶν φράσειε, πλὴν τὸ Θησέως κάρα·
Οὐ γάρ τις αὐτὸν οὔτε πυρφόρος θεοῦ
Κεραυνὸς ἐξέπραξεν, οὔτε ποντία
Θύελλα κινηθεῖσα τῷ τότ' ἐν χρόνῳ,
Ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπὸς, ἢ τὸ νερτέρων
Εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλάμπετον βάθρον·
Ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς, οὐδὲ ξὺν νόσοις
Ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ', εἴ τις βροτῶν,
Θαυμαστός. εἰ δὲ μὴ δέχει φρόνιν λόγων,
Οὐκ ἂν παρείμην οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Ποῦ δ' αἵ τε παῖδες, χ' οἱ προπέμψαντες φίλων;

Denique haud longo post tempore videmus eum terram simul adorantem, simulque Olympum, deorum sedem, invocantem. At quo fato ille obierit, ne unus quidem mortalium dixerit, praeter Thesea; neque enim illum Iovis igniferum fulmen confecit, neque marina quaepiam procella, tunc temporis coorta; sed aut deorum aliquis deduxit, aut vorago Manium, quae in hac terra est, benigne illum recepit caliginosa. Haud enim vir ille gemebundus, nec morbi doloribus exhaustus occidit, sed, si quis alius mortalium, dignus admiratione. Ceterum si non capis sensum verborum, desipere me existimantibus haud ego concesserim.

Chorus. Ubi vero sunt puellae, quique eas deduxerunt amici?

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αἴδ' οὐχ ἑκάς· γόων γὰρ οὐκ ἀσήμονες
Φθόγγοι σφε σημαίνουσι δεῦρ' ὡρμωμένας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

στροφὴ α'. Αἶ, αἶ, φεῦ, 'στὶν, ἔστι νῷν δὴ
Οὐ τὸ μὲν, ἄλλο δὲ μὴ, πατρὸς ἔμφυτον
Ἄλαστον αἷμα δυςμόροιν στενάζειν,
Ὧι τινι τὸν πολὺν ἄλλοτε μὲν πόνον
Ἔμπεδον εἴχομεν,
Ἐν πυμάτῳ δ' ἀλόγιστα παρώσαμεν
Ἰδόντα καὶ παθοῦσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἔστιν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὡκ' ἔστιν μὲν εἰκάσαι, φίλοι.

ΧΟΡΟΣ.

Βέβηκεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὡς μάλιστ' ἂν ἐν πόθῳ λάβοις.

Nuntius. Illae non longe absunt: clarus enim lamentorum sonus huc eas accedentes indicat.

Antigone. Ah, ah, heu! licet nobis iam, non ex parte tantum, sed omnino, lugere miseris vitam infelicem, patre satam, cuius quidem gratia constanti animo multas variasque pertulimus aerumnas, ad extremum vero incogitanter destituimus prudentem, cum praesertim ipsae praesentes adessemus.

Chorus. Quidnam id est?

Antigone. Facile quidem existimare licet, amici.

Chorus. Obiitne?

Antigone. Ita quidem, ut tu maxime interiisse illum

Τί γάρ; ὅτῳ μήτ' Ἄρης,
Μήτε πόντος ἀντέκυρσεν,
Ἄσκοποι δὲ πλάκες ἔμαρψαν,
Ἐν ἀφανεῖ τινι φαινόμεναι μόρῳ.
Τάλαινα, νῷν δ' ὀλεθρία
Νὺξ ἐπ' ὄμμασιν βέβηκε·
Πῶς γάρ τιν' ἢ γᾶν ἀπίαν,
Ἢ πόντιον κλύδων', ἀλώμεναι, βίου
Δύςοιστον ἕξομεν τροφάν;

ΙΣΜΗΝΗ.

στροφὴ β'. Οὐ κάτοιδα.
Κατά με φόνιος Ἅιδας ἕλοι
Πατρὶ ξυνθανεῖν γεραιῷ! Τάλαι-
ν'! ὡς ἐμοὶ βίος οὐ βιωτός.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ διδύμα τέκνων ἄριστα,
Τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς χρὴ φέρειν,
Μηδ' ἄγαν φλέγεσθον,
Οὔ τοι καταμέμπτα.

optaris. quid enim? utpote quem nec Mars, nec pontus sustulit; sed caliginosae eum apertae absorpserunt, incomperto leti genere, terrae lacunae. Me miseram! nobis autem exitialis nox oculis oboritur: quî enim peregrina aliqua in ora, aut mari vagantes, difficilem nanciscemur victum?

Ismene. Nescio. Utinam me sanguinolentus Orcus rapiat, unaque cum sene patre miseram morte obruat: mihi enim vita non est vitalis.

Chorus. O geminae filiarum optimae, quod fors fert, aequo animo ferendum; ne nimium incendite luctum, minime vos vituperandae.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀντιστρ. α'. Πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις·
Καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ φίλον, ἦν φίλον,
Ὁπότε γε καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον.
Ὦ πάτερ, ὦ φίλος, ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ
Γᾶς σκότον εἱμένος,
Οὐδὲ γέρων ἀφίλητος ἐμοί ποτε
Καὶ τᾷδ' ἐμᾷ 'κύρησας.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔπραξεν οὖν. . . .

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἔπραξεν οἷον ἤθελε.

ΧΟΡΟΣ.

Τὸ ποῖον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἇς ἔχρῃζε γᾶς ἐπὶ ξένας
Ἔθανε, κοίταν δ' ἔχει
Νέρθεν εὐσκίαστον αἰὲν,
Οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυστον·

Antigone. Ergo malorum aliquod est desiderium! Quod enim nequaquam iucundum videri possit, id tum iucundum erat, quando illum manibus amplectebar. O pater, o care pater, o qui aeternis sub terra tenebris involutus es, ne senex quidem inamatus umquam fuisti mihi neque huicce meae.

Chorus. Perfecit igitur —

Antigone. Perfecit quod voluit.

Chorus. Quale id est?

Antigone. Qua cupiit, hospita in terra mortuus est, opertumque perenni umbra sub humo cubile habet, nec luctum reliquit indefletum: namque te

Ἀεὶ γάρ σε τόδ' ὄμμ', ὦ πάτερ, ἐμὸν
Στένει δακρύον, οὐδ' ἔχω
Πῶς με χρὴ τὸ σὸν τάλαιναν
Ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος. Ἰὼ,
Μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες, ἀλ-
λ' ἔρημος ἔθανες ὧδ' ἐμοί!

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀντιστρ. β'. Ὦ τάλαινα,
Τίς ἄρα με πότμος αὖθις ὧδ'
Ἔρημος, ἄπορος, ἐπιμένει, σέ τε,
Ὦ φίλα, πατρὸς ὧδ' ἐρήμας;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἐπεὶ ὀλβίως γ' ἔλυσε
Τὸ τέλος, ὦ φίλαι, βίου, λήγετον
Τοῦδ' ἄχους, κακῶν γὰρ
Οὐδεὶς δυσάλωτος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

στροφὴ γ'. Πάλιν, φίλα, συθῶμεν.

semper, o pater, hic meus oculus lacrimis plorat stillantibus, neque scio misera, quomodo queam tam acerbum tui desiderium abolere. Heu! peregrino in solo non debuisses mori; verum ita mihi desertus mortuus es.

Ismene. O misera! quae me conditio vicissim manet ita deserta, omniumque egena, teque, o cara, patre sic orbatas?

Chorus. Sed quandoquidem ultimum vitae diem feliciter composuit, desinite lugere, o carae; miseriarum enim nemo immunis est.

Antigone. Retro abscedamus, soror.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὡς τί ῥέξομεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἵμερός ἔχει με....

ΙΣΜΗΝΗ.

Τίς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Χθόνιον ἑστίαν ἰδεῖν —

ΙΣΜΗΝΗ.

Τίνος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πατρός, τάλαιν' ἐγώ!

ΙΣΜΗΝΗ.

Θέμις δὲ πῶς τάδ' ἐστί; μῶν οὐχ ὁρᾷς....

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί τόδε;

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ τόδ', ὡς....

Ismene. Quidnam facturae?

Antigone. Desiderium me cepit —

Ismene. Quodnam?

Antigone. Inferam domum videndi —

Ismene. Cuius?

Antigone. Patris. Heu me miseram!

Ismene. Qui vero fieri potest, ut eo accedas? nonne vides —

Antigone. Quidnam?

Ismene. Ne hoc quidem, —

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί δὲ μάλ' αὖθις;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἄταφος ἔπιτνε, δίχα τε παντός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἄγε με, καὶ τότ' ἐνάριζον!

ΙΣΜΗΝΗ.

Αἶ αἶ, δυστάλαινα! ποῖ δῆ-
τ' αὖθις ὧδ' ἔρημος, ἄπορος,
Αἰῶνα τλάμον' ἕξω;

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. γ'. Φίλαι, τρέσητε μηδέν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλὰ ποῖ φύγω;

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ πάρος ἀπεφύγετον,
Σφῶν τὸ μὴ πιτνεῖν κακῶς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Φρονῶ. . . .

Antigone. Quidnam vero? iterum rogo.

Ismene. Insepultum obiisse illum, et ab omni conspectu segregatum.

Antigone. Duc me eo, ibique me interfice.

Ismene. Hei mihi miserrimae! ubinam, quaeso, posthac deserta, consiliique inops, vitam aerumnosam exigam?

Chorus. Amicae, ne quid metuatis.

Antigone. At quo fugiam?

Chorus. Dudum effugistis, ut ne quid mali accideret vobis.

Antigone. Cogito —

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί δῆθ' ὑπερνοεῖς;

ΧΟΡΟΣ.

Μηδὲν μάτευε μόγις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἐπεὶ καὶ πάρος
Τοτὲ μὲν οὐ πέρα, τοτὲ δ' ὕπερθεν.

ΧΟΡΟΣ.

Μέγ' ἄρα πέλαγος ἐλάχετόν τι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ναὶ, ναί.

ΧΟΡΟΣ.

Ξύμφημι καὐτός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Φεῦ, φεῦ! ποῖ μόλωμεν, ὦ Ζεῦ;
Ἐλπίδων γὰρ ἐς τίν' ἡμᾶς
Δαίμων τανῦν γ' ἐλαύνει;

ISMENE. Quid tandem versas animo?

CHORUS. Cave quicquam sollicite inquiras.

ANTIGONE. At verum quidem est, antea quoque nos vexatas fuisse, modo infra, modo supra modum.

CHORUS. Vasto sane pelago iactamini.

ANTIGONE. Vasto utique.

CHORUS. Sane fateor.

ANTIGONE. Heu, heu! quo ibimus, o Iupiter? ad quam enim spem nos deus nunc impellit?

ΘΗΣΕΥΣ.

Παύετε θρήνων, παῖδες· ἐν οἷς γὰρ
Χάρις ἡ χθονία ξὺν γ' ἀπόκειται,
Πενθεῖν οὐ χρή· νέμεσις γάρ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τίνος, ὦ παῖδες, χρείαν ἀνύσαι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τύμβον θέλομεν προσιδεῖν αὐταὶ
Πατρὸς ἡμετέρου.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἀλλ' οὐ θεμιτὸν κεῖσ' ἐστὶ μολεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πῶς εἶπας, ἄναξ, κοίραν' Ἀθηνῶν;

ΘΗΣΕΥΣ.

Ὦ παῖδες, ἀπεῖπεν ἐμοὶ κεῖνος,
Μήτε πελάζειν ἐς τούσδε τόπους,

Theseus. Parcite lugere, puellae: nam quibuscum munus in hanc terram collocatum simul conditur, eos deflere non decet: haud enim fas est.

Antigone. O nate Aegei, ad tua accidimus genua.

Theseus. Quid vobis, o puellae, vultis a me fieri?

Antigone. Tumulum patris nostri contueri ipsae cupimus.

Theseus. At fas non est eo accedere.

Antigone. Quid ais, o rex, Athenarum dominator?

Theseus. O puellae, interdixit mihi ille, ne quis hos adeat locos, neve com-

Μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν
Θήκην ἱερὰν, ἣν κεῖνος ἔχει·
Καὶ ταῦτά μ' ἔφη πράσσοντα, καλῶς
Χώραν ἕξειν αἰὲν ἄλυπον.
Ταῦτ' οὖν ἔκλυε δαίμων ἡμῶν,
Οὕμπας ἀΐων Διὸς ὅρκους.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

'Αλλ' εἰ τάδ' ἔχει κατὰ νοῦν κείνῳ,
Ταῦτ' ἂν ἀπαρκοῖ· Θήβας δ' ἡμᾶς
Τὰς 'Ωγυγίους πέμψον, ἐάν πως
Διακωλύσωμεν ἰόντα φόνον
Τοῖσιν ὁμαίμοις.

ΘΗΣΕΥΣ.

Δράσω καὶ τάδε, καὶ πάντα γ' ὅσ' ἂν
Μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν,
Καὶ τῷ κατὰ γῆς, ὃς νέον ἔῤῥει,
Πρὸς χάριν· οὐ γὰρ δεῖ μ' ἀποκάμνειν.

pellet quisquam mortalium sacrum sepulcrum, quo conditus latet. Quae si observarem, dixit me terram hanc prospere semper habiturum incolumem. Horum itaque nobis conscius est deus, qui semper audit per Iovem facta iuraiuranda.

Antigone. At haec si illi placent, iis nos acquiescere par est. Nos autem Thebas deduc Ogygias, si qua forte fratribus imminentem necem prohibere possimus.

Theseus. Faciam et haec, et quaecunque alia vobis utilia, eique grata facere possim, quem nuper mortuum terra habet: non enim defatigari me decet.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἀποπαύετε, μήτ' ἐπὶ πλείω
Θρῆνον ἐγείρετε·
Πάντως γὰρ ἔχει τάδε κῦρος.

CHORUS. Sed iam quiescite, neque ultra lamentis indulgete: omnino enim sic decretum est.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ

[redacted]

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΑΝΤΙΓΟΝΗΣ.

Ἀποθανόντα Πολυνείκην ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν μονομαχίᾳ, Κρέων ἄταφον ἐκβαλὼν, κηρύττει μηδένα αὐτὸν θάπτειν, θάνατον τὴν ζημίαν ἀπειλήσας. Τοῦτον Ἀντιγόνη ἡ ἀδελφὴ θάπτειν πειρᾶται· καὶ δὴ λαθοῦσα τοὺς φύλακας, ἐπιβάλλει χῶμα· οἷς ἐπαπειλεῖ θάνατον ὁ Κρέων, εἰ μὴ τὸν τοῦτο δράσαντα ἐξεύροιεν. Οὗτοι τὴν κόνιν τὴν ἐπιβεβλημένην καθάραντες, οὐδὲν ἧττον ἐφρούρουν· ἐπελθοῦσα δὲ ἡ Ἀντιγόνη, καὶ γυμνὸν εὑροῦσα τὸν νεκρὸν, ἀνοιμώξασα, ἑαυτὴν εἰςαγγέλλει. Ταύτην ὑπὸ τῶν φυλάκων παραδεδομένην Κρέων καταδικάζει, καὶ ζῶσαν εἰς τύμβον καθεῖρξεν. Ἐπὶ τούτοις Αἵμων, ὁ Κρέοντος υἱὸς, ὃς ἐμνᾶτο αὐτὴν, ἀγανακτήσας, ἑαυτὸν ἐπισφάζει τῇ κόρῃ ἀπολομένῃ ἀγ-

ARGUMENTUM ANTIGONAE.

Occisum in singulari pugna cum fratre Polynicem humari vetat Creon, mortis poena denuntiata. Humare conatur eum Antigone, et re vera, insciis excubitoribus, tumulum struit. quibus, nisi auctorem facinoris exquisiverint, mortem minatur Creon. Illi igitur, pulverem iniectum demoliti, nihilo minus excubias agere; quibus superveniens Antigone, denudatumque mortuum lamentis prosecuta, se ipsa prodit, itaque ad Creontem deducta, hoc iudice, viva sepulcro includitur. Quae cum vitam suspendio finiisset, Haemon, Creontis filius, virginisque procus, hisce indignatus, manum sibi ipse in-

χόνῃ, Τειρεσίου ταῦτα προθεσπίσαντος· ἐφ' ᾧ λυπηθεῖσα Εὐρυδίκη, ἡ τοῦ Κρέοντος γαμετὴ, ἑαυτὴν κατασφάζει. καὶ τέλος, θρηνεῖ Κρέων τὸν τοῦ παιδὸς καὶ τῆς γαμετῆς θάνατον.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ
ΑΝΤΙΓΟΝΗΣ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἀντιγόνη παρὰ τὴν πρόσταξιν τῆς πόλεως θάψασα τὸν Πολυνείκην, ἐφωράθη, καὶ εἰς μνημεῖον κατάγειον ἐντεθεῖσα παρὰ τοῦ Κρέοντος, ἀνήρηται· ἐφ' ᾗ καὶ Αἷμων δυσπαθήσας διὰ τὸν εἰς αὐτὴν ἔρωτα, ξίφει ἑαυτὸν διεχρήσατο· ἐπὶ δὲ τούτου θανάτῳ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη ἑαυτὴν ἀνεῖλε.

Τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους. Στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωΐδα ἱστορούμενα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην, ἃς ὁ μὲν Ἴων ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπροιχθῆναί φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ

tulit; sicut futurum esse Tiresias praedixerat. quod exemplum, dolore victa, sequitur Eurydice, Creontis coniux; cuius deinde filiique interitum deflet Creon.

ARGUMENTUM ANTIGONAE,
ARISTOPHANE GRAMMATICO SCRIPTORE.

Antigone, iniussu populi cum Polynicem tumulasset, correpta est, et, in sepulcrum subterraneum inclusa, periit; quod aegre ferens eius amator Haemon, gladio incubuit; cuius morti mater eius, Eurydice, supervivere non sustinuit.

Drama ex pulcherrimis Sophoclis. Dissentiunt autem de heroïnae sororisque eius Ismenae fatis, quas Ion quidem in dithyrambis a Laodamante Eteoclis filio am-

[redacted]

τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους· Μίμνερμος δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην προσομιλοῦσαν Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι.

Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιΐα καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος, δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν, καὶ τίκτει τὸν Μαίμονα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς, ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γερόντων· ὑπόκειται δὲ τὰ πράγματα ἐπὶ τῶν Κρέοντος βασιλείων. Τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι, τάφος Πολυνείκους, Ἀντιγόνης ἀναίρεσις, θάνατος Αἵμονος, καὶ μόρος Εὐρυδίκης, τῆς Αἵμονος μητρός. Φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. Λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον.

bas insultatas tradit, Mimnermus vero Ismenam, cum Theoclymeno versantem, a Tydeo, iussu Minervae, occisam esse auctor est.

Ceterum eadem fabula utitur Euripides in Antigone, nisi quod apud illum Haemoni, quicum una capitur, Antigone nubit, paritque Maemonem.

Scena tragoediae Thebis est in Boeotia, chorusque ex senibus indigenis constat. Res gestae regnante Creonte. Quarum summa est inhumatio Polynicis, mortesque Antigonae, Haemonis, et Eurydices, Haemonis matris. Celeberrimum hac fabula factum Sophoclem id praemii tulisse ferunt, ut praetor in bello Samio legeretur. Dicitur autem haec tragoedia trigesima secunda.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΧΟΡΟΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΦΥΛΑΞ.
ΑΙΜΩΝ.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΥΡΥΔΙΚΗ.
ΟΙΚΕΤΗΣ.

DRAMATIS PERSONAE.

ANTIGONE.
ISMENE.
CHORUS.
CREON.
EXCUBITOR.
HAEMON.
TIRESIAS.
NUNTIUS.
EURYDICE.
INTERNUNTIUS.

[redacted]

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα,
Ἆρ' οἶσθά τι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν
Ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;
Οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν, οὐκ ἄτης ἄτερ,
Οὔτ' αἰσχρὸν, οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ', ὁποῖον οὐ
Τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.
Καὶ νῦν τί τοῦτ' αὖ φασὶ πανδήμῳ πόλει
Κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως;
Ἔχεις τι, κεἰσήκουσας, ἤ σε λανθάνει
Πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά;

SOPHOCLIS

ANTIGONE.

Antigone. O coniunctum mihi germanum Ismenes caput, ecquid nosti calamitatum ab Oedipo ortarum, quod nobis in vita nondum confecerit Iupiter? nihil est enim triste, non sine divina calamitate, nec turpe, neque ignominiosum, quod tuis malis meisque adiunctum non viderim. Et nunc quid illud est rursus, quod ab urbis rectore aiunt universis civibus propositum fuisse edictum? tenesne, et inaudisti quidpiam, an te latet grassans in amicos inimicorum iniuria?

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς μῦθος, Ἀντιγόνη, φίλων
Οὔθ' ἡδὺς, οὔτ' ἀλγεινὸς ἵκετ', ἐξ ὅτου
Δυεῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν δύο,
Μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ διπλῇ χερί·
Ἐπεὶ δὲ φροῦδός ἐστιν Ἀργείων στρατὸς
Ἐν νυκτὶ τῇ νῦν, οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον,
Οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον, οὔτ' ἀτωμένη.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἤδη καλῶς, καί σ' ἐκτὸς αὐλείων πυλῶν
Τοῦδ' οὕνεκ' ἐξέπεμπον, ὡς μόνη κλύοις.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐ γὰρ τάφου νῷν τὼ κασιγνήτω Κρέων,
Τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει;
Ἐτεοκλέα μὲν, ὡς λέγουσι, ξυνδίκῃ

ISMENE. Ad me quidem, Antigona, haud ullus perlatus est de amicis sermo, nec laetus, nec tristis, ex quo fratribus ambae sumus orbatae duobus, una die peremtis mutua manu: postquam vero Argivorum exercitus hac ipsa nocte in fugam se dedit, nihil novi ulterius, neque fortunata magis, neque damnis auctior.

ANTIGONE. Pulchre id noram: quocirca te foras prodire iussi, ut sola audires.

ISMENE. Quid est? Aestuare enim videris, aliquid volvens animo.

ANTIGONE. Nonne enim nobis Creon, decreto fratrum alteri sepulturae honore, alterum eo privat indignis modis? Eteoclem quidem, ut aiunt, iusto

Χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ, κατὰ χθονὸς
Ἔκρυψε, τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς·
Τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν
Ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρύχθαι τὸ μὴ
Τάφῳ καλύψαι, μηδὲ κωκῦσαί τινα,
Ἐᾷν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
Θησαυρὸν, εἰσορμῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.
Τοιαῦτά φασι τὸν ἀγαθὸν Κρέοντά σοι
Κἀμοὶ (λέγων γὰρ ἔκαμε) κηρύξαντ' ἔχειν,
Καὶ δεῦρο νεῖσθαι, ταῦτα τοῖς μὴ οὐκ εἰδόσι
Σαφῆ προκηρύξοντα· καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν
Οὐχ ὡς παρ' οὐδὲν, ἀλλ', ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ,
Φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.
Οὕτως ἔχει σοι ταῦτα, καὶ δείξεις τάχα,
Εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί δ', ὦ ταλαίφρων, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ

patrocinio fas observans, humo condidit, inferis honoratum Manibus: miseri autem mortui Polynicis cadaver civibus fertur edixisse ne quis sepulchro contegat, neque adeo lamentetur; sed sinant indefletum, insepultum, gratum thesaurum alitibus pastus gratia irruentibus. Talia dicunt bonum Creonta tibi mihique (dicere enim fastidivit) praeconatum esse, et huc venire, ut haec ipsa, si qui forte ignorent, clare pronuntiet, hancque rem non deputare esse nihili; sed quicumque horum quid fecerit, decretum esse, ut is a populo lapidibus obruatur. Ita tibi haec se habent: et mox ostendes, an generosa sis, an vero ex bonis ignava.

Ismene. Nam quid, o misera, quum res in eo loco sit, factis meis ego vel

Λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προςθείμην πλέον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Εἰ ξυμπονήσεις καὶ ξυνεργάσει, σκόπει.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ποῖόν τι κινδύνευμα; ποῦ γνώμης ποτ' εἶ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόῤῥητον πόλει;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σὸν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς,
Ἀδελφόν· οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὦ σχετλία, Κρέοντος ἀντειρηκότος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα.

solvens vel adstringens, prodesse possim?

ANTIGONE. An operam sis collatura, meque adiutura, vide.

ISMENE. Quo in periculo? quae tua tandem est sententia?

ANTIGONE. An cadaver mecum sustolles.

ISMENE. Num illud ergo sepelire cogitas, etsi, nequis id faciat, publice interdictum est?

ANTIGONE. Meum scilicet, tuumque, etiam si nolis, fratrem: numquam enim proditionis me alligabo.

ISMENE. O infelix, num Creonte prohibente?

ANTIGONE. At nullum ei ius est, ut a meis me arceat.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οἴ μοι, φρόνησον, ὦ κασιγνήτη, πατὴρ
Ὡς νῷν ἀπεχθὴς δυςκλεής τ' ἀπώλετο,
Πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων διπλᾶς
Ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί·
Ἔπειτα μήτηρ καὶ γυνὴ, διπλοῦν ἔπος,
Πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον·
Τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν
Αὐτοκτενοῦντε τὼ ταλαιπώρω, μόρον
Κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν·
Νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα, σκόπει,
Ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ
Ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.
Ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μὲν, γυναῖχ' ὅτι
Ἔφυμεν, ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα·
Ἔπειτα δ' οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων,
Καὶ ταῦτ' ἀκούειν, κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.
Ἐγὼ μὲν οὖν, αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς

ISMENE. Hei mihi! revoca in animum, soror, pater ut nobis periit odiosus infamisque, qui, patefactis piaculis, propria sibi manu oculos effodit: tum illius mater eademque uxor, geminum titulum sustinens, tortis laqueis sibi vitam ademit: tertium vero fratres duo una die, semet occidentes miseri, necem sibi invicem intulere mutuis manibus: nunc tandem nos duae solae relictae, considera, quam pessimis exemplis periturae simus, si, more violato, edictum regis vel imperia transgrediamur. Sane igitur hoc cogitare oportet, feminas nos esse, haud viris certare pares, et quoniam sumus subditae potentioribus, et in his rebus obtemperare, aliisque adhuc acerbioribus. Proinde ego Manes inferos, ut veniam dent, precata,

Ξύγγνοιαν ἴσχειν, ὡς βιάζομαι τάδε,
Τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι· τὸ γὰρ
Περισσὰ πράσσειν, οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὔτ' ἂν κελεύσαιμ', οὔτ' ἂν, εἰ θέλοις ἔτι
Πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα·
Ἀλλ' ἴσθ', ὁποῖά σοι δοκεῖ· κεῖνον δ' ἐγὼ
Θάψω. Καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν·
Φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι, φίλου μέτα,
Ὅσια πανουργήσασ'· ἐπεὶ πλείων χρόνος,
Ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω, τῶν ἐνθάδε·
Ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι· σοὶ δ' εἰ δοκεῖ,
Τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσασ' ἔχε.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἐγὼ μὲν οὐκ ἄτιμα ποιοῦμαι, τὸ δὲ
Βίᾳ πολιτῶν δρᾷν, ἔφυν ἀμήχανος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σὺ μὲν τάδ' ἂν προὔχοι'· ἐγὼ δὲ δὴ τάφον

quia vi huc compellor, summam rerum obtinentibus morem geram: nam maiora viribus aggredi, dementia est.

Antigone. Neque te iusserim, neque adeo, si velis operam conferre, adiutrice te lubens utar. Age esto, ut tibi placet; illum vero ego sepeliam. Decorum mihi erit hoc facto mori: cara cum caro iacebo, pio peracto facinore. Nempe longius est tempus, quo me inferis placere oportet, quam his quibuscum hic versor: illic enim semper iacebo: tu vero, si ita videtur, quae apud Deos sanctissima habentur, aspernare.

Ismene. Haud equidem aspernor: sed invitis civibus quidpiam facere nullo pacto valeo.

Antigone. Tu quidem ista praetexas, ego vero

Χώσουσ' ἀδελφῷ φιλτάτῳ πορεύσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οἴ μοι ταλαίνης, ὡς ὑπερδέδοικά σου!

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Μή μου προτάρβει· τὸν σὸν ἐξόρθου πότμον.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' οὖν προμηνύσεις γε τοῦτο μηδενὶ
Τοὔργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε· σὺν δ' αὔτως ἐγώ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴμαι καταυδᾶν· πολλὸν ἐχθίων δ' ἔσει
Σύ γ' ὥς, ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε.

ΙΣΜΗΝΗ.

Θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' οἶδ' ἀρέσκουσ', οἷς μάλισθ' ἁδεῖν με χρή.

ΙΣΜΗΝΗ.

Εἰ καὶ δυνήσει γ'· ἀλλ' ἀμηχάνων ἐρᾷς.

iam ibo, carissimoque fratri aggesta humo tumulum excitabo.

Ismene. Hei mihi miserae, quam male tibi metuo!

Antigone. Ne mea causa metuas: res tuas in tuto colloca.

Ismene. Hoc saltem inceptum nemini indicaveris, sed clam omnes habe, itidemque ego celabo.

Antigone. Scilicet puto te elocuturam; at multo invisior sic eris, cum non omnibus haec praedicaveris.

Ismene. In re frigida calet tibi cor admodum.

Antigone. At placeo, sat novi, quibus maxime me placere decet.

Ismene. Si tu quidem possis; sed maiora viribus affectas.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀρχὴν δὲ θηρᾷν οὐ πρέπει τἀμήχανα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
Ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσει δίκῃ.
Ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν
Παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο· πείσομαι γὰρ οὐ
Τοσοῦτον οὐδὲν, ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ', εἰ δοκεῖ σοι, στεῖχε· τοῦτο δ' ἴσθ', ὅτι
Ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α. Ἀκτὶς ἀελίοιο, κάλ-
λιστον ἑπταπύλῳ φανὲν
Θήβᾳ τῶν πρότερον φάος,
Ἐφάνθης ποτὲ, χρυσέας
Ἁμέρας βλέφαρον,

Antigone. Proinde cessabo, quum nihil potero amplius.

Ismene. Sed ne primitus quidem sectari impossibilia decet.

Antigone. Si haec loqui perrexeris, mihi quidem odio eris, infensumque tibi merito mortuum habebis. Sine me meamque temeritatem acerba illa pati: patiar enim nihil tam dirum, quin decore moriar.

Ismene. At si tibi videtur, ito: hoc autem scias, stultam te quidem esse, sed amicis probe amicam.

Chorus. O iubar solis, omnium quae septiportis Thebis prius adfulserunt, pulcherrima lux, appatuisti tandem, aureae diei

Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα,
Τὸν λεύκασπιν Ἀργόθε πρὶν
Φῶτα βάντα πανσαγίᾳ
Φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ
Κινήσασα χαλινῷ,
Ὅς ἐφ' ἁμετέρᾳ γᾷ Πολυνείκους
Ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων,
Ὀξέα κλάζων
Αἰετὸς ἐς γᾶν ὥς, ὑπερέπτα,
Λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανὸς,
Πολλῶν μεθ' ὅπλων,
Ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι.

ἀντιστρ. ά. Στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων, φονί-
αισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ
Λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα,
Ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων
Αἱμάτων γένυσι
Πλησθῆναί τε, καὶ στεφάνωμα πύργων
Πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν·
Τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη

oculus, Dircaëa transcendens fluenta; quod in fugam compulsum acutiori freno cursum contendere coëgisti insignem candido clipeo virum ab Argis feliciter egressum cum omni bellico apparatu, qui contra nostram urbem, Polynicis ambiguis incitatus iurgiis, transvolavit, ut acutum clangens adversus terram aquila, nivea tectus ala, multis cum armis, comantibusque galeis.

Stans vero supra aedes, cruentis inhians undique cum hastis circa septem portarum ora, abiit, priusquam nostro sanguine satiaret malas, et turrium propugnacula piceus Vulcanus corriperet: tantus a tergo

Πάταγος Ἄρεος ἀντιπάλῳ
Δυςχείρωμα δράκοντι.
Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
Ὑπερεχθαίρει, καί σφας ἐςιδὼν
Πολλῷ ῥεύματι
Χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπλίαις,
Παλτῷ ῥίπτει πυρὶ βαλβίδων
Ἐπ' ἄκρων ἤδη
Νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι.

ϛροφὴ β'. Ἀντιτύπῳ δ' ἐπὶ γᾷ πέσε ταντλωθεὶς
Πυρφόρος, ὃς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ
Βακχεύων ἐπέπνει,
Ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων.
Εἶχε δ' ἄλλᾳ τὰ μὲν,
Τὰ δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα στυφελίζων
Μέγας Ἄρης δεξιόχειρος·
Ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ, ἐφ' ἑπτὰ πύλαις
Ταχθέντες, ἶσοι πρὸς ἴσους, ἔλιπον
Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη,
Πλὴν τοῖν στυγεροῖν, ὢ, πατρὸς ἑνὸς,

exortus est strepitus Martis, adversario draconi inexsuperabilis. Iupiter enim superbae linguae iactantiam impense odit, et innumeros eos intuitus aureo strepitu superbientes vibrato deiicit fulmine, parantes iam ad summam metam victoriae laetum clamorem tollere:

Ictu autem fulminis quassatus in terram cecidit ignifer ille, qui tunc insano furore debacchans, nos afflavit, infestissimorum vi ventorum. Aliter vero in hos grassari solet, alios illis infligere casus, deturbans eos, agilis Mavors: nam septem quidem duces, ad septem portas locati, pares contra pares, fugatori Iovi reliquerunt aerea dona, praeter miseros illos, qui,

Δικρατεῖς λόγχας στήσαντ', ἔχετον
Κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω.

ἀντ. β'. Ἀλλὰ γὰρ ἁ μεγαλώνυμος ἦλθε Νίκα
Τᾷ πολυαρμάτῳ ἀντιχαρεῖσα Θήβᾳ,
Ἐν μὲν δὴ πολέμων
Τῶν νῦν θέσθαι λησμοσύναν,
Θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς
Νυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν· ὁ Θήβας
Δ' ἐλελίζων Βάκχιος ἄρχοι.
Ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας,
Ὁ Μενοικέως, θεῶν νεοχμὸς νεαραῖς
Ἐπὶ συντυχίαις, χωρεῖ, τινὰ δὴ
Μῆτιν ἐρέσσων, ὅτι σύγκλητον
Τήνδε γερόντων προὔθετο λέσχην
Κοινῷ κηρύγματι πέμψας.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ
Πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν·

patre uno nati, de imperio dissentientes hastas cum dirigerent, communis mortis ambo perceperunt partem.

At enim, quoniam praeclaro nomine gaudens Victoria venit, curruum agitatrice Theba invicem delectata, iam confectorum modo bellorum oblivia inducite, deorumque templa omnia adeamus nocturnis choris, duce quidem Baccho, ululante, Thebis oriundo. Ecce vero Menoecei gnatus, urbis rex novus ob novum casum deorum invectum numine creatus, accedit, aliquod consilium volvens animo, quandoquidem conventum hunc seniorum indixit, quos communi praeconio arcessivit.

Creon. Viri, civitatem hanc, quam multis quassarunt fluctibus, iam in tuto dii erexerunt denuo: vos

Ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν ἐκ πάντων δίχα
Ἔστειλ' ἱκέσθαι, τοῦτο μὲν, τὰ Λαΐου
Σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη,
Τοῦτ' αὖθις, ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν,
Κἀπεὶ διώλετ', ἀμφὶ τοὺς κείνου γ' ἔτι
Παῖδας μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν.
Ὅτ' οὖν ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν
Καθ' ἡμέραν ὤλοντο, παίσαντές τε καὶ
Πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι,
Ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω,
Γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων.
Ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
Ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
Ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.
Ἐμοὶ γὰρ, ὅστις, πᾶσαν εὐθύνων πόλιν,
Μὴ τῶν ἀρίστων ἅπτεται βουλευμάτων,
Ἀλλ' ἐκ φόβου του γλῶσσαν ἐγκλείσας ἔχει,
Κάκιστος εἶναι νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ·

autem per nuntios iussi seorsum ab omnibus convenire, quia vos novi cum Laïi imperium sedulo semper coluisse, tum regnante Oedipo, illoque exstincto etiam erga eius gnatos in eadem fide constanti animo permansisse. Quando igitur illi gemino fato una die periere, mutuis ictibus peremti nefaria manu, ego iam imperium omne et solium obtineo, ut qui defunctis cognatus sum proximus. Vix autem virum quempiam noris quo sit ingenio, qua solertia, quidve consilio valeat, antequam in administratione rei publicae et legum tritum eum videris. Quicumque enim, civitatem universam regens, non optimis adhaeret consiliis, sed formidine aliqua linguam comprimit, is pessimus esse et nunc et dudum mihi videtur: et qui-

Καὶ μείζον' εἴ τις ἀντὶ τῆς αὑτοῦ πάτρας
Φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω.
'Εγὼ γὰρ (ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί!)
Οὔτ' ἂν σιωπήσαιμι, τὴν ἄτην ὁρῶν
Στείχουσαν ἀστοῖς ἀντὶ τῆς σωτηρίας,
Οὔτ' ἂν φίλον ποτ' ἄνδρα δυςμενῆ χθονὸς
Θείμην ἐμαυτῷ, τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι
Ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα καὶ, ταύτης ἔπι
Πλέοντες ὀρθῆς, οὓς φίλους ποιούμεθα.
Τοιοῖςδ' ἐγὼ νόμοισι τήνδ' αὔξω πόλιν,
Καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω
'Αστοῖσι, παίδων τῶν ἀπ' Οἰδίπου πέρι·
'Ετεοκλέα μὲν, ὃς πόλεως ὑπερμαχῶν
Ὄλωλε τῆςδε, πάντ' ἀριστεύσας δορὶ,
Τάφῳ τε κρύψαι, καὶ τὰ πάντ' ἐφαγνίσαι,
Ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς·
Τὸν δ' αὖ ξύναιμον τοῦδε (Πολυνείκην λέγω),
Ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς,

cumque patria sua potiorem iudicat amicum, illum nullo in loco pono. Ego enim (testor Iovem omnia semper cernentem) silere nollem, damnum si viderem ingruere civibus loco salutis; neque umquam, si quis patriae hostis sit, eius viri amicitiam amplectar: quippe compertum est mihi, patriam servare quoque, quos, ipsa salva, amicos paramus. Talibus ego placitis obsecutus hanc augebo urbem, nuncque horum adfinia civibus edicere iussi, circa Oedipi filios: Eteoclem quidem, qui pro hac urbe pugnando, re fortissime gesta, periit, ut condant sepulchro, omnibusque condecorent inferiis, quas strenuorum virorum Manibus ferre solemne est; illius autem fratrem, Polynicen dico, qui exsul huc reversus, urbem patriam et

Φυγὰς κατελθὼν, ἠθέλησε μὲν πυρὶ
Πρῆσαι κατάκρας, ἠθέλησε δ' αἵματος
Κοινοῦ πάσασθαι, τοὺς δὲ δουλώσας ἄγειν,
Τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκήρυκται τάφῳ
Μήτε κτερίζειν, μήτε κωκῦσαί τινα,
Ἐᾶν δ' ἄθαπτον, καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας
Καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν, αἰκιστόν τ' ἰδεῖν.
Τοιόνδ' ἐμὸν φρόνημα· κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ
Τιμὴν προέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδίκων,
Ἀλλ' ὅστις εὔνους τῇδε τῇ πόλει, θανὼν
Καὶ ζῶν ὁμοίως ἔκ γ' ἐμοῦ τιμήσεται.

ΧΟΡΟΣ.

Σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως, Κρέον,
Τὸν τῇδε δύσνουν καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει·
Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί που τ' ἔνεστί σοι,
Καὶ τῶν θανόντων, χὠπόσοι ζῶμεν, πέρι.

ΚΡΕΩΝ.

Ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων.

deos patrios flammis abolere voluit, voluitque sanguinem haurire cognatum, civesque suos in servitutem abducere, hunc civibus interdictum est ne quis tumulo mandet, neque defleat, sed sinant insepultum, alitibus canibusque praedam, visu foedissimam. Haec mea est sententia, neque a me unquam honorem improbi consequentur prae iustis, sed quicunque benevolus huic urbi est, mortuus et vivus pariter a me quidem honorabitur.

Chorus. Eadem, quae tibi, nobis etiam placent, Menoecei gnate, Creon, circa civitatis huius hostem, et circa amicum: lege vero uti qualibet penes te est in mortuos, et in viventes, quotquot sumus.

Creon. Vos igitur adtendite, ut edictum observetur.

ΧΟΡΟΣ.

Νεωτέρῳ τῳ τοῦτο βαστάζειν πρόθες.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' εἴσ' ἕτοιμοι τοῦ νεκροῦ γ' ἐπίσκοποι.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δῆτ' ἂν ἄλλο τοῦδ' ἐπεντέλλοις ἔτι;

ΚΡΕΩΝ.

Τὸ μὴ 'πιχωρεῖν τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἔστιν οὕτω μῶρος, ὃς θανεῖν ἐρᾷ.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ μὴν ὁ μισθός γ' οὗτος· ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων
Ἄνδρας τὸ κέρδος πολλάκις διώλεσεν.

ΦΥΛΑΞ.

Ἄναξ, ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως τάχους ὕπο
Δύσπνους ἱκάνω, κοῦφον ἐξάρας πόδα·
Πολλὰς γὰρ εὗρον φροντίδων ἐπιστάσεις,
Ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν.

Chorus. Iuniori alicui hoc munus manda.

Creon. At iam constituti sunt cadaveris custodes.

Chorus. Quid igitur aliud praeter hoc iubeas?

Creon. Ne permittatis, si qui minus obtemperent.

Chorus. Nemo est amens adeo, ut mori cupiat.

Creon. Est sane proposita haec merces: sed homines saepe lucri spes perdidit.

Custos. Haud equidem, o rex, dixero, anhelantem me esse, quod citato gressu celeriterque venerim: moras enim solicitudinum multas inveni, in via subinde me ipsum circumagens, ut referrem pedem. Anima

Ψυχὴ γάρ ηὔδα πόλλ' ἐμοὶ μυθουμένη·
Τάλας, τί χωρεῖς, οἷ μολὼν δώσεις δίκην;
Τλήμων, μενεῖς αὖ; κεἰ τάδ' εἴσεται Κρέων
Ἄλλου παρ' ἀνδρὸς, πῶς σὺ δῆτ' οὐκ ἀλγυνεῖ; —
Τοιαῦθ' ἑλίσσων ἤνυτον σχολῇ, ταχὺς,
Χοὔτως ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά·
Τέλος γε μέν τοι δεῦρ' ἐνίκησεν μολεῖν.
Σοὶ, κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσω δ' ὅμως·
Τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος,
Τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἐστιν, ἀνθ' οὗ τήνδ' ἔχεις ἀθυμίαν;

ΦΥΛΑΞ.

Φράσαι θέλω σοι πρῶτα τἀμαυτοῦ· τὸ γὰρ
Πρᾶγμ' οὔτ' ἔδρασ', οὔτ' εἶδον, ὅςτις ἦν ὁ δρῶν,
Οὐδ' ἂν δικαίως ἐς κακὸν πέσοιμί τι.

enim saepius me alloquebatur: Miser, cur tendis eo, ubi poenas dabis, simul ac veneris? at enim resistes, miser? haec etiamsi ex quopiam alio resciverit Creon, quînam, sodes, malum effugies? Talia volutans animo, tardo iter confeci, quamvis alioqui celer, sicque longa fit brevis via. Tandem tamen consultissimum visum est huc venire: dicam autem, tametsi nihili sit, quod proferam: hac enim spe fretus venio, nihil me aliud passurum esse, nisi quod fatale sit.

Creon. Quidnam vero est, cur animo ita es anxio?

Custos. Primum tibi declarare volo quae ad me adtinent: neque enim ipse facti auctor sum, neque adeo qui fecerit vidi: proinde indignus sum qui in malum quodpiam incidam.

ΚΡΕΩΝ.

Εὖ γε στοχάζει, κἀποφράγνυσαι κύκλῳ
Τὸ πρᾶγμα· δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον.

ΦΥΛΑΞ.

Τὰ δεινὰ γάρ τοι προςτίθησ' ὄκνον πολύν.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει;

ΦΥΛΑΞ.

Καὶ δὴ λέγω σοι· τὸν νεκρόν τις ἀρτίως
Θάψας βέβηκε, κἀπὶ χρωτὶ διψίαν
Κόνιν παλύνας, κἀφαγιστεύσας, ἃ χρή.

ΚΡΕΩΝ.

Τί φής; τίς ἀνδρῶν ἦν ὁ τολμήσας τάδε;

ΦΥΛΑΞ.

Οὐκ οἶδ'· ἐκεῖ γὰρ οὔτε του γενῆδος ἦν
Πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολή, στύφλος δέ τ' ἦν
Καὶ χέρσος ἀῤῥὼξ, οὐδ' ἐπημαξευμένη
Τροχοῖσιν, ἀλλ' ἄσημος οὑργάτης τις ἦν.

Creon. Caute sane rem circumspicis, et munis undique: videris autem aliquid indicaturus grave.

Custos. Periculosa enim metum adferunt plurimum.

Creon. Nonne dices tandem, perfunctusque abibis?

Custos. Atqui tibi dico: mortuum aliquis modo sepelivit, abiitque, postquam cadaver arido sparsit pulvere, inferiasque pro more fecit.

Creon. Quid ais? Quis homo ausus est haec facere?

Custos. Nescio: ibi enim neque ligone quid erat caesum, neque bidente effossum, sed et dura terra, et infracta, nec plaustri sulcata rotis, ita ut nullo signo facti auctor cognosci posset. Ubi vero nobis

Ὅπως δ' ὁ πρῶτος ἡμὶν ἡμεροσκόπος
Δείκνυσι, πᾶσι θαῦμα δυςχερὲς παρῆν·
Ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ,
Λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις·
Σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς, οὔτε του κυνῶν
Ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.
Λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοὶ,
Φύλαξ ἐλέγχων φύλακα· κἂν ἐγίγνετο
Πληγὴ τελευτῶσ', οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν·
Εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὐξειργασμένος,
Κοὐδεὶς ἐναργὴς, ἀλλ' ἔφυγε τὸ μὴ εἰδέναι.
Ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
Τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῳ ξυνειδέναι
Τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' εἰργασμένῳ.
Τέλος δ', ὅτ' οὐδὲν ἦν ἐρευνῶσι πλέον,

rem ostendit primus diurnus speculator, omnibus triste miraculum visum est: ille enim non conspiciebatur, nec tamen tumulo conditus erat, sed tenuis superiniectus erat pulvis, ut ab aliquo piaculum fugiente: signa vero neque ferae, neque canis cuiusquam adparebant, qui venisset et cadaver lacerasset. Tum acerba dicta inter nos vigiles iactari coeperunt, alio alium arguente; et res tandem ad verbera venisset: nemo enim erat qui rixam componeret; quippe unusquisque aliis videbatur facinoris auctor, nec tamen quisquam manifestus erat: sed omnes scire se negabant. Parati quoque eramus candens ferrum manibus tollere, perque flammas transire, et deos adiurare, nos neque fecisse, neque cuiquam esse conscios qui facinus vel meditatus fuerit, vel patraverit. Denique quum scrutando nihil proficeremus, fari in-

Λέγει τις εἷς, ὃς πάντας ἐς πέδον κάρα
Νεῦσαι φόβῳ προὔτρεψεν· οὐ γὰρ εἴχομεν
Οὔτ' ἀντιφωνεῖν, οὔθ', ὅπως δρῶντες καλῶς
Πράξαιμεν. Ἦν δ' ὁ μῦθος, ὡς ἀνοιστέον
Σοὶ τοὔργον εἴη τοῦτο, κοὐχὶ κρυπτέον.
Καὶ ταῦτ' ἐνίκα, κἀμὲ τὸν δυςδαίμονα
Πάλος καθαιρεῖ τοῦτο τἀγαθὸν λαβεῖν.
Πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν, οἶδ' ὅτι·
Στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ, ἐμοί τοι, μή τι καὶ θεήλατον
Τοὔργον τόδ', ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι.

ΚΡΕΩΝ.

Παῦσαι, πρὶν ὀργῆς κἀμὲ μεστῶσαι, λέγων,
Μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα·
Λέγεις γὰρ οὐκ ἀνεκτά, δαίμονας λέγων
Πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι.

sit unus nostrum, cuius ad sermonem metu perculsi ad solum omnes capita demisimus: neque enim poteramus contradicere, neque aliud quid excogitare, quod facto nobis usus esset. Dixit autem ille, rem omnem ad te referendam, nec celandam esse. Atque haec vicit sententia, sortesque hoc commodi accipere me infelicem damnarunt. Adsum igitur invitus apud invitos, scio. Diligit enim nemo malae rei nuntium.

Chorus. Dudum sane, o rex, tacitus mecum dispicio, anne divinitus haec res contigerit.

Creon. Desine dicere, priusquam tua loquela in iram me concites, ne insipiens simul ac senex deprehendaris: dicis enim non toleranda, quum dicis, deos huius mortui curam gerere. An

Πότερον ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην
Ἔκρυπτον αὐτὸν, ὅςτις ἀμφικίονας
Ναοὺς πυρώσων ἦλθε κἀναθήματα,
Καὶ γῆν ἐκείνων καὶ νόμους διασκεδῶν;
Ἢ τοὺς κακοὺς τιμῶντας εἰςορᾷς θεούς;
Οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι πόλεως
Ἄνδρες μόλις φέροντες ἐῤῥόθουν ἐμοὶ,
Κρυφῇ κάρα σείοντες, οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ
Λόφον δικαίως εἶχον, ὡς στέργειν ἐμέ.
Ἐκ τῶνδε τούτους ἐξεπίσταμαι καλῶς
Παρηγμένους μισθοῖσιν εἰργάσθαι τάδε·
Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος,
Κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε· τοῦτο καὶ πόλεις
Πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων·
Τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας
Χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι βροτῶν·
Πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν,
Καὶ παντὸς ἔργου δυςσέβειαν εἰδέναι.

nimis honorantes sepultura eum affecerunt, ut bene meritum, qui fulta columnis templa cum donariis crematurus venit, terramque eorum et cultum disiecturus? Num deos vides honore malos prosequi? Non est; sed et haec aegre ferentes cives dudum obmurmurabant mihi, clam capita quassantes, neque sub iugo cervicem, ut decet, habebant, ut imperio meo acquiescerent. Ab illis hos probe scio mercede inductos haec perpetrasse; nullus enim hominibus damnosior mos invaluit, quam uti argento; hoc et urbes devastat, hoc viros submovet domibus, hoc edocet et bonas pervertit mentes hominum, ut ad turpia facta se applicent, dolosque monstravit hominibus nectere, et quodvis impium facinus admittere.

Ὅσοι δὲ μισθαρνοῦντες ἤνυσαν τάδε,
Χρόνῳ ποτ' ἐξέπραξαν ὡς δοῦναι δίκην.
Ἀλλ', εἴπερ ἴσχει Ζεὺς ἔτ' ἐξ ἐμοῦ σέβας,
Εὖ τοῦτ' ἐπίστασ', ὅρκιος δέ σοι λέγω·
Εἰ μὴ τὸν αὐτόχειρα τοῦδε τοῦ τάφου
Εὑρόντες ἐκφανεῖτ' ἐς ὀφθαλμοὺς ἐμοὺς,
Οὐχ ὑμὶν ᾅδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν
Ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ' ὕβριν,
Ἵν' εἰδότες τὸ κέρδος ἔνθεν οἰστέον,
Τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε, καὶ μάθηθ', ὅτι
Οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν·
Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους.

ΦΥΛΑΞ.

Εἰπεῖν τι δώσεις, ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐκ οἶσθα, καὶ νῦν ὡς ἀνιαρῶς λέγεις;

At qui spe praemii haec perpetrarunt, hoc adepti sunt, ut aliquando daturi sint poenas. Verum, si quid apud me valet Iovis reverentia, pro certo hoc scias (iuratus autem tibi dico), nisi ipsum auctorem huius sepulturae inventum produxeritis ob oculos meos, non una morte satis dabitis supplicii, sed vivi pendentes hanc indicabitis iniuriam, ut, edocti lucrum unde petendum, in posterum inde rapiatis, et discatis, non qualibet ex re quaestum comparandum esse: namque ex turpibus lucris plures malo mactatos videas, quam servatos.

Custos. Loquine mihi quicquam permittes, an conversus hinc abeo?

Creon. Nescisne, vel nunc quam moleste loqueris?

[redacted]

ΦΥΛΑΞ.

Ἐν τοῖσιν ὠσὶν, ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει;

ΚΡΕΩΝ.

Τί δὲ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην, ὅπου;

ΦΥΛΑΞ.

Ὁ δρῶν σ' ἀνιᾷ τὰς φρένας, τὰ δ' ὦτ' ἐγώ.

ΚΡΕΩΝ.

Ὅμως ἄλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ. . . .

ΦΥΛΑΞ.

Οὔκουν τόδ' ἔργον εἰμὶ ποιήσας ποτέ.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ ταῦτ' ἐπ' ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδούς.

ΦΥΛΑΞ.

Φεῦ,
Ἦ δεινὸν, ᾧ δοκεῖν τε καὶ ψευδῆ δοκεῖ!

ΚΡΕΩΝ.

Κόμψευέ νυν τὴν δόξαν· εἰ δὲ ταῦτα μὴ

Custos. Auribusne an animo morderis?

Creon. Quid vero exploras, meus ubi situs sit dolor?

Custos. Facinoris auctor animum tibi contristat, aures ego.

Creon. At vafer certe deprehenderis. . . .

Custos. Nec tamen hoc facinus umquam commisi.

Creon. Et sic argenti cupidine vitam proiecisse.

Custos. Vah, malum est, si cui opiniones et mendacia placent!

Creon. De suspicione igitur argutare quantumvis:

Φανεῖτέ μοι τοὺς δρῶντας, ἐξερεῖθ᾽, ὅτι
Τὰ δειλὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται.

ΦΥΛΑΞ.

Ἀλλ᾽ εὑρεθείη μὲν μάλιστ᾽! ἐὰν δέ τοι
Ληφθῇ τε καὶ μὴ (τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ),
Οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ᾽ ἐλθόντα με·
Καὶ νῦν γὰρ ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ᾽ ἐμῆς
Σωθεὶς, ὀφείλω τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α΄. Πολλὰ τὰ δεινὰ, κοὐδὲν ἀν-
θρώπου δεινότερον πέλει.
Τοῦτο καὶ πολίου πέραν
Πόντου, χειμερίῳ νότῳ,
Χωρεῖ, περιβρυχίοισι
Περῶν ἐπ᾽ οἴδμασι,
Θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν
Ἄφθιτον, ἀκαμάταν, ἀποτρύεται
Ἰλλομένων ἀρότρων, ἔτος εἰς ἔτος,
Ἱππείῳ γένει πολεύων.

sed nisi haec qui fecerint monstrabitis, fatebimini, malis ex lucris damna gigni.

Custos. Maxime sane velim inveniatur: attamen deprehensus fuerit nec ne, hoc enim fortuna diiudicabit, non est ut videas tu me huc reversum: etenim nunc quoque praeter spem opinionemque meam servatus, magnas debeo diis gratias.

Chorus. Multa quidem sunt mirabilia; nihil vero homine mirabilius est. Itaque tum canum ultra pontum procelloso flante noto fertur, circumfrementes transmittens fluctus; tum supremam deam, Tellurem immortalem, indefessam, exercet circumactis aratris per singulos annos, equino genere versans.

ἀντιστρ. ά. Κουφονόων τε φῦλον ὀρ-
νίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει,
Καὶ θηρῶν ἀγρίων ἔθνη,
Πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν
Σπείραισι δικτυοκλώστοις,
Περιφραδὴς ἀνήρ·
Κρατεῖ δὲ μαχαναῖς ἀγραύλου
Θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενα
Ἵππον τ' ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγὸν,
Οὔρειόν τ' ἀδμῆτα ταῦρον.
στροφὴ β΄. Καὶ φθέγμα, καὶ ἀνεμόεν
Φρόνημα, καὶ ἀστυνόμους
Ὀργὰς ἐδιδάξατο, καὶ,
Δυσαύλων πάγων αἴθρια καὶ δύσομ-
βρα φεύγειν βέλη. Παντόπορος, ἄπορος
Ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον·
Ἀΐδα μόνον φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται·
Νόσων δ' ἀμηχάνων φυγὰς
Ξυμπέφρασται.

Levium etiam genus avium cassibus circumdatum abducit, agrestiumque ferarum secla, pontique marinam naturam nexis retium laqueis, vir solers: edomatque artibus agrestem beluam montivagam, iubatumque equum et montanum indomitum taurum iugo admovet, cervicibus imponendo.

Quin dicendi artem, sublimiumque rerum scientiam et civiles mores didicit, tum etiam inhabitabilis frigoris subdialia imbriumque tela fugere. Ad omnia ingeniosus, nullorumque, futura quae sunt, improvidus, est: solius Orci effugium invenire non valet: difficilium tamen morborum remedia excogitavit.

ἀντιστρ. β'. Δεινόν τι τὸ μηχανόεν
Τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων,
Ποτὲ μὲν κακὸν ἄλλοτ' ἐπ' ἐ-
σθλὸν ἕρπει. Νόμους παρορῶν θεῶν χθονός
Τ' ἔνορκον δίκαν, ὑψίπολις ἄπολις,
Ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν ξύνεστι,
Τόλμας χάριν· μήτ' ἐμοὶ παρέστιος
Γένοιτο, μήτ' ἴσον φρονῶν,
Ὃς τάδ' ἔρδει.
— Εἰ δαιμόνιον τέρας, ἀμφινοῶ,
Τόδε. — Πῶς δ', εἰδὼς, ἀντιλογήσω,
Τήνδ' οὐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην;
Ὦ δύστηνος,
Καὶ δυστήνου πατρὸς Οἰδιπόδα,
Τί ποτ'; οὐ δή που σέ γ' ἀπιστοῦσαν
Τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις,
Καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες;

ΦΥΛΑΞ.

Ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἡ 'ξειργασμένη!

Callidus ultra quam sperari possit, quodvis opus ingens artificio perficere, modo bonum, modo pravum sectatur. Leges contemnens patriae, vindicesque iurisiurandi patrios deos, princeps, civitate eiicitur, qui pravum, audaciae plenus, sectatur: neque idem mecum tectum subeat, nec mecum conferat consilia, qui talia patrat.

— At dubito, an hoc esse dicam deorum ostentum. — Quanquam infitias ire quî potero, hanc, quam video puellam, esse Antigonam? O misera, et misero patre Oedipode nata, quidnam istud est? Anne te isti adducunt regis imperio immorigeram, et in amenti deprehensam auso?

Custos. Haec est illa, quae facinus patravit! ip-

Τήνδ' εἵλομεν θάπτουσαν! ἀλλὰ ποῦ Κρέων;

ΧΟΡΟΣ.

Ὅδ' ἐκ δόμων ἄψοῤῥος ἐς δέον περᾷ.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἔστι; ποία ξύμμετρος προὔβη τύχη;

ΦΥΛΑΞ.

Ἄναξ, βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον·
Ψεύδει γὰρ ἡ 'πίνοια τὴν γνώμην· ἐπεὶ
Σχολῇ ποθ' ἥξειν δεῦρ' ἂν ἐξηύχουν ἐγὼ,
Ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, αἷς ἐχειμάσθην τότε·
Ἀλλ' (ἡ γὰρ εὐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ
Ἔοικεν ἄλλῃ μῆκος οὐδὲν ἡδονῇ)
Ἥκω, δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος,
Κόρην ἄγων τήνδ', ἣ καθευρέθη τάφον
Κοσμοῦσα. Κλῆρος ἐνθάδ' οὐκ ἐπάλλετο,
Ἀλλ' ἔστ' ἐμὸν θοὔρμαιον, οὐκ ἄλλου, τόδε.

sam hanc deprehendimus sepelientem? Sed ubi est Creon?

Chorus. Eccum opportune rursus progreditur foras.

Creon. Quid est? Ecquid contigit satis ex sententia?

Custos. Rex, mortalibus nihil est abiurandum: nam quae prius animo sederant sequens frustratur cogitatio: quandoquidem confidenter ego spopondissem numquam me huc rediturum, ob minas tuas illas, quibus me antea conturbasti. Verum (nulla enim voluptas est tanta, quam quae desiderata percipitur ex insperato gaudio) venio tamen, licet sacramento abiuraverim, puellam hanc adducens, quae deprehensa est cadaveri sepulturam parans. Sors hic iacta non fuit, sed meum est, non alius, hoc

Καὶ νῦν, ἄναξ, τήνδ' αὐτὸς, ὡς θέλεις, λαβὼν,
Καὶ κρῖνε, κἀξέλεγχ'· ἐγὼ δ' ἐλεύθερος
Δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄγεις δὲ τήνδε τῷ τρόπῳ πόθεν λαβών;

ΦΥΛΑΞ.

Αὕτη τὸν ἄνδρ' ἔθαπτε· πάντ' ἐπίστασαι.

ΚΡΕΩΝ.

Ἦ καὶ ξυνιεῖς καὶ λέγεις ὀρθῶς, ἃ φῄς;

ΦΥΛΑΞ.

Ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν οὗ σὺ τὸν νεκρὸν
Ἀπεῖπας. Ἆρ' ἔνδηλα καὶ σαφῆ λέγω;

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ πῶς ὁρᾶται, κἀπίληπτος εὑρέθη;

ΦΥΛΑΞ.

Τοιοῦτον ἦν τὸ πρᾶγμ'. Ὅπως γὰρ ἥκομεν,
Πρὸς σοῦ τὰ δείν' ἐκεῖν' ἐπηπειλημένοι,

lucrum. Et nunc, rex, hanc ipse prehensam interroga, ut lubet, et redargue: me vero liberum ab istis malis abire decet.

Creon. Cur autem hanc adducis, et unde?

Custos. Ipsa virum sepeliit: omnia discas.

Creon. An et intelligis et vere dicis, quae dicis?

Custos. Utpote qui eam sepelientem viderim cadaver, cuius tu sepeliri vetueras. Satisne aperta et manifesta dico?

Creon. Et quomodo conspecta est, atque in facinore deprehensa?

Custos. Sic acta res est. Postquam enim eo venimus, tuis illis minis atrocibus perterriti, primum terram

Πᾶσαν κόνιν σήραντες, ᾗ κατείχετο
Νέκυς, μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες εὖ,
Καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι,
Ὀσμὴν ἀφ' αὐτοῦ μὴ βάλοι, πεφευγότες,
Ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ ἐπιῤῥόθοις
Κακοῖσιν, εἴ τις τοῦδ' ἀφειδήσοι πόνου.
Χρόνον τάδ' ἦν τοσοῦτον, ἕς τ' ἐν αἰθέρι
Μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος,
Καὶ καῦμ' ἔθαλπε· καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς
Τυφὼς ἀείρας σκηπτὸν, οὐράνιον ἄχος,
Πίμπλησι πεδίον, πᾶσαν αἰκίζων φόβην
Ὕλης πεδιάδος· ἐν δ' ἐμεστώθη μέγας
Αἰθὴρ· μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.
Καὶ τοῦδ' ἀπαλλαγέντος ἐν χρόνῳ μακρῷ,
Ἡ παῖς ὁρᾶται, κἀνακωκύει πικρῶς,
Ὄρνιθος ὀξύφθογγον ὡς, ὅταν κενῆς
Εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος·

omnem, qua contectum erat cadaver, everrimus, putreque corpus nudavimus plane, tum editis in tumulis consedimus aversi ab aura, ne nobis teter odor ex illo adflaret, caventes; ubi vigilantes nos excitabamus conviciis, si quis vellet huic labori parcere. Tantisper in eo res fuit, donec aethere in medio constitit lucidus Solis orbis, aestusque flagravit: atque tum derepente vehemens flatu terra coortus, turbinem in altum tollens, aëream pestem, implet campum, omnem deturpans comam campestris silvae: immensusque repletur aër: nos vero clausis oculis divinitus missum tolerabamus malum. Quo post longum tempus tandem sedato, puella conspicitur, et acerbe quidem lamentans, in modum acuta voce questae aviculae, cum vacuum nidi cubile pullis orbatum videt.

Οὕτω δὲ χ' αὕτη, ψιλὸν ὡς ὁρᾷ νέκυν,
Γόοισιν ἐξῴμωξεν, ἐκ δ' ἀρὰς κακὰς
Ἠρᾶτο τοῖσι τοὔργον ἐξειργασμένοις·
Καὶ χερσὶν εὐθὺς διψίαν φέρει κόνιν,
Ἔκ τ' εὐκροτήτου χαλκέας ἄρδην πρόχου
Χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει.
Χ' ἡμεῖς ἰδόντες ἱέμεσθα, ξὺν δέ νιν
Θηρώμεθ' εὐθὺς, οὐδὲν ἐκπεπληγμένην,
Καὶ τάς τε πρόσθεν, τάς τε νῦν, ἠλέγχομεν
Πράξεις· ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίστατο.
Ἀλλ' ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα·
Τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ κακῶν πεφευγέναι,
Ἥδιστον, ἐς κακὸν δὲ τοὺς φίλους ἄγειν,
Ἀλγεινόν· ἀλλὰ ταῦτα πάνθ' ἥσσω λαβεῖν
Ἐμοὶ πέφυκε τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

ΚΡΕΩΝ.

Σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα,
Φὴς, ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε;

Sic et illa, nudum ut cernit cadaver, lamentis eiulavit, dirasque facti auctoribus poenas imprecata est. Nec mora, collectum manibus aridum affert pulverem, et ex aereo affabre facto gutto, triplici fuso libamine, mortuo inferias facit. Nos vero conspicati irruimus, eamque comprehendimus illico nullo perculsam metu, et utriusque facti, tum illius prioris, tum huius recentis, convincimus: nihil enim negavit. Quod quidem mihi gratum et triste simul auditu fuit: ipsum enim me ex malis evasisse, gratissimum: sed in malum amicos ducere, id triste est; at omnia ista prae mea salute parvi me pendere par est.

Creon. Heus tu, quae in terram demittis caput, te rogo: faterisne an denegas haec fecisse?

[redacted]

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καὶ φημὶ δρᾶσαι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.

ΚΡΕΩΝ.

Σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν, ᾗ θέλεις,
Ἔξω, βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον·
Σὺ δ', εἰπέ μοι μὴ μῆκος, ἀλλὰ ξύντομα·
Ἤιδης τὰ κηρυχθέντα, μὴ πράσσειν τάδε;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἤιδη· τί δ' οὐκ ἔμελλον; ἐμφανῆ γὰρ ἦν.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ δῆτ' ἐτόλμας τούσδ' ὑπερβῆναι νόμους;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐ γάρ τι μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,
Οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη,
Οἳ τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους·
Οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ
Κηρύγμαθ', ὥστ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν
Νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.
Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε

Antigone. Et fecisse fateor, nec nego.

Creon. Tu quidem aufer te hinc, ut lubet, gravi absolutum crimine: tu vero dic mihi haud prolixe, sed breviter: norasne edicta, ne quis haec faceret?

Antigone. Noram: quî enim ignorassem? siquidem manifesta erant.

Creon. Et vel sic ausa es hasce transgredi leges?

Antigone. Non enim eas mihi Iupiter statuerat, nec, quae diis Manibus adsidet, Iustitia, qui hasce mortalibus sanxerunt leges; nec tantum valere credidi tua edicta, ut non scriptas firmasque deûm leges, mortalis quum sis, queas convellere. Non enim heri fixae illae sunt aut nudius

Ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου 'φάνη.
Τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς
Φρόνημα δείσασ', ἐν θεοῖσι τὴν δίκην
Δώσειν. Θανουμένη γὰρ ἐξῄδη, τί δ' οὔ;
Κεἰ μὴ σὺ προὐκήρυξας· εἰ δὲ τοῦ χρόνου
Πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ' ἐγὼ λέγω·
Ὅςτις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς
Ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;
Οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
Παρ' οὐδὲν ἄλγος· ἀλλ' ἂν, εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
Μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἰσχόμην νέκυν,
Κείνοις ἂν ἤλγουν· τοῖςδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι·
Σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν,
Σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.

ΧΟΡΟΣ.

Δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς
Τῆς παιδὸς, εἴκειν δ' οὐκ ἐπίσταται κακοῖς.

tertius, sed vigent ab omni aevo, nec quisquam novit, quam dudum prodierint. Has quod violassem, cuiusvis hominis fastu perterrita, sane non debui diis poenas luere. Morituram enim me sciebam, quippini? etiam si tu non indixisses: quod si ante tempus moriar, id esse in lucro deputo. Quicumque enim in multis, ut ego, miseriis vitam degit, si mortem oppetat, quî non ille lucrum ferat? Sic sane mihi fatum hoc nancisci nihil dolet; at si matris meae filium insepultum sustinuissem, id mihi doleret: hisce autem quae feci, non doleo; tibi vero si videor stulte fecisse, propemodum dixerim, stulti iudicio stulta sum.

Chorus. Durum ingenium ex duro patre ortum apparet puellae; malis enim nescit cedere.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' ἴσθι τοι τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα
Πίπτειν μάλιστα· καὶ τὸν ἐγκρατέστατον
Σίδηρον ὀπτὸν, ἐκ πυρὸς περισκελῆ,
Θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰςίδοις·
Σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους
Ἵππους καταρτυθέντας. Οὐ γὰρ ἐκπέλει
Φρονεῖν μέγ', ὅςτις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας·
Αὕτη δ' ὑβρίζειν μὲν τότ' ἐξηπίστατο,
Νόμους ὑπερβαίνουσα τοὺς προκειμένους·
Ὕβρις δ', ἐπεὶ δέδρακεν, ἥδε δευτέρα,
Τούτοις ἐπαυχεῖν, καὶ δεδρακυῖαν γελᾷν.
Ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνὴρ, αὕτη δ' ἀνὴρ,
Εἰ ταῦτ' ἀνατεὶ τῇδε κείσεται κράτη.
Ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς, εἴθ' ὁμαιμονεστέρας
Τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς Ἑρκίου κυρεῖ,
Αὐτή τε χ' ἡ ξύναιμος οὐκ ἀλύξετον
Μόρου κακίστου· καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον

Creon. At scito igitur, praefractos animos saepius concidere; firmissimumque ferrum coctum, igne duratum, facillime comminui et frangi videas: parvoque freno feroces equos domari scio. Nempe haud convenit elato esse animo, qui aliis subditus est; haec autem tunc quidem egit contumeliose, quum sancitas leges transgredi ausa est: nunc vero, postquam facinus patravit, altera haec est contumelia, quod his factis glorietur et rideat. Profecto haud amplius vir ego sim, sed illa vir fuerit, si haec ei impune cesserit victoria. Sed sive ex sorore, sive ex alia quavis prognata sit, quae mihi sit tota familia coniunctior, ipsaque et soror non effugient, quin pessimis exemplis pereant; nam et hanc haud minus quam

Ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου.
Καί νιν καλεῖτ'! ἔσω γὰρ εἶδον ἀρτίως
Λυσσῶσαν αὐτὴν, οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν·
Φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς πρόσθεν ἡρῆσθαι κλοπεὺς
Τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων.
Μισῶ γε μέν τοι χὤταν ἔν κακοῖσί τις
Ἁλοὺς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Θέλεις τι μεῖζον, ἢ κατακτεῖναί μ' ἑλών;

ΚΡΕΩΝ.

Ἐγὼ μὲν οὐδέν· τοῦτ' ἔχων, ἅπαντ' ἔχω.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί δῆτα μέλλεις; ὡς ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων
Ἀρεστὸν οὐδὲν, μηδ' ἀρεσθείη ποτέ·
Οὕτω δὲ καί σοι τἄμ' ἀφανδάνοντ' ἔφυ.
Καί τοι πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον
Κατέσχον, ἢ τὸν αὐτάδελφον ἐν τάφῳ

alteram huius sepulturae auctorem esse censeo. Et illam evocate! eam enim vidi modo intus furentem, nec compotem sui. quippe solet perturbatio prius deprehendi proditrix eorum, quae vafre in tenebris structa fuere. Male vero et illum ego odi, qui, in scelere deprehensus, tamen concinnis comere illud dictis parat.

Antigone. Vin' amplius aliquid, quam me captam occidere?

Creon. Nil sane amplius: hoc nactus, omnia nactus sum.

Antigone. Quid igitur moraris? nam mihi tuis ex sermonibus nihil placet, neque placiturum sit umquam: parique modo mea tibi non pr[illegible]. Atqui undenam celebriorem gloriam [illegible]assequi possem, quam, quod germanum

Τιθεῖσα; τοῖςδε τοῦτο πᾶσιν ἁνδάνειν
Λέγοιτ᾽ ἂν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλείσοι φόβος·
Ἀλλ᾽ ἡ τυραννὶς πολλά τ᾽ ἄλλ᾽ εὐδαιμονεῖ,
Κἄξεστιν αὐτῇ δρᾷν λέγειν θ᾽, ἃ βούλεται.

ΚΡΕΩΝ.

Σὺ τοῦτο μούνη τῶνδε Καδμείων ὁρᾷς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὁρῶσι χ᾽ οἵδε, σοὶ δ᾽ ὑπίλλουσι στόμα.

ΚΡΕΩΝ.

Σὺ δ᾽ οὐκ ἐπαιδεῖ, τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν τοὺς ὁμοσπλάγχνους σέβειν.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔκουν ὅμαιμος χὠ καταντίον θανών;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὅμαιμος ἐκ μιᾶς τε, καὶ ταὐτοῦ πατρός.

ΚΡΕΩΝ.

Πῶς δῆτ᾽ ἐκείνῳ δυςσεβῆ τιμᾷς χάριν;

humo condidi? his quoque omnibus, qui adsunt, idem placere diceretur, si non linguam praecluderet metus: at cum alia ob multa felix est qui regnat, tum quia licet ei facere dicereque, quae lubet.

Creon. Sola tu hos inter Cadmeos hoc vides.

Antigone. Vident et isti, sed os tibi habent obnoxium.

Creon. Te autem non pudet, alia ab his sentire?

Antigone. Haud enim turpe est consanguineos colere.

Creon. Nonne etiam frater ille erat, qui contraria inferens arma occubuit?

Antigone. Ex una frater matre et ab eodem patre.

Creon. Cur, quaeso, impium alteri honorem tribuis?

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐ μαρτυρήσει τάδ' ὁ κατὰ χθονὸς νέκυς.

ΚΡΕΩΝ.

Εἴ τοι σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυςσεβεῖ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐ γάρ τι δοῦλος, ἀλλ' ἀδελφὸς, ὤλετο.

ΚΡΕΩΝ.

Πορθῶν γε τήνδε γῆν· ὁ δ', ἀντιστὰς ὕπερ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' οὐχ ὁ χρηστὸς τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τίς οἶδεν, εἰ κάτωθεν εὐαγῆ τάδε;

ΚΡΕΩΝ.

Οὔ τοι ποθ' οὐχθρὸς, οὐδ' ὅταν θάνῃ, φίλος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὔ τοι συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν.

Antigone. Haec non testabitur tumulo conditus.

Creon. Maxime vero, si illum parili honore cum impio dignaris.

Antigone. Haud quaquam enim servus, sed frater, periit.

Creon. Nempe vastans patriam, alter pro patria quum stetisset fortiter.

Antigone. At Orcus certe aequas leges postulat.

Creon. At bonus cum malo paria sortiri renuit.

Antigone. Quis novit, an apud inferos haec sint pia?

Creon. Haud umquam inimicus, ne quidem mortuus, est amicus.

Antigone. At mihi non ea est indoles, ut aliorum odii particeps ego sim, sed amoris.

ΚΡΕΩΝ.

Κάτω νυν ἐλθοῦσ', εἰ φιλητέον, φίλει
Κείνους· ἐμοῦ δὲ ζῶντος οὐκ ἄρξει γυνή.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη
Φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη·
Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ ἱμερτὸν
Ῥέθος αἰσχύνει,
Τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν.

ΚΡΕΩΝ.

Σὺ δ', ἣ, κατ' οἴκους, ὡς ἔχιδν', ὑφειμένη,
Λήθουσά μ' ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον
Τρέφων δύ' ἄτα, κἀπαναστάσεις θρόνων,
Φέρ', εἰπὲ δή μοι· καὶ σὺ τοῦδε τοῦ τάφου
Φήσεις μετασχεῖν, ἢ 'ξομεῖ τὸ μὴ εἰδέναι;

ΙΣΜΗΝΗ.

Δέδρακα τοὔργον, εἴπερ ἥδ' ὁμοῤῥοθεῖ,
Καὶ ξυμμετίσχω, καίπερ οὔ, τῆς αἰτίας.

Creon. Ergo, si amare tuum est, ad inferos profecta, illos ama: me autem vivo, non regnabit femina.

Chorus. Sed ecce pro foribus Ismena, sororis ob desiderium fundens lacrimas, nube vero frontem obducta, amabilem deformat vultum, venustas irrigans genas.

Creon. Heus tu, quae, domi furtim subrepens, ceu vipera, clam me exsugis; atque adeo inscius geminas pascebam furias, regnique mei pestes; age, dic mihi tandem, ecqui fateberis huius humationis sociam te quoque esse, an iurabis te huius rei ignaram esse?

Ismene. Meum est facinus, modo haec consentiat, criminisque, etsi non sum, participem me esse fateor.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' οὐκ ἐάσει τοῦτό γ' ἡ δίκη σ', ἐπεὶ
Οὔτ' ἠθέλησας, οὔτ' ἐγὼ 'κοινωσάμην.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι
Ξύμπλουν ἐμαυτὴν τοῦ πάθους ποιουμένη.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὧν τοὔργον, Ἅιδης χ' οἱ κάτω ξυνίστορες·
Λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην.

ΙΣΜΗΝΗ.

Μή τοι, κασιγνήτη, μ' ἀτιμάσῃς, τὸ μὴ οὐ
Θανεῖν τε σὺν σοὶ, τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Μή μοι θάνῃς σὺ κοινὰ, μηθ', ἃ μὴ 'θιγες,
Ποιοῦ σεαυτῆς· ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ τίς βίος μοι, σοῦ λελειμμένῃ, φίλος;

Antigone. At non permittet hoc Iustitia, quia neque voluisti, neque te ego in societatem adscivi.

Ismene. At me in malis tuis non pudet eosdem tecum periculi adire casus.

Antigone. Quorum sit hoc opus, Orcus et inferi conscii sunt: at ego verbis amantem non amo amicam.

Ismene. Ne me, quaeso, soror, ita despicatui habeas, ut indignam me reputes, quae tecum moriar, unaque defuncto fratri iusta fecerim.

Antigone. Ne tu mecum una mortem obeas; nec, quae non adtigisti, tibi vindices: satis erit me mori.

Ismene. Ecquaenam mihi, a te destitutae, iucunda sit vita?

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Κρέοντ' ἐρώτα· τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ', οὐδὲν ὠφελουμένη;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γέλωτ' ἐν σοί γ' ὄφλω.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἐπωφελοῖμ' ἐγώ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σῶσον σεαυτήν· οὐ φθονῶ σ' ὑπεκφυγεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οἴ μοι τάλαινα! κἀμπλάκω τοῦ σοῦ μόρου;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν, ἐγὼ δὲ κατθανεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀῤῥήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καλοῖσι μὲν σοί· τοῖς δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν.

Antigone. Creontem roga; illius enim tu curam geris.

Ismene. Cur hisce me excrucias, quum nihil prosit tibi?

Antigone. Doleam equidem, tibi si risum debeam.

Ismene. Qua tandem in re iuvare te igitur nunc possim?

Antigone. Serva te ipsam: effugium tibi non invideo.

Ismene. Hei mihi miserae! et tuae mortis exsors ero?

Antigone. Tu enim optasti vivere; ego autem mori.

Ismene. At minime tu non praemonita meis dictis.

Antigone. Pulchris iis quidem tibi visis; verum hisce ego sapere mihi videbar.

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ μὴν ἴση νῷν 'στὶν ἡ 'ξαμαρτία.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Θάρσει· σὺ μὲν ζῇς· ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι
Τέθνηκεν, ὥστε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Τὼ παῖδε φημὶ τώδε, τὴν μὲν ἀρτίως
Ἄνουν πεφάνθαι, τὴν δ' ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οὐ γάρ ποτ', ὦ 'ναξ, οὐδ', ὃς ἂν βλαστῇ, μένει
Νοῦς τοῖς κακῶς πράσσουσιν, ἀλλ' ἐξίσταται.

ΚΡΕΩΝ.

Σοὶ γοῦν, ὅθ' εἵλου ξὺν κακοῖς πράσσειν κακά.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί γὰρ μόνῃ μοι τῆσδ' ἄτερ βιώσιμον;

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' ἥδε μέν σοι μηδέν· οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι.

Ismene. Atqui par est utriusque delictum.

Antigone. Bono animo es: tu quidem vivis; at mihi iampridem abrupta vita, ut opem mortuis ferrem.

Creon. Has puellas aio, alteram quidem mente modo excidisse, alteram vero amentem natam esse.

Ismene. Non enim, o rex, ne quae quidem fuit olim, manet mens adflictis in rebus, sed movetur statu.

Creon. Tibi certe emota est, quando male excipi cum malis cupis.

Ismene. Quid enim mihi soli sine hac vivere volupe sit?

Creon. At nihilum tu amas: nam haec in vivis non est amplius.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου;

ΚΡΕΩΝ.

Ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οὐχ ὥς γ' ἐκείνῳ τῇδέ τ' ἦν ἡρμοσμένα!

ΚΡΕΩΝ.

Κακὰς ἐγὼ γυναῖκας υἱάσι στυγῶ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὦ φίλταθ' Αἷμον, ὥς σ' ἀτιμάζει πατήρ!

ΚΡΕΩΝ.

Ἄγαν γε λυπεῖς, καὶ σὺ, καὶ τὸ σὸν λάκος.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἦ γὰρ στερήσεις τῆσδε τὸν σαυτοῦ γόνον;

ΚΡΕΩΝ.

Ἅιδης ὁ παύσων τούσδε τοὺς γάμους ἔφυ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Δεδογμέν', ὡς ἔοικε, τήνδε κατθανεῖν.

ISMENE. Ergone sponsam necabis tui ipsius filii?

CREON. Sunt enim aliis quoque arabilia arva.

ISMENE. Non enim sic de illo ét hacce decretum erat!

CREON. Malas ego filiorum uxores odi.

ISMENE. O carissime Haemon, ut te despicatui habet pater!

CREON. Odiosa es tuque tuusque tinnitus.

ISMENE. Ecqui igitur ista tuum privabis filium?

CREON. Orcus nuptias has finiet.

ISMENE. Decretum est, ut videtur, mortem ut haec oppetat.

ΚΡΕΩΝ.

Κἀν σοί γε κάμνει. — Μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλά νιν
Κομίζετ' εἴσω, δμῶες! ἐκ δὲ τοῦδε χρὴ
Γυναῖκας εἶναι τάςδε, μηδ' ἀνειμένας·
Φθέγγουσι γάρ τοι χ' οἱ θρασεῖς ὅταν πέλας
Ἤδη τὸν ᾅδην εἰςορῶσι τοῦ βίου.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'. Εὐδαίμονες, οἷσι κακῶν
Ἄγευστος αἰών! οἷς γὰρ ἂν
Σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας
Οὐδὲν ἐλλείπει, γενεᾶς
Ἐπὶ πλῆθος ἕρπον, ὥςτε ποντίας ἁλὸς
Οἶδμά, δυςπνόοις ὅταν
Θρήσσῃσιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς,
Κυλίνδει βυσσόθεν
Κελαινὰν θῖνα καὶ δυςάνεμον,
Στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.

ἀντ. α'. Ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν
Οἴκων ὁρῶμαι πήματα

Creon. Imo etiam tibi periculum est. — Absit omnis iam mora, atque illas ducite intro, famuli! mulieres istas dehinc esse decet, nec libere circumvagari: blaterant enim audaces, etiam cum prope iam mortem intuentur.

Chorus. Felices, quibus malorum immune labitur aevum! Quibus enim divinitus quassatur domus, horum vita nulla vacat calamitate, ad omnem posteritatem proserpente, haud secus ac maris fluctus, si quando Boreae vehemens flatus in salsam incurrit caliginem, ab imo atram evolvit, ventis infestatam, arenam, plangoribusque percussa resonant litora.

Veteres Labdacidarum domus calamitates video,

Φθιμένων ἐπὶ πήμασι πίπτον-
τ' οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν
Γένος, ἀλλ' ἐρείπει θεῶν τις, οὐδ' ἔχει λύσιν.
Νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ
Ῥίζας ἐτέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις·
Κατ' αὖ νιν φοινία
Θεῶν τῶν νερτέρων ἀμᾷ κοπὶς,
Λόγου τ' ἄνοια, καὶ φρενῶν Ἐριννύς.

στροφὴ β'. Τεὰν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν
Ὑπερβασία κατάσχῃ,
Τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ', ὁ πάντα γ' αἱρῶν,
Οὔτε θέειν ἄκματοι
Μῆνες; Ἀγήρως χρόνῳ δυνάστας
Κατέχεις Ὀλύμπου
Μαρμαρόεσσαν αἴγλαν·
Τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον,
Καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
Νόμος ὅδ'· οὐδὲν ἕρπειν
Θνατῶν βιότῳ πάμπολύ γ' ἐκτὸς ἄτας.

defunctorum immissas calamitatibus; neque aetas aetatem liberat, sed hanc quoque subvertit deorum quispiam, neque est ab aerumnis requies. Modo enim Oedipi in domo ultimae stirpi effulserat salus; tamen illam rursus demetit inferorum deûm cruenta falx, consiliique amentia, et animi furor.

Vim tuam, Iupiter, quis hominum fastus cohibere possit, quam neque somnus, omnia domans, domat umquam, nec cursu indefesso menses? Senii expers fulgentis regis Olympi splendorem; atque et futuro tempore, et olim, haec lex obtinebit: nihil accidere hominibus, quod nimium iuvet, aegritudine haud permixtum.

ἀντιςρ. β'. Ἁ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλπὶς
Πολλοῖς μὲν ὄνασις ἀνδρῶν,
Πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων·
Εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει,
Πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα προςάψῃ.
Σοφία γὰρ ἔκ του
Κλεινὸν ἔπος πέφανται·
Τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν
Τῷδ' ἔμμεν, ὅτῳ φρένας
Θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν,
Πράσσειν δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας.

Ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν
Νέατον γέννημ', ἆρ', ἀχνύμενος
Τῆς μελλογάμου τάλιδος, ἥκει,
Μόρον Ἀντιγόνης,
Ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν.

ΚΡΕΩΝ.

Τάχ' εἰσόμεσθα μαντέων ὑπέρτερον.

Spes quidem vaga multis mortalium fructum sui praebet; multorum autem deludit leves cupidines, acceditque ad nihil sentientem prius quam igni ardenti pedem admoverit. Celebre dictum fertur a nescio quo sapienter prolatum: *Malum aliquando videri bonum illi esse, cuius animum deus impellit ad mortem, eumque perexiguo tempore extra calamitatem versari.*

At hicce igitur Haemon, liberorum tuorum novissimum germen, sponsae Antigonae imminente leto contristatus, venit, pactis nuptiis frustrari impotenter dolens.

Creon. Statim sciemus, quovis augure certius.

Ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων
Τῆς μελλονύμφου, πατρὶ λυσσαίνων πάρει,
Ἢ σοὶ 'σμὲν ἡμεῖς, πανταχῆ δρῶντες, φίλοι;

ΑΙΜΩΝ.

Πάτερ, σός εἰμι, καὶ σύ μοι, γνώμας ἔχων
Χρηστάς, ἀπορθοῖς, αἷς ἔγωγ' ἐφέψομαι·
Ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξιώσεται γάμος
Μεῖζον φέρεσθαι σοῦ καλῶς ἡγουμένου.

ΚΡΕΩΝ.

Οὕτω γάρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν,
Γνώμης πατρώας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι.
Τούτου γὰρ οὕνεκ' ἄνδρες εὔχονται γονὰς
Κατηκόους φύσαντες ἐν δόμοις ἔχειν,
Ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς,
Καὶ τὸν φίλον τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί·
Ὅςτις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα,
Τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πέδας
Φῦσαι, πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων;

O nate, num, auditis quae in sponsam decreta sunt, patri infensus ades, an vero, quidquid egerimus, sumus tibi cari?

Haemon. Pater, tua sum in potestate, tuque, rectis quidem utens consiliis, me regas, quibus equidem obsequar: mihi enim nullae tanti esse possunt nuptiae, ut eas iustis tuis imperiis praeferam.

Creon. Scilicet hoc animo te esse par est, cedant ut omnia patris voluntati. Propterea enim cupit vir quiviscumque liberos suscipere sibi subditos et educere domi, ut et paternos inimicos ulciscantur male, amicosque eodem, quo pater, prosequantur honore; qui vero cumque liberos genuit inutiles, quid illum dicas aliud, quam sibi compedes, genuisse, multumque inimicis risum? Ne

Μή νύν ποτ', ὦ παῖ, τὰς φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς,
Γυναικὸς οὕνεκ', ἐκβάλῃς, εἰδὼς, ὅτι
Ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίγνεται,
Γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. Τί γὰρ
Γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον, ἢ φίλος κακός;
Ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ, μέθες
Τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεῦσαι τινί·
Ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἷλον ἐμφανῶς ἐγὼ
Πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην,
Ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει,
Ἀλλὰ κτενῶ. Πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία
Ξύναιμον! εἰ γὰρ δῆτα τἀγγενῆ φύσει
Ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς γ' ἔξω γένους.
Ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
Χρηστὸς, φανεῖται κἀν πόλει δίκαιος ὤν·
Ὅστις δ', ὑπερβὰς, ἢ νόμους βιάζεται,

nunc ergo, nate, voluptate victus, mulierisque cupidine, sanam mentem abiicias, et hoc tene, frigere amplexum pravae mulieris, quam quis domi consortem tori habeat. Quod enim peius esse possit ulcus, quam malus amicus? Quare tamquam malivolam despuens, puellam illam sine apud Orcum, cui voluerit, nubere: ego enim, postquam illam manifesto deprehendi unam ex omni civitate edicto meo parere recusantem, haud sane committam, ut me falsi arguant cives, sed illam occidam. Proinde Iovem imploret cognationis praesidem! nam qui mihi genere coniuncti sunt, si eos mihi immorigeros esse patiar, similes profecto habebo extrarios. Quicumque enim familiam probe regit, is et in administranda civitate iustus videbitur: quicumque vero inobediens vel leges violat,

Ἢ τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατοῦσιν ἐννοεῖ,
Οὐκ ἔστ' ἐπαίνου τοῦτον ἐξ ἐμοῦ τυχεῖν.
Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν
Τὰ σμικρὰ, καὶ δίκαια, καὶ τἀναντία·
Καὶ τοῦτον ἂν τὸν ἄνδρα θαρσοίην ἐγὼ
Καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν,
Δορός τ' ἂν ἐν χειμῶνι προςτεταγμένον
Μένειν δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην.
Ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν·
Αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
Οἴκους τίθησιν, ἥδε συμμάχου δορὸς
Τροπὰς καταῤῥήγνυσι· τῶν δ' ὀρθουμένων
Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.
Οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις,
Κοὔ τοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα·
Κρεῖσσον γὰρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν·

vel imperare magistratibus cogitat, non est ut is laudem a me consequatur. Scilicet quem civitas summae rerum praefecerit, ei parere oportet tenues, pariter in iustis iniustisque rebus, et qui sic animatus sit, hunc virum nullus dubitem, quin recte imperare possit, aliusque subiectus imperio iussa rite exsequi velit, et belli in procella, iussus, mansurus sit, iustum se praebens fortemque adiutorem. Licentia enim maius haud aliud est malum: haec quippe civitates perdit, haec subvertit domos, haec socios in fugam coniicit: atque iis, qui recti in acie steterunt, saluti plerumque fuit obedientia. Sic vindicare oportet reges, neque omnino feminae cedendum: satius est enim, siquidem de statu deiici necesse est, a viro vinci, nec mulie-

Κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν μὲν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα,
Λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.

ΑΙΜΩΝ.

Πάτερ, θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας,
Πάντων, ὅσ' ἐστὶ, χρημάτων ὑπέρτατον.
Ἐγὼ δ', ὅπως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε,
Οὔτ' ἂν δυναίμην, μήτ' ἐπισταίμην, λέγειν·
Γένοιτο μέν τ' ἂν χατέρῳ καλῶς ἔχον.
Σὺ δ' οὐ πέφυκας πάντα προσκοπεῖν, ὅσα
Λέγει τις, ἢ πράσσει τις, ἢ ψέγειν ἔχει·
Τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ
Λόγοις τοιούτοις, οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων·
Ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε,
Τὴν παῖδα ταύτην οἷ' ὀδύρεται πόλις,

ribus ignaviores esse dicamur.

Chorus. Nobis quidem, nisi mens senio labefacta decipitur, dicere sapienter, quae dicis, videris.

Haemon. Pater, dii hominibus ingenerant rationem, omnium, quotquot sunt, rerum praestantissimam. Quae autem modo dixti, vera esse, neque audeam negare, nec, qui negare possim, scio: est tamen ut alius etiam vera dicere queat. Enimvero tu non es talis, qui omnia prospicere queas, quae in te vel dicit quis, vel facit, aut si quid tibi vertatur vitio: tuus enim vultus plebeio cuique timorem incutit circa sermones tales, quos lubens non audias: at mihi clam haec mussantium excipere licet: quantopere huius puellae vicem civitas

Πασῶν γυναικῶν ὡς ἀναξιωτάτη
Κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει,
Ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον, ἐν φοναῖς
Πεπτῶτ', ἄθαπτον μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν
Εἴασ' ὀλέσθαι, μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος.
Οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς λαχεῖν;
Τοιάδ' ἐρεμνὴ σῖγ' ἐπέρχεται φάτις.
Ἐμοὶ δὲ, σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς, πάτερ,
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον·
Τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείᾳ τέκνοις
Ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παίδων πατρί;
Μὴ νῦν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει,
Ὃ φὴς σὺ, κοὐδὲν ἄλλο, τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν·
Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
Οὗτοι, διαπτυχθέντες, ὤφθησαν κενοί·
Ἀλλ' ἄνδρα, κἤν τις ᾖ σοφὸς, τὸ μανθάνειν

doleat, quia ob facta maximis digna laudibus pessime pereat mulierum omnium immeritissima, quae suum ipsius fratrem in proelio caesum, insepultum haud passa sit crudivoris canibus alitibusque perdi. Nonne haec aureo digna honore? Tales obscuri clam manant rumores. Mihi vero, pater, nihil aliud optabilius esse potest, quam ut omnia tibi laeta eveniant. Quid enim liberis decori sit magis, quam gloria florens pater? quidve patri cum liberis comparandum? Ne nunc ergo unicum mente hunc habitum indue, ut, quod tu dicis, aliudque praeterea nihil, rectum esse putes: quicumque enim vel ipse solus sapere videtur sibi, vel lingua aut animo pollere, ut nemo alius, tales si explices, saepius inanes esse comperias; sed virum, quamvis ille sit sapiens, di-

Πόλλ', αἰσχρὸν οὐδὲν, καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.
Ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα
Δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται,
Τὰ δ' ἀντιτείνοντ', αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται·
Αὕτως δὲ ναὸς ὅςτις ἐγκρατὴς, πόδα
Τείνας, ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
Στρέψας, τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.
Ἀλλ' εἶκε θυμοῦ, καὶ μετάστασιν δίδου·
Γνώμη γάρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
Πρόςεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ,
Φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
Εἰ δ' οὖν (φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν),
Καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ, σέ τ' εἰκὸς, εἴ τι καίριον λέγει,
Μαθεῖν, σέ τ' αὖ τοῦδ'· εὖ γὰρ εἴρηται διπλᾷ.

scere multa haud indecorum est, et non nimis contra tendere. Vides hibernis imbribus tumida ad fluenta quotquot cedunt arbores, ut servant ramos; at stirpitus intereunt, quaecumque obnituntur: similiter quoque navis gubernator, si adductum pedem laxare praefracte renuit, supinis, eversa rate, in posterum navigat tabulis. Verum age, remitte iram, et poenitentiae da locum: iudicium enim si quod et mihi iuniori inest, dico equidem longe optimum esse, si suapte indole vir quisque scientia gaudeat; sin minus (haud enim ita solet evenire) et a bene consulentibus praeclarum est discere.

Chorus. Rex, si quid hic opportunum dicit, aequum est te animum advertere; teque vicissim illi auscultare: recte enim dictum est utrinque.

ΚΡΕΩΝ.

Οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
Φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;

ΑΙΜΩΝ.

Μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον· εἰ δ' ἐγὼ νέος,
Οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν;

ΑΙΜΩΝ.

Οὐδ' ἂν κελεύσαιμ' εὐσεβεῖν ἐς τοὺς κακούς.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐχ ἥδε γὰρ τοιᾷδ' ἐπείληπται νόσῳ;

ΑΙΜΩΝ.

Οὔ φησι Θήβης τῆσδ' ὁμόπτολις λεώς.

ΚΡΕΩΝ.

Πόλις γὰρ ἡμῖν, ἁμὲ χρὴ τάσσειν, ἐρεῖ;

Creon. Nos ergo istuc aetatis sapere docebimur ab adolescente?

Haemon. Nihil quidem doceare, quod iniustum sit: etsi vero iuvenis sum, non aetatem magis decet, quam opera, spectare.

Creon. Ergone opus est, legibus haud parentes honore adficere?

Haemon. Haud sane tibi auctor sim, ut malis honorem habeas.

Creon. At haecce non tali correpta est morbo?

Haemon. Utique hoc negat universus Thebanus populus.

Creon. Scilicet, quae imperare debeam, civitas mihi praescribet?

ΑΙΜΩΝ.

Ὁρᾷς, τάδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος;

ΚΡΕΩΝ.

Ἄλλῳ γὰρ, ἢ 'μοὶ, χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός;

ΑΙΜΩΝ.

Πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ', ἥτις ἀνδρός ἐσθ' ἑνός.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;

ΑΙΜΩΝ.

Καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος.

ΚΡΕΩΝ.

Ὅδ', ὡς ἔοικε, τῇ γυναικὶ ξυμμαχεῖ.

ΑΙΜΩΝ.

Εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι.

ΚΡΕΩΝ.

Ὦ παῖ κάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρί!

ΑΙΜΩΝ.

Οὐ γὰρ δίκαιά σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶ;

Haemon. Viden', ut nimis iuvenilis iste tuus est sermo?

Creon. Nimirum alius imperio, non meo, terra haec subiecta erit?

Haemon. Quippe non est civitas, quae unius tantum est viri.

Creon. Non imperantis censetur esse civitas?

Haemon. Pulchre deserta urbe tu regnares solus.

Creon. Hic, ut videtur, pro muliere propugnat.

Haemon. Si tu quidem mulier es: pro te enim propugno.

Creon. O fili pessime, qui cum patre litigas!

Haemon. Nonne enim a iusto te aberrare video?

ΚΡΕΩΝ.

Ἁμαρτάνω γάρ, τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;

ΑΙΜΩΝ.

Οὐ γὰρ σέβεις, τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν.

ΚΡΕΩΝ.

Ὦ μιαρὸν ἦθος, καὶ γυναικὸς ὕστερον!

ΑΙΜΩΝ.

Οὐκ ἂν δ' ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ.

ΚΡΕΩΝ.

Ὁ γοῦν λόγος σοι πᾶς ὑπὲρ κείνης ὅδε.

ΑΙΜΩΝ.

Καὶ σοῦ γε, κἀμοῦ, καὶ θεῶν τῶν νερτέρων.

ΚΡΕΩΝ.

Ταύτην ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς.

ΑΙΜΩΝ.

Ἥδ' οὖν θανεῖται, καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινά.

ΚΡΕΩΝ.

Ἦ κἀπ' ἀπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχει θρασύ;

CREON. Scilicet aberro, colens mei iura imperii?

HAEMON. Haud sane colis, dum diis debitum honorem conculeas.

CREON. O scelestum ingenium et a femina devictum!

HAEMON. At numquam me a turpibus devictum argues.

CREON. Tamen omnis tuus hic sermo illi patrocinatur.

HAEMON. Tibique etiam, et mihi, et diis inferis.

CREON. Hanc non erit umquam, ut vivam amplius ducas.

HAEMON. Ergo morietur, et mortua aliquem perdet.

CREON. An in minatum etiam sic erumpis audaciam?

ΑΙΜΩΝ.

Τίς δ' ἔστ' ἀπειλὴ, πρὸς κενὰς γνώμας λέγειν;

ΚΡΕΩΝ.

Κλαίων φρενώσεις, ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός.

ΑΙΜΩΝ.

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Γυναικὸς ὢν δούλευμα, μὴ κώτιλλέ με.

ΑΙΜΩΝ.

Βούλει λέγειν τι, καὶ λέγων μηδὲν κλύειν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄληθες; ἀλλ' οὐ, τόνδ' Ὄλυμπον, ἴσθ' ὅτι
Χαίρων ἐπιψόγοισι δεννάσεις ἐμέ.
Ἄγετε τὸ μῖσος, ὡς κατ' ὄμματ' αὐτίκα
Παρόντι θνήσκῃ πλησία τῷ νυμφίῳ!

ΑΙΜΩΝ.

Οὐ δῆτ' ἔμοιγε (τοῦτο μὴ δόξῃς ποτέ!)
Οὔθ' ἥδ' ὀλεῖται πλησία, σύ τ' οὐδαμᾶ

Haemon. Quae sunt minae autem, contra futiles dicere sententias?

Creon. Plorans me castigabis, ipse mentis inops quum sis.

Haemon. Nisi pater esses, dicerem te desipere.

Creon. Mulieris mancipium, ne me adulare.

Haemon. Vis quidlibet loqui, et nihil vicissim audire.

Creon. Itane vero? at haud impune, coelum attestor, me reprehensione dignis verbis abs te impetitum iri scias. Adducite odium, ut ob oculos illico praesenti moriatur proxima sponso.

Haemon. Haud sane me prope adstante (ne tu hoc umquam in animum inducas) neque haec coram peribit, neque tu umquam

Τοὐμὸν προςόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν,
Ὡς τοῖς θέλουσι τῶφελεῖν μαίνει ξυνών.

ΧΟΡΟΣ.

Ὡνὴρ, ἄναξ, βέβηκεν ἐξ ὀργῆς ταχύς·
Νοῦς τηλικοῦτοις δ' ἐστιν ἀλγήσας βαρύς.

ΚΡΕΩΝ.

Δράτω, φρονείτω μεῖζον, ἢ κατ' ἄνδρ', ἰών·
Τὰ δ' οὖν κόρα τάδ' οὐκ ἀπαλλάξει μόρου.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄμφω γὰρ αὐτὰ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν· εὖ γὰρ οὖν λέγεις.

ΧΟΡΟΣ.

Μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν;

ΚΡΕΩΝ.

Ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος,

me oculis tuis obversari vivum videbis, quoniam in eos, qui te iuvare cupiunt, insanis.

Chorus. Hic vir abiit, o rex, ira concitatus: atqui talibus ingenium dolore ardens ad atrocia facta comparare se solet.

Creon. Age abeat; faciat, cogitet supra humanam sortem: hasce tamen puellas morte sic non liberabit.

Chorus. Ergone utramque morte multare destinas?

Creon. Haud quidem illam, quae cadaver non adtigit: recte enim mones.

Chorus. Quonam autem eam supplicio statuis occidere?

Creon. Abductam in locum, ubi nulla sint homi-

Κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,
Φορβῆς τοσοῦτον, ὡς ἄκος μόρου, προθεὶς,
Ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις.
Κἀκεῖ τὸν Ἅιδην, ὃν μόνον σέβει θεῶν,
Αἰτουμένη που, τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν,
Ἢ γνώσεται γοῦν ἀλλὰ τηνικαῦθ', ὅτι
Πόνος περισσός ἐστι, τὰν Ἅιδου σέβειν.

ΧΟΡΟΣ.

ςροφὴ ά. Ἔρως, ἀνίκατε μάχαν,
Ἔρως, ὃς οὐ κτήμασι πίπτεις,
Ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
Νεάνιδος ἐννυχεύεις,
Φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος, ἔν
Τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς·
Καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς,
Οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων·
Ὁ δ' ἔχων, μέμηνε.
ἀντιςρ. ά. Σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους

num vestigia, saxeo in specu vivam recondam, tantillo cibi, quantum arcendae morti sufficiat, apposito, ut piaculum tota effugiat civitas: ibique Orcum, quem solum colit deorum, rogando forte impetrabit, ut ne mortem obeat; aut tunc tandem discet, supervacaneum esse laborem, si quis inferos colat.

Chorus. Amor invicte in pugnis, Amor, qui opes non affectas, qui puellae mollibus excubas in genis, transque maria permeas, penetrasque te in silvestria lustra; nec te immortalium quisquam fugere potis est, nec brevis aevi hominum. Quisquis vero te concipit, in furorem agitur.

Tu vel iustorum mentes

Φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ·
Σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀνδρῶν
  Ξύναιμον ἔχεις ταράξας·
  Νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων
  Ἵμερος εὐλέκτρου
  Νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς
  Θεσμῶν· ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει
    Θεὸς Ἀφροδίτα.
Νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν
Ἔξω φέρομαι, τάδ' ὁρῶν, ἴσχειν
Δ' οὐκ ἔτι πηγὰς δύναμαι δακρύων,
Τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον
    Τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

στροφὴ β'. Ὁρᾶτέ μ', ὦ γᾶς πατρίας πολῖται,
  Τὰν νεάταν ὁδὸν
Στείχουσαν, νέατον δὲ φέγγος
  Λεύσσουσαν ἀελίοιο, κοὔ πο-
τ' αὖτ', ἀλλ' ἔμ' ὁ παγκοίτας

devias abripis ad noxam: tu quoque inter consanguineos viros litem hanc concitasti: praepollet autem palam erumpens oculorum desiderium pulcram appetentis virginem, quod cum maximis inter initia rerum legibus pari praeditum est potestate: insuperabilis enim illudit dea Venus.

Quin et iam ipse ultra licitum feror, haec cernens, neque amplius lacrimarum fontes cohibere valeo, quum Antigonam hanc video ad thalamum omnibus communem perduci.

Antigone. Adspicite me, o patriae urbis cives, ultimam ingredientem viam, ultimumque iubar intuentem Solis, mihi numquam posthac videndum, sed communis

Ἅιδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος
Ἀκτὰν, οὔθ' ὑμεναίων
Ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινυμφίδιός
Πω μέ τις ὕμνος ὕμνησεν,
Ἀλλ' ἤ 'χέροντι νυμφεύσω.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκοῦν κλεινὴ, καὶ ἔπαινον ἔχου-
σ', ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων,
Οὔτε φθινάσι πληγεῖσα νόσοις,
Οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦ-
σ', ἀλλ', αὐτόνομος ζῶσα μόνη δὴ
Θνατῶν, Ἀΐδαν καταβήσει.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀντ. β'. Ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι
Τὰν Φρυγίαν ξέναν
Ταντάλου, Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ,
Τὰν, κισσὸς ὣς, ἀτενὴς πετραία
Βλάστα δάμασεν· καὶ νῦν
Ὄμβροι τακομέναν, ὡς φάτις ἀνδρῶν,
Χιών τ' οὐδαμὰ λείπει,

me Orcus vivam deducit ad Acheruntis oram, hymenaeorum expertem, nec me nuptialis hymnus celebravit umquam, sed Acherunti sane nubam.

Chorus. Atqui celebris et laudem nacta, in has abibis mortuorum latebras, nec tabidis concussa morbis, nec gladiorum mercedem nacta, sed, libera vivens sola utique mortalium, ad Orcum descendes.

Antigone. Sane audivi Phrygiam hospitam, Tantali filiam, miserri[illegible]iisse summo in Sipylo, quam, velut hedera, durum saxi perdomuit incrementum; neque nunc imbres tabefactam, ut fama vulgi est, neque nix umquam dese-

Τέγγει δ' ὑπ' ὀφρύσι παγκλαύστοις
Δειράδας· ᾇ με δαίμων
Ὁμοιοτάταν κατευνάζει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής,
Ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς·
Καί σοι φθιμένᾳ μέγ' ἀκοῦσαι,
Τοῖς ἰσοθέοις ἔγκληρα λαχεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ϛροφὴ γ'. Οἴ-μοι, γελῶμαι!
Τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων,
Οὐκ ὀλομέναν ὑβρίζεις,
Ἀλλ' ἐπίφαντον; Ὦ πόλις, ὦ πόλεως
Πολυκτήμονες ἄνδρες·
Ὦ Διρκαῖαι κρῆναι, Θήβας
Τ' εὐαρμάτου ἄλσος, ἔμπας
Ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπιβοῶμαι,
Οἵα φίλων ἄκλαυστος, οἵοις
Νόμοις πρὸς ἕργμα τυμβόχωστον

rit, sed irrigat cum manantibus oculis et cervices: cui me Fatum simillimam consopit.

Chorus. At illa dea erat et divino satu genita; nos vero homines et mortali sanguine creti; et tibi mortuae praeclarum erit, si dicaris aequalium diis sortem experta fuisse.

Antigone. Hei mihi, derideor! Quid me, per tutelares deos, non mortuam, sed luce fruentem adhuc, contumelia adficis? O urbs, o urbis opulenti cives! o Dircaei fontes, Thebaeque curruum agitatricis nemus, tamen vos simul testes habeo, quemadmodum ab amicis indefleta, quali lege ad carcerem defossum vado

Ἔρχομαι τάφου ποταινίου!
Ὦ δύςτανος,
Οὔτ' ἐν θνατοῖς οὔτ' ἐν νεκροῖσι
Μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσι.

ΧΟΡΟΣ.

Προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους,
Ὑψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον
Προςέπαισας, ὦ τέκνον, πολύ.
Πατρῷον ἐκτίνεις τιν' ἆθλον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀντ. γ'. Ἔψαυσας ἀλγει-
νοτάτας ἐμοὶ μερίμνας,
Πατρὸς τριπόλιστον οἶτον,
Τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου
Κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.
Ἰὼ ματρῷαι λέκτρων ἆται,
Κοιμήματά τ' αὐτογέννη-
θ' ἁμῷ πατρὶ δυςμόρου ματρὸς,
Οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων
Ἔφυν, πρὸς οὓς, ἀραῖος, ἄγαμος,

inauditi sepulcri. Heu miseram, cui nec cum hominibus, nec cum Manibus, consortio est, nec cum vivis, nec cum peremtis.

Chorus. Progressa ad extremum audaciae, in altum Iustitiae solium impegisti, o nata, graviter. Paternam noxam aliquam luis.

Antigone. Acerbissimum mihi dolorem refricas, nimis extentum luctum ob patris infortunia, universamque nostram decantatorum Labdacidarum cladem. O materna nuptiarum noxa, incestique concubitus patris mei cum calamitosa matre, quibus egoolim infelix edita fui; ad quos, diris devota, in-

Ἅδ' ἐγὼ μέτοικος ἔρχομαι!
Ὦ, δυςπότμων,
Κασίγνητε, γάμων κυρήσας,
Θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήναρές με!

ΧΟΡΟΣ.

Σέβειν νὶν, εὐσέβειά τις·
Κράτος δ', ὅτῳ κράτος μέλει,
Παραβατὸν οὐδαμῇ πέλει.
Σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἐπῳδός. Ἄκλαυστος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος,
Ταλαίφρων ἄγομαι τάν-
δ' ἑτοίμαν ὁδόν.
Οὐκ ἔτι μοι τόδε λαμπάδος ἱερὸν ὄμμα
Θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ·
Τὸν δὲ πότμον ἀδάκρυτον ἐμὸν
Οὐδεὶς φίλων στενάζει.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν,

nupta, sic ego commigro! O infausti, frater, potite coniugii, mortuus ipse vivam me adhuc occidisti!

Chorus. Illum colere, pium est; sed nequaquam iussa transgredi licet eorum, penes quos est imperium. Te vero, quod se ipso monitore utebatur, perdidit ingenium.

Antigone. Indefleta, amicis orba, innupta, expeditum hoc ingredior iter. Haud amplius mihi sacrum hoc lampadis iubar fas intueri miserae; neque amicorum quisquam est, qui meam adeo lacrimabilem vicem lugeat.

Creon. Scitisne, querelae et luctus si morituris

Ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν;
Οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα, καὶ κατηρεφεῖ
Τύμβῳ περιπτύξαντες, ὡς εἴρηκ' ἐγώ,
Ἄφετε, μόνην, ἔρημον, εἴτε χρὴ θανεῖν,
Εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύσει στέγῃ·
Ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην,
Μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς
Οἴκησις αἰείφρουρος, οἷ πορεύομαι
Πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς, ὧν ἀριθμὸν ἐν νεκροῖς
Πλεῖστον δέδεκται Περσέφασσ' ὀλωλότων·
Ὧν λοισθία 'γὼ, καὶ κάκιστα δὴ μακρῷ,
Κάτειμι, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου!
Ἐλθοῦσα μέν τοι, κάρτ' ἐν ἐλπίσι τρέφω,
Φίλη μὲν ἥξειν πατρὶ, προςφιλὴς δέ σοι,
Μῆτερ, φίλη δέ σοι, κασίγνητον κάρα·

prodessent, neminem fore, qui iis desinat? Quin abducitis hanc quam citissime, et postquam eam, ut iussi, incluseritis solam desertamque in obtecto sepulcro, abibitis: sive ibi moritura sit, sive sub hoc tecto sepulta aevum ducat. Nos enim immunes sumus piaculi, puellae huius caussa; sed nullum ei cum superis erit consortium.

Antigone. O sepulcrum, o genialis thalamus, o defossae domus aeterna custodia, quo tendo ad meos, quorum leto absumtorum maximum numerum inter mortuos cepit Proserpina; quorumque ego novissima, multoque sane pessimo exitio, intereo, ante fatalem diem. Illuc igitur profecta, hanc maxime spem foveo, gratam me venturam patri, gratamque tibi, mater, et tibi gratam, o germanum caput;

Ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ
Ἔλουσα, κἀκόσμησα, κἀπιτυμβίους
Χοὰς ἔδωκα· νῦν δὲ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
Δέμας περιστέλλουσα, τοιάδ᾽ ἄρνυμαι.
Καί τοι σ᾽ ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ·
Οὐ γάρ ποτ᾽ οὔτ᾽ ἂν, εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,
Οὔτ᾽ εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
Βίᾳ πολιτῶν τόνδ᾽ ἂν ᾐρόμην πόνον.
Τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
Πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
Καὶ παῖς ἀπ᾽ ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ᾽ ἤμπλακον·
Μητρὸς δ᾽ ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν,
Οὐκ ἔστ᾽ ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλαστοῖ ποτε.
Τοιῷδε μέν τοι σ᾽ ἐκπροτιμήσασ᾽ ἐγὼ
Νόμῳ, Κρέοντι ταῦτ᾽ ἔδοξ᾽ ἁμαρτάνειν,
Καὶ δεινὰ τολμᾷν, ὦ κασίγνητον κάρα!

quandoquidem mortuos vos ego manibus meis lavi et ornavi, inferiasque ad sepulcrum tuli: nunc autem, Polynices, quia cadaver tuum humo contexi, hanc fero mercedem. Atqui hunc honorem tibi recte a me tributum fuisse, sapiens quivis iudicet. Haud enim umquam, si peperissem liberos, nec, si mihi coniux mortuus iacuisset insepultus, contra civitatis legem hunc suscepissem laborem. Ac forte quaeras, quanam ratione inducta haec dicam. Nempe mortuo marito, alius esset cui nuberem; filiumque si amisissem, alium ex alio viro suscipere poteram; at, patre et matre in Orco conditis, non est ut mihi frater possit umquam exoriri. At tamen quum propter hanc opinionem, ceteris omnibus posthabitis, honore te adfecerim, o germanum caput, Creonti peccasse visa sum, facinusque atrox admisisse.

Καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὕτω λαβὼν,
Ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε του γάμου
Μέρος λαχοῦσαν, οὔτε παιδείου τροφῆς·
Ἀλλ' ὧδ' ἔρημος πρὸς φίλων, ἡ δύσμορος,
Ζῶσ' εἰς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφὰς,
Ποίαν παρεξελθοῦσα δαιμόνων δίκην;
Τί δὲ χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι
Βλέπειν; τίν' αὐδᾷν ξυμμάχων; ἐπεί γε δὴ
Τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.
Ἀλλ', εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλὰ,
Παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες·
Εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ
Πάθοιεν, ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ
Ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν.

ΚΡΕΩΝ.

Τοιγὰρ ταύτην τοῖσιν ἄγουσι

Et nunc vi correptam ita me abducit, tori iugalis, hymenaei festorum carminum expertem, nulla coniugii sortitam praemia, nec liberorum gavisam prole; sed ab amicis deserta, misera, sic viva deducor in mortuorum specum, at quaenam, obsecro, transgressa Deorum iura? Quid vero amplius mihi miserae prodest, deorum opem poscere? quem iuvabit auxilio vocasse? siquidem iam impietatis poenas pie agendo nacta sum. Verum si haec quidem diis probantur, aequo animo meritas luamus poenas, cum deliquerimus; sin hi commeruerunt culpam, ne plura mala patiantur precor, quam mihi iniuste inferunt.

Chorus. Puellae huius animus eorumdem adhuc ventorum ipsis flatibus agitatur.

Creon. Atqui plorabunt,

Βραδυτῆτος ὕπερ κλαύμαθ' ὑπάρξει.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴ μοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω
Τοὔπος ἀφῖκται!

ΚΡΕΩΝ.

Θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι
Μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον,
Καὶ θεοὶ προγενεῖς,
Ἄγομαι δὴ, κοὐκ ἔτι μέλλω.
Λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι,
Τὴν βασιλίδα τὴν μούνην λοιπὴν,
Οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω,
Τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα!

ΧΟΡΟΣ.

ςρ. ά. Ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς
Ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς·
Κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει
Θαλάμῳ κατεζεύχθη·

qui illam abducere cunctantur adeo.

ANTIGONE. Hei mihi! mortem proxime haec vox accedit.

CREON. Neutiquam te confidere iubeo fore, ut haec non ita decreta sint.

ANTIGONE. O terrae Thebanae urbs paterna, diique veteres, abducor ergo, nec moror amplius. Videte, Thebarum principes, regiam quae sola superest filiam, qualia qualibus a viris patior, pietatem quia colui.

CHORUS. Sustinuit etiam Danaë coelesti lumine privari in aereo conclavi, abditaque sepulcralis thalami iugum tulit; at-

Καί τοι γενεᾷ τίμιος, ὦ παῖ, παῖ,
Καὶ Ζηνὸς ταμιεύεσκε γονὰς χρυσορύτους.
Ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
Οὔτ' ἄν νιν ὄβριμος οὔτ' Ἄρης, οὐ πύργος, οὐχ ἁλίκτυποι
Κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.

ἀντ. α. Ζεύχθη δ' ὀξύχολος παῖς ὁ Δρύαντος,
Ἠδωνῶν βασιλεὺς, κηρεσίοις ὀργαῖς
Ἐκ Διονύσου πετρώδει
Κατάφρακτος ἐν δεσμῷ.
Οὕτω μανίας δεινὸν ἀποστάζειν
Ἀτηρόν τε μένος, κεῖνος ἐπέγνω, μανίαις
Ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίαις γλώσσας.
Παύεσκε μὲν γὰρ ἐνθέους γυναῖκας, Εὔϊόν τε πῦρ,
Φιλαύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας.

στροφὴ β'. Παρὰ δὲ Κυανέων
Πελαγέων διδύμας ἁλὸς
Ἀκταὶ Βοσπόριαι,
Ἰδ' ὁ Θρακῶν Σαλμυδησὸς,

qui o nata, nata, genere erat nobilis, gremioque recondita servabat auriflua Iovis semina. At ingens est fati vis; quam nec fortis vel Mars, vel turris, neque undisonae nigrae naves effugiant.

Iugum accepit etiam impotens irae filius Dryantis, rex Edonum, quem Bacchus, ob infestam indolem, saxoso conclusit in carcere. Adeo a furore destillare terribilem noxiamque poenam, adgnovit demum ille, qui rabiei petulantibus conviciis deum laesit. Enimvero entheas cohibuit feminas, sacrasque Bacchi exstinxit lampades, et tibiarum amantes irritavit Musas.

Iuxta Cyanea aequora gemini maris, litora sunt Bosporia et Thracius Salmyde-

Ἵν' ἀγχίπολις Ἄρης
Διϭσοῖσι Φινείδαις
Εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος
Τυφλωθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος,
Ἀλαὸν, ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις,
Ῥαγὲν δ' οὐκ ἐγχέων, αἱματηρᾶς
Χειρὸς δὲ καὶ κερκίδων, ἀκμαῖσι.

ἀντ. β'. Κατὰ δὲ τακόμενοι
Μέλεοι μελέαν πάθαν
Κλαῖον ματρὸς, ἔχον-
τες ἀνύμφευτον γονὰν, ἃ
Μὴν ἀρχαιογόνων
Ἄντασ' Ἐρεχθειδᾶν,
Τηλεπόροις δ' ἐν ἄντροις
Τράφη θυέλλῃσιν ἐν πατρῴαις,
Βορεὰς, ἅμιππος ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου,
Θεῶν παῖς, ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνᾳ
Μοῖραι μακραίωνες ἔσχον, ὦ παῖ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Θήβης ἄνακτες, ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν,

sus, ubi vicinas urbes colens Mars geminos Phinei filios a fera noverca vidit lumine orbatos execrabili vulnere, inflicto non lancearum, sed cruentae manus et pectinum cuspidibus.

At miseri dolore tabescentes miseram matris lugebant vicem, coniugii quippe experti vitae geniti; quae sane genus antiquis ab Erechthidis ducebat, remotisque in antris nutrita fuerat procellas inter paternas, Boreae filia, equos cursu praevertens celso super iugo, deorum progenies: haud tamen secius hanc quoque longaevae Parcae invaserunt, o nata.

Tiresias. Thebani populi proceres, venimus communi via duo, unius

Δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε· τοῖς τυφλοῖσι γὰρ
Αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιὲ Τειρεσία, νέον;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ἐγὼ διδάξω· καὶ σὺ τῷ μάντει πιθοῦ.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Τοιγὰρ δι' ὀρθῆς τήνδ' ἐναυκλήρεις πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἔχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἔστιν; ὡς ἐγὼ τὸ σὸν φρίσσω στόμα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Γνώσει, τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων.

oculis videntes: caeci enim sic a quopiam ducti viam inveniunt.

Creon. Quidnam est, o senex Tiresia, novi?

Tiresias. Equidem docebo; tu vero vati obsequere.

Creon. Haud quidem antea a monitis tuis discessi.

Tiresias. Idcirco feliciter hanc urbem rexisti.

Creon. Testari possum me a te iuvatum fuisse.

Tiresias. Cogita, te nunc rursus in ancipiti periculo versari.

Creon. Quidnam est? nam tua me conturbant dicta.

Tiresias. Scies, ubi artis meae audieris indicia.

Εἰς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον
Ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμὴν,
Ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ
Κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ,
Καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φονὰς
Ἔγνων· πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν.
Εὐθὺς δὲ, δείσας, ἐμπύρων ἐγευόμην
Βωμοῖσι παμφλέκτοισιν· ἐκ δὲ θυμάτων
Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ
Μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο,
Κἄτυφε, κἀνέπτυε, καὶ μετάρσιοι
Χολαὶ διεσπείροντο, καὶ καταῤῥυεῖς
Μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.
Τοιαῦτα παιδὸς τοῦδ' ἐμάνθανον πάρα,
Φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα·
Ἐμοὶ γὰρ οὗτος ἡγεμὼν, ἄλλοις δ' ἐγώ.
Καὶ ταῦτα τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις·

Nam quum sederem veteri in auguraculo, ubi erat mihi omnigenorum alitum statio, ignotum audii sonum clangentium avium insano barbaroque percitarum impetu; easque comperi unguibus invicem se lacerare; quod quidem haud obscure significabat alarum strepitus. Quare perterritus, statim periculum feci victimarum aris in ardentibus. At ex victimis flamma non promicuit; sed rorans humor e femoribus exsudans in cinere absumebatur, et fumabat et exspuebat, fellaque sublata dissipabantur, revolutaque femorum ossa extra adipem iacebant circumdatam. Haec a puero isto comperi, obscurorum sacrorum evanidam divinationem; mihi enim dux ille est, aliisque ego. Et hisce malis propter susceptum tibi consilium laborat urbs.

Βωμοὶ γὰρ ἡμῖν, ἐσχάραι τε παντελεῖς,
Πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς
Τοῦ δυσμόρου πεπτῶτος Οἰδίπου γόνου·
Κᾆτ' οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι
Θεοὶ παρ' ἡμῶν, οὐδὲ μηρίων φλόγα,
Οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀποῤῥοιβδεῖ βοὰς,
Ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.
Ταῦτ' οὖν, τέκνον, φρόνησον! ἀνθρώποισι γὰρ
Τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
Ἐπὴν δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἀνὴρ
Ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις, ἐς κακὸν
Πεσὼν, ἀκεῖται, μηδ' ἀκίνητος πέλει.
Αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.
Ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα
Κέντει· τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;
Εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω· τὸ μανθάνειν
Ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος φέρει.

Arae enim et foci omnes pleni sunt nobis alitum canumque praeda ex infausto, qui cecidit, Oedipi filio. Proinde sacra precesque nostras adhuc aversantur Dii, nec femorum accipiunt flammam: nec ulla ales auspicatos gutture edit sonos, postquam hominis occisi pinguem depastae sunt sanguinem. Haec igitur, fili, expende: etenim omnibus hominibus commune est peccare: quum vero quis peccaverit, ille non amplius consilii mentisque inops et infelix dici dignus est, qui, ubi in malum incidit, medelam adhibet, neque immobilis perstat. Nam pervicacia inscitiae arguitur. Quin cede mortuo, neque peremtum punge. Quae fortitudo est denuo enecare mortuum? Haec tibi benevolus bene consulo: a bene monente discere suavissimum est, si monita utilitatem ferant.

ΚΡΕΩΝ.

Ὦ πρέσβυ, πάντες, ὥςτε τοξόται σκοποῦ,
Τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε, κοὐδὲ μαντικῆς
Ἄπρακτος ὑμῖν εἰμὶ, τῶν γένους ὕπο
Ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι πάλαι.
Κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν πρὸς Σάρδεων
Ἤλεκτρον, εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν Ἰνδικὸν
Χρυσόν· τάφῳ δ' ἐκεῖνον οὐχὶ κρύψετε,
Οὐδ', εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν
Φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους·
Οὐδ' ὧς, μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας, ἐγὼ
Θάπτειν παρήσω κεῖνον· εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
Θεοὺς μιαίνειν οὔ τις ἀνθρώπων σθένει.
Πίπτουσι δ', ὦ γεραιὲ Τειρεσία, βροτῶν
Χ' οἱ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἴσχρ', ὅταν λόγους
Αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Φεῦ!

Creon. O senex, omnes, tanquam sagittarii in scopum, tela in me mittitis; nec vestris quidem vatum artibus intentatus sum, cuius generis ab hominibus venditus sum et traditus iampridem. Lucramini, comparate vobis Sardicum electrum, si vultis, et aurum Indicum: at illum sepulcro non condetis, nec si Iovis aquilae eum pro esca auferre velint sub Saturnii thronum: ne sic quidem, haud ullo huius piaculi terrore motus, sepeliri eum permisero: probe enim novi, mortalem neminem deos posse polluere. Cadunt autem, o senex Tiresia, homines vel maxime industrii foedo lapsu, quum res turpes pulcre loquuntur lucri gratia.

Tiresias. Hem! Ecquis

Ἀρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις, ἆρα φράζεται, ...

ΚΡΕΩΝ.

Τί χρῆμα; ποῖον τοῦτο πάγκοινον λέγεις;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ὅσῳ κράτιστον κτημάτων ἡ 'υβουλία;

ΚΡΕΩΝ.

Ὅσῳπερ, οἶμαι, μὴ φρονεῖν, πλείστη βλάβη.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ταύτης σὺ μέν τοι τῆς νόσου πλήρης ἔφυς.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Καὶ μὴν λέγεις, ψευδῆ με θεσπίζειν λέγων.

ΚΡΕΩΝ.

Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Τὸ δ' ἐκ τυράννων αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ.

novit, ecquis cogitat homo —

Creon. Quidnam? qualem hanc communem sententiam crepas?

Tiresias. Quam opum praestantissimum sit prudentia?

Creon. Quomodo, ut opinor, desipere maxima noxa est.

Tiresias. Huius tu quidem plenus es morbi.

Creon. Vati maledicta regerere nolo.

Tiresias. Atqui id ipsum facis, falsa me vaticinari dicens.

Creon. Vatum enim omne genus est pecuniae avidum.

Tiresias. Tyrannorum vero natio turpia lucra amat.

ΚΡΕΩΝ.

Ἆρ' οἶσθα ταγοὺς ὄντας, ἃ 'ν λέγῃς, λέγων;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Οἶδ'· ἐξ ἐμοῦ γὰρ τήνδ' ἔχεις σώσας πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

Σοφὸς σὺ μάντις, ἀλλὰ τἀδικεῖν φιλῶν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι.

ΚΡΕΩΝ.

Κίνει, μόνον δὲ μὴ 'πὶ κέρδεσιν λέγων. . . .

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Οὕτω γὰρ ἤδη καὶ δοκῶ, τὸ σὸν μέρος;

ΚΡΕΩΝ.

Ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι

Creon. Scin' vero, quidquid dicas, te imperanti mihi dicere?

Tiresias. Scio equidem: mea enim opera hanc servasti urbem.

Creon. Peritus es vates, sed amans iniustitiae.

Tiresias. Adiges me, ut immota pectore arcana eloquar.

Creon. Move, modo ne lucri gratia dicas. . . .

Tiresias. Num ergo hucusque lucri gratia dixisse videor, te iudice?

Creon. Nam scito, prudentiam tibi meam quaestui non fore.

Tiresias. At tu vicissim probe hoc scito, tibi non

Τροχοὺς ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελῶν,
Ἐν οἶσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα
Νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει,
Ἀνθ᾽ ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω
Ψυχήν γ᾽ ἀτίμως ἐν τάφῳ κατοικίσας,
Ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ᾽ αὖ θεῶν
Ἄμοιρον, ἀκτέριστον, ἀνόσιον, νέκυν·
Ὧν οὔτε σοι μέτεστιν, οὔτε τοῖς ἄνω
Θεοῖσιν, ἀλλ᾽ ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε.
Τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι
Λοχῶσιν Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες,
Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖςδε ληφθῆναι κακοῖς.
Καὶ ταῦτ᾽ ἄθρησον εἰ κατηργυρωμένος
Λέγω· φανεῖ γὰρ οὐ μακροῦ χρόνου τριβὴ
Ἀνδρῶν, γυναικῶν, σοῖς δόμοις κωκύματα,
Ἔχθρα δὲ πᾶσαι ξυνταράσσονται πόλεις,
Ὅσω σπαράγματ᾽ ἢ κύνες καθήγισαν,

multas circumvolutum iri solis rotas concertantes, quin tuis ipse ex visceribus quempiam mortuum pro mortuis vicissim daturus sis; quia superorum ad inferos demisisti viventem animam, atque ignominiose sepulcro condidisti, detinesque hîc, inferorum expers deorum, insepultum, iustisque privatum, cadaver: quorum nec tibi est potestas, neque ad superorum deorum iura id pertinet, sed iniuriam sic illis facis. Quapropter ultrices, postmodo perdentes, insidiantur tibi Orci et deorum ceterorum Erinnyes, ut iisdem in his comprehendaris malis. Et haec vide an corruptus pecunia dicam: monstrabit enim non longi temporis mora virorum, mulierum, tuis in aedibus lamenta: odioque urbes omnes conturbantur, querentes, vel canes cada-

Ἢ θῆρες, ἤ τις πτηνὸς οἰωνὸς, φέρων
Ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον ἐς πόλιν.
Τοιαῦτά σου (λυπεῖς γάρ), ὥςτε τοξότης,
Ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
Βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμεῖ.
Ὦ παῖ, σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους, ἵνα
Τὸν θυμὸν οὗτος ἐς νεωτέρους ἀφῇ,
Καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν,
Τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν, ὧν νῦν φέρει.

ΧΟΡΟΣ.

Ὡνὴρ, ἄναξ, βέβηκε, δεινὰ θεσπίσας·
Ἐπιστάμεσθα δ', ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ
Τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα,
Μή πω ποτ' αὐτὸν ψεῦδος ἐς πόλιν λακεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἔγνωκα καὐτὸς, καὶ ταράσσομαι φρένας·
Τό τ' εἰκάθειν γὰρ δεινὸν, ἀντιστάντα δὲ

vera contaminasse, vel feras, aut praepetes aves, sceleratum ferentes odorem in publicum civitatis focum. Ista, molestus es enim, tamquam iaculator, in iras tuas emisi e corde tela haud irrita, quorum tu calidum vulnus haud effugies. Tu vero, puer, nos abduc domum, ut hic animi impetum in iuniores emittat, et discat habere linguam quietiorem, mentemque meliorem animo, quem nunc fovet.

Chorus. Hic vir, o rex, abiit, dira vaticinatus; scimusque, ex quo mihi nigris capillis canities obducta est, numquam illum huic urbi falsi quid cecinisse.

Creon. Novi et ipse, ideoque perturbor animum: cedere enim, ignavi et timidi est; reluctato vero

Ἄτῃ πατάξαι θυμὸν, ἐν δεινῷ πάρα.

ΧΟΡΟΣ.

Εὐβουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως, Κρέον.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δῆτα χρὴ δρᾷν; φράζε· πείσομαι δ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐλθὼν, κόρην μὲν ἐκ κατώρυχος στέγης
Ἄνες, κτίσον δὲ τῷ προκειμένῳ τάφον.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ ταῦτ' ἐπαινεῖς, καὶ δοκεῖς παρεικάθειν;

ΧΟΡΟΣ.

Ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα· συντέμνουσι γὰρ
Θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.

ΚΡΕΩΝ.

Οἴ μοι! μόλις μὲν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι,
Τὸ δρᾷν· ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυςμαχητέον.

animus ne calamitate feriatur, timendum est.

Chorus. Bono consilio opus est, fili Menoecei Creon.

Creon. Quid igitur facere oportet? fare; ego autem parebo.

Chorus. Abi, ac puellam quidem defosso e specu dimitte, insepultum autem cadaver tumulo conde.

Creon. Et ista probas, hisque obsequi me debere censes?

Chorus. Immo, rex, quam citissime: celeri enim pede malesanos adsequitur deorum vindicta.

Creon. Hei mihi? Vix quidem muto, muto tamen sententiam, hoc ut faciam. Necessitati frustra obluctandum non est.

ΧΟΡΟΣ.

Δρᾶ νῦν τάδ' ἐλθὼν, μηδ' ἐπ' ἄλλοισι τρέπε.

ΚΡΕΩΝ.

Ὧδ', ὡς ἔχω, στείχοιμ' ἄν· οἱ δ' ὀπάονες,
Οἵ τ' ὄντες, οἵ τ' ἀπόντες, ἀξίνας χεροῖν
Ὁρμᾶσθ' ἑλόντες εἰς ἐπόψιον τόπον·
Ἐγὼ δ', ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη,
Αὐτός τ' ἔδησα, καὶ παρὼν ἐκλύσομαι·
Δέδοικα γὰρ, μὴ τοὺς καθεστῶτας νόμους
Ἄριστον ᾖ σώζοντα τὸν βίον τελεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Πολυώνυμε, Καδμείας
Νύμφας ἄγαλμα, καὶ Διὸς βα-
ρυβρεμέτα γέννα,
Κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις
Ἰταλίαν, μετεῖς δὲ
Παγκοίνοις Ἐλευσινίας
Δηοῦς ἐν κόλποις, ὦ Βακχεῦ,
Βακχᾶν ματρόπολιν ναίων,

Chorus. Abi ergo, ut haec facias, neque aliis committe.

Creon. Protinus ibo. Vos vero ministri, quique adestis, quique abestis, secures manibus capientes properate celsum ad locum: ego autem, quandoquidem sententiam eo converti, ut ipse ligavi, ita et ipse praesens exsolvam; metuo enim, ut statas leges optimum sit servantem vivere.

Chorus. Multis inclyte nominibus, Cadmeae decus puellae, et Iovis altitonantis proles, celebrem qui colis Italiam, versarisque una Cereris in sinu omnibus communi Eleusiniae, o Bacche, Baccharum metropolin habitans, ad Is-

Παρ' ὑδρηλῶν Ἰσμηνοῦ ῥεέθρων,
Ἀρχαίου τ' ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος·

ἀντιστρ. ά. Σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας
Στέροψ ὄπωπε λιγνὺς, ἔνθα
Κωρυκίαις Νύμφαις
Στείχουσι Βακχίδες,
Κασταλίας τε νᾶμα,
Καί σε Νυσαίων ὀρέων
Κισσήρεις ὄχθαι, χλωρά τ' ἀ-
κτὰ πουλυστάφυλος πέμπει,
Ἀβρότων ἐπέων εὐαζόντων,
Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς·

στροφὴ β'. Τὰν ἔμπας σὺ τιμᾷς
Ὑπερτάταν πόλεων,
Ματρὶ σὺν κεραυνίᾳ·
Καὶ νῦν, ὡς βιαίας ἔχεται πόλις
Πάνδημος νόσου, ποδὶ καθαρσίῳ
Μολεῖν κλιτὺν ὑπὲρ Παρνασίαν,
Ἢ στονόεντα πορθμόν!

meni liquida fluenta, inter antiqui segetem draconis:

Te super bicipitem collem coruscans conspicit flamma, ubi Coryciis una cum Nymphis ambulant Bacchides, Castaliaeque fons, te et Nysaeorum montium hedera densa iuga, viridisque ora vitibus consita te mittit, immortali bacchante cantu, Thebana invisere compita:

Quam tu tantopere colis, maximam urbium, una cum matre, fulminis ventis adflata. Quin et nunc, quando universa civitas fero colluctatur morbo, adveni salutifero pede, Parnasium superans iugum, aut resonans maris fretum.

ἀντιστρ. β'.

Ἰὼ πῦρ πνεόντων
Οἴστρων τε καὶ νυχίων
Φθεγμάτων ἐπίσκοπε
Παῖ, Ζηνὸς γένεθλον, προφάνηθι Να-
ξίαις Θυιάσι σαῖς ἅμα περιπόλοις,
Μαινόμεναι χορεύουσ' αἳ πάννυχοι
Τὸν ταμίαν Ἴακχον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος,
Οὐκ ἔσθ' ὁποῖον στάντ' ἂν ἀνθρώπου βίον
Οὔτ' αἰνέσαιμ' ἄν, οὔτε μεμψαίμην ποτέ·
Τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ Τύχη καταῤῥέπει
Τὸν εὐτυχοῦντα, τόν τε δυστυχοῦντ', ἀεί·
Καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς.
Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτὸς, ὡς ἐμοὶ, ποτὲ,
Σώσας μὲν ἐχθρῶν τήνδε Καδμείαν χθόνα,
Λαβὼν δὲ χώρας παντελῆ μοναρχίαν
Εὔθυνε, θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ·

O ignem spirantium furorum nocturnarumque vociferationum magister puer, Iovis proles, adpareas cum Naxiis Thyiadibus, tuis comitibus, quae furentes pernoctibus lustrant choris praesidem Iacchum.

Nuntius. Cadmi Amphionisque aedium incolae, nulla est hominis vita superstes, quam vel laudare vel culpare velim: Fortuna enim erigit, et Fortuna deprimit felicem et infelicem semper: neque de vita, quae agitur, mortalium licet augurari. Quippe Creon, si quisquam alius, me iudice, beatus erat, qui terram hanc quidem Cadmeam ab hostibus liberaverat, imperioque totius terrae potitus eam regebat, florens generosa liberorum prole:

Καὶ νῦν ἀφεῖται πάντα. Τὰς γὰρ ἡδονὰς
Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ
Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν·
Πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα,
Καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ' ἔχων, ἐὰν δ' ἀπῇ
Τούτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς
Οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὴν ἡδονήν.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τεθνᾶσιν· οἱ δὲ ζῶντες αἴτιοι θανεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ τίς φονεύει; τίς δ' ὁ κείμενος; λέγε.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αἵμων ὄλωλεν, αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται.

ΧΟΡΟΣ.

Πότερα πατρῴας, ἢ πρὸς οἰκείας χερός;

at nunc dilapsa sunt omnia. Voluptates autem siquis vir amiserit, haud equidem puto illum vivere, sed animatum esse mortuum. Opibus enim polleas quantumvis domi, et vivas regio splendore; tamen si absit his gaudium, cetera ego fumi umbra haud emerim viro prae voluptate.

Chorus. At quid novum hoc malum est, quod de regibus nuntiaturus venis?

Nuntius. Mortui sunt; viventes autem fuere caussa mortis.

Chorus. Et quis peremit? quis vero peremtus est? ede.

Nuntius. Haemon interiit: violentae enim illatae illi manus fuere.

Chorus. Patrisne, an ipsius?

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, πατρὶ μηνίσας φόνου.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ᾽ ὀρθὸν ἤνυσας!

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὡς ὧδ᾽ ἐχόντων, τἄλλα βουλεύειν πάρα.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ,
Δάμαρτα τὴν Κρέοντος· ἐκ δὲ δωμάτων,
Ἤτοι κλύουσα παιδὸς, ἢ τύχῃ, περᾷ.

ΕΥΡΥΔΙΚΗ.

Ὦ πάντες ἀστοὶ (τοῦ λόγου γ᾽ ἐπῃσθόμην
Πρὸς ἔξοδον στείχουσα, Παλλάδος θεᾶς
Ὅπως ἱκοίμην εὐγμάτων προσήγορος·
Καὶ τυγχάνω γε κλεῖθρ᾽ ἀνασπαστοῦ πύλης
Χαλῶσα, κἀμὲ φθόγγος οἰκείου κακοῦ
Βάλλει δι᾽ ὤτων, ὑπτία δὲ κλίνομαι

Nuntius. Ipse se peremit, patri iratus ob necem.

Chorus. O vates, quam vera ergo praedixti nimis!

Nuntius. Nempe cum sic se res habeant, de ceteris consulere expedit.

Chorus. Atqui video miseram Eurydicen prope, uxorem Creontis: huc autem domo egressa se confert, vel audito filii casu, vel temere adest.

Eurydice. O vos omnes, quicumque adestis, cives (sermonem enim vestrum audivi, quum ostio propinquarem, egressura, ut Palladis delubrum adirem, deaeque adhiberem preces; et claustra quidem occlusae portae laxabam, quum aures mihi ferit rumor domestici mali, metuque perculsa revolvor supina inter

Δείσασα πρὸς δμώαισι, κἀποπλήσσομαι),
Ἀλλ', ὅςτις ἦν ὁ μῦθος, αὖθις εἴπατε!
Κακῶν γὰρ οὐκ ἄπειρος οὖσ' ἀκούσομαι.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐγὼ, φίλη δέσποινα, καίπερ ὤμ', ἐρῶ,
Κοὐδὲν παρήσω τῆς ἀληθείας ἔπος·
Τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν, ὧν ἐς ὕστερον
Ψεῦσται φανούμεθ'; ὀρθὸν ἡ 'λήθει' ἀεί.
Ἔγωγε σῷ ποδαγὸς ἑσπόμην πόσει
Πεδίον ἐπ' ἄκρον, ἔνθ' ἔκειτο νηλεὲς
Κυνοσπάρακτον σῶμα Πολυνείκους ἔτι.
Καὶ τὸν μὲν, αἰτήσαντες ἐνοδίαν θεὸν,
Πλούτωνά τ', ὀργὰς εὐμενεῖς κατασχέθειν,
Λούσαντες ἁγνὸν λουτρὸν, ἐν νεοσπάσι
Θαλλοῖς ὃ δὴ λέλειπτο συγκατήθομεν,
Καὶ, τύμβον ὀρθόκρανον οἰκείας χθονὸς
Χώσαντες, αὖθις πρὸς λιθόστρωτον κόρης

famularum manus, et linquor animo), age quis fuit iste sermo, rursum dicite! malorum enim nequaquam inexperta audiam.

Nuntius. Equidem tibi, cara domina, dicam, quamvis acerba, nec quidquam praetermittam veri. Quid enim te deleniam verbis, quae postea falso dixisse deprehendar? recta semper res est veritas. Tuum quidem ego coniugem sectatus sum, viam ei praemonstrans extremum in campum, ubi nefando modo iacebat adhuc, canibus laceratum, Polynicis cadaver. Et illud quidem, precati Triviam deam, Plutonaque, ut propitium haberent animum, lavimus piis lavacris, congestisque ramis recens decerptis superstites reliquias combussimus: aggestoque excelso busto patriae terrae, de-

Λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος.
Κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ, τὰ νυμφικὰ
Τέλη λαχὼν δείλαιος εἰς Ἅιδου δόμους,
Δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν,
Ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόςκειται κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

Τί τοῦτ᾽ ἂν εἰκάσειας; ἡ γυνὴ πάλιν
Φρούδη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν λόγον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Καὐτὸς τεθάμβηκ᾽· ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι,
Ἄχη τέκνου κλύουσαν, ἐς πόλιν γόους
Οὐκ ἀξιώσειν, ἀλλ᾽ ὑπὸ στέγης ἔσω
Δμωαῖς προθήσειν πένθος οἰκεῖον στένειν·
Γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος, ὥςθ᾽ ἁμαρτάνειν.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ οἶδ᾽· ἔμοιγ᾽ οὖν ἥ τ᾽ ἄγαν σιγὴ βαρὺ
Δοκεῖ προςεῖναι, χ᾽ ἡ μάτην πολλὴ βοή.

in pallidas puellae genas vehementem emittit halitum purpureo mixtum sanguine. Iacet sic mortuus iuxta sponsae cadaver, connubialia sacra adeptus miser in Proserpinae domo, exemplo suo docens homines, maximum cuique malum esse temeritatem.

Chorus. Quidnam hoc esse coniicias? Mulier rursus e conspectu evasit, priusquam locuta est boni vel mali quidquam.

Nuntius. Et ipse stupeo; attamen spe mulceor, illam, audita filii nece, urbem non incensuram questibus, sed interiorem domo famulis edicturam, ut privatim lessum lamentando faciant: consilii enim non ita expers est, ut quidquam hac in re peccet.

Chorus. Nescio: quanquam mihi et silens stupor grave quid portendere videtur, et temeraria eiulatio.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἀλλ' εἰσόμεσθα, μή τι καὶ κατάσχετον
Κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένῃ,
Δόμους παραστείχοντες· εὖ γὰρ οὖν λέγεις·
Καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ αὐτὸς ἐφήκει,
Μνῆμ' ἐπίσημον διὰ χειρὸς ἔχων,
Εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν
Ἄτην, ἀλλ' αὐτὸς ἁμαρτών.

ΚΡΕΩΝ.

στροφὴ α'. Ἰὼ δυςφρενῶν ἁμαρτήματα
Στερεὰ, θανατόεν-
τ'! Ὦ κτανόντας τε καὶ
Θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους.
Ὤι μοι ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων!
Ὦ παῖ, παῖ, νέος νέῳ ξὺν μόρῳ,
Αἶ, αἶ, αἶ, ἔθανες, ἀπελύθης,
Ἐμαῖς, οὐδὲ σαῖσι, δυςβουλίαις.

Nuntius. At mox domum ingressus comperiam, num quid etiam cohibendum clam tegat animo irato: quippe bene dicis; etenim haud sine periculo est nimium silentium.

Chorus. Atqui eccum advenit rex ipse, monumentum insigne manibus gestans, haud alienae, si fas est dicere, crimen, sed suae ipsius noxae.

Creon. O dementiae peccata dura, mortifera! O qui cognatos cernitis occisores et occisos! Heu infelicem consiliorum meorum exitum! Heu, nate, nate, iuvenis, immaturo fato vae! extinctus, mihi ereptus, es, mea, non tua, perditus vecordia.

ΧΟΡΟΣ.

Ὅμως ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

ϛροφὴ β'. Οἴ μοι!
Ἔχω μαθὼν δείλαιος· ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ
Θεὸς τότ' ἄρα, τότε, μέγα βάρος ἔχων
Ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς,
Οἴ μοι, λαξπάτητον ἀντρέπων χαράν.
Φεῦ, φεῦ! ὦ πόνοι βροτῶν δύϛπονοι!

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Ὦ δέσποθ', ὅσσ' ἔχων τε καὶ κεκτημένος
Ἔοικας ἥκων κ' ἐνθάδ' ὄψεσθαι κακά!

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἐκ κακῶν ἔτι;

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Γυνὴ τέθνηκε, τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ
Δύϛηνος, ἄρτι νεοτόμοισι πλήγμασιν.

ΚΡΕΩΝ.

ἀντιϛρ. α'. Ἰὼ δυϛκάθαρτος ᾅδου λιμὴν,

Chorus. Quanquam sero, videris tamen deûm iustitiam agnovisse!

Creon. Hei mihi! agnosco miser. Tunc scilicet, tunc, inquam, deus gravi calamitate caput meum percussit, instigavitque ad saeva consilia, hei mihi, impresso pede subvertens gaudia. Heu! heu! o labores hominum infelices!

Verna. O here, qualibus mactatum afflictumque malis, qualia etiam advenientem hic videre te oportet!

Creon. Quaenam alia calamitas hac maior denuo accedit?

Verna. Occidit uxor tua, vera mater huius mortui infelix, inflicto recens vulnere.

Creon. O inexpiabilis caedium thesaure, cur, ob-

Τί μ' ἄρα, τί μ' ὀλέκεις;
Ὦ κακάγγελτά μοι
Προπέμψας ἄχη, τίνα θροεῖς λόγον;
Αἶ, αἶ, 'λωλότ' ἄνδρ' ἐπεξειργάσω!
Τί φῂς, παῖ, νέον; τίν' αὐδᾷς λόγον;
Αἶ, αἶ, αἶ, σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ
Γυναικεῖον ἀμφικεῖσθαι μόρον;

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Ὁρᾷν πάρεστιν· οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι.

ΚΡΕΩΝ.

ἀντιστρ. β'. Οἴ μοι!
Κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω τάλας.
Τίς ἆρα, τίς, με πότμος ἔτι περιμένει;
Ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον,
Τάλας, τὸν δ' ἔναντα προςβλέπω νεκρόν.
Φεῦ, φεῦ, μᾶτερ ἀθλία! φεῦ, τέκνον!

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Ἡ δ' ὀξύθηκτος ἥδε, βωμία πέριξ,
Λύει κελαινὰ βλέφαρα, κωκύσασα μὲν

secro, cur me perdis? O luctuosae calamitatis nuntie, quemnam edis sermonem? Hei, hei! perditum virum iterum confecisti. Quid, puer, inquis? quid mihi narras novi? hei, hei, num exitiali isti calamitati accedere etiam uxoris cruentam necem?

Verna. Intueri licet: non enim in penetrali amplius retinetur.

Creon. Hei mihi! alterum hoc iam cerno malum miser. Quis tandem, quis me manet etiam casus? habeo quidem in manibus iam natum miser, et illud ex adverso adspicio cadaver. Heu, heu, misera mater! heu, nate!

Verna. Haec furore percita, arae circumvoluta, solvit tenebris offusos ocu-

Τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως κλεινὸν λάχος,
Αὖθις δὲ τοῦδε, λοίσθιον δέ σοι κακὰς
Πράξεις ἐφυμνήσασα, τῷ παιδοκτόνῳ.

ΚΡΕΩΝ.

στροφὴ γ'. Αἶ, αἶ,
Ἀνέπταν φόβῳ! Τί μ' οὐκ ἀνταίαν
Ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;
Δείλαιος δ' ἐγὼ, φεῦ, φεῦ, δειλαίᾳ
Συγκέκραμαι δύᾳ!

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Ὡς αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων
Πρὸς τῆς θανούσης τῆσδ' ἐπεσκήπτου μόρων.

ΚΡΕΩΝ.

Ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐμφανῶς τρόπῳ;

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτὴν, ὅπως
Παιδὸς τόδ' ᾔσθετ' ὀξυκώκυτον πάθος.

ΚΡΕΩΝ.

στρ. δ'. Ὤι μοι μοι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν

los; postquam deflevit Megarei quidem prius defuncti inclytam sortem, deinde et huius, postremo autem tibi dira imprecata est, natorum homicidae.

Creon. Heu, heu! metu refugit animus. Cur non mihi adversum aliquis infligit vulnus ancipiti gladio? At miser ego, heu, heu! miseris sum immersus casibus!

Verna. Nempe tamquam caussa utriusque exitii ab hac defuncta obiurgabare.

Creon. Quomodo autem, ut clarius mihi dicas, vita soluta est?

Verna. Adacto sub iecur sua ipsius manu ense, simulatque illud audiit nati lacrimabile fatum.

Creon. Hei mihi! haud umquam in quemvis alium

Ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας·
Ἐγὼ γάρ σ' ἔγωγ' ἔκανον, ὁ μέλεος,
Ἐγώ! φάμ' ἔτυμον. Ἰὼ πρόσπολοι,
Ἄγετέ μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδὼν,
Τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα!

ΧΟΡΟΣ.

Κέρδη παραινεῖς, εἴ τι κέρδος ἐν κακοῖς.

ΚΡΕΩΝ.

ἀντιστρ. γ'. Ἴτω,
Φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν
Ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἁμέραν
Ὕπατος! ἴτω, ἴτω, ὅπως μηκέτ' ἆ-
μαρ ἄλλ' εἰσίδω!

ΧΟΡΟΣ.

Μέλλοντα ταῦτα· τῶν προκειμένων τι χρὴ
Πράσσειν· μέλει γὰρ τῶνδ', ὅτοισι χρὴ μέλειν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ', ὧν ἐρῶμεν, ταῦτα συγκαθέξομεν.

hominum horum a me transferetur culpa: ipse enim te occidi miser, ipse ego, verum dico. Io famuli, abducite me quam celerrime, abducite me procul, qui plane non sum magis quam nullus!

Chorus. Bene mones, si quid in malis est boni.

Creon. Age, adpareat fatorum feliciter meorum ultimum, mihi supremum adferens diem! age veniat, ut saltem diem haud amplius adspiciam!

Chorus. Futura haec sunt: quae praesens res postulat, procurare decet: illorum enim curam gerent ii, quibus convenit ea esse curae.

Creon. At una cum illis, quos amo, ista fuero consecutus.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ νῦν προςεύχου μηδέν· ὡς πεπρωμένης
Οὐκ ἔστι θνητοῖς ξυμφορᾶς ἀπαλλαγή.

ΚΡΕΩΝ.

ἀντ. δ'. Ἄγοιτ' ἂν μάταιον ἄνδρ' ἐκποδὼν,
Ὅς, ὦ παῖ, σέ τ' οὐχ ἑκὼν ἔκτανον,
Σέ τ' αὐτὰν (ἰὼ μέλεος!), οὐδ' ἔχω,
Ὅποι πρὸς πότερον ἴδω! Πᾶν κάτω·
Πάντα γε λέχρια, τὰν χεροῖν, τά τ' ἐπίκαρ,
Πότμος δυςκόμιστος εἰςήλατο.

ΧΟΡΟΣ.


Βράχιστα γὰρ κράτιστα τὰν ποσὶν κακά. —
Πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
Πρῶτον ὑπάρχει· χρὴ δὲ τά γ' ἐς θεοὺς
Μηδὲν ἀσεπτεῖν· μεγάλοι δὲ λόγοι
Μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
Ἀποτίσαντες,
Γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

Chorus. At nunc parce quidquam optare: nam fati nullum est mortalibus effugium.

Creon. Abducite procul hominem miserum, qui te, o fili, imprudens occidi, quique te etiam, uxor (heu me miserum!), neque scio, quo ad quem respiciam. Omne sub terra; omnia enim perversa, quae manibus teneo, quaeque capiti meo impendent, intolerabile fatum invexit.

Chorus. At sane quidem, si quae urgent mala, quo breviora, eo sunt leviora. — Sapere longe prima felicitatis pars est, omnibusque pietatis erga deos officiis fungi decet; at superbi, quum magnis plagis adflicti, magnorum dictorum poenas luerunt, sapere tandem docentur.

Τ Ρ Α Χ Ι Ν Ι Α Ι



ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΡΑΧΙΝΙΩΝ,
ΕΚ ΤΗΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ.

Ἡρακλῆς παραγενόμενος εἰς Καλυδῶνα, τὴν Οἰνέως θυγατέρα Δηϊάνειραν ἐμνηστεύσατο, καὶ διαπαλαίσας ὑπὲρ τῶν γάμων αὐτῆς πρὸς τὸν Ἀχελῶον ἀπεικασθέντα ταύρῳ, περιέκλασε τὸ ἕτερον τῶν κεράτων· καὶ τὴν μὲν Δηϊάνειραν γαμεῖ. τὸ δὲ κέρας Ἀχελῶος λαμβάνει, δοὺς ἀντὶ τούτου τὸ τῆς Ἀμαλθείας. Ἀμάλθεια δὲ ἦν Αἱμονίου θυγάτηρ, ἣ κέρας εἶχε ταύρου. τοῦτο δὲ, ὡς Φερεκύδης φησὶ, δύναμιν εἶχε τοιαύτην, ὥςτε ποτὸν ἢ βρωτὸν, ὅπερ ἂν εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονον. Στρατεύει δὲ Ἡρακλῆς μετὰ Καλυδωνίων ἐπὶ Θεσπρωτοὺς, καὶ πόλιν ἑλὼν Ἔφυραν, ἧς ἐβασίλευε

ARGUMENTUM TRACHINIARUM,
EX APOLLODORI BIBLIOTHECA.

Hercules, Calydonem profectus, Oenei filiae Deianirae nuptias expetivit, luctatusque propterea cum Acheloo, in taurum mutato, alterum eius cornuum decussit, et Deianiram duxit. Achelous vero cornu recepit, pro quo Amaltheae dedit cornu, Haemonii filiae, quae cornu taurinum possedit, hac vi praeditum, Pherecyde auctore, ut potum vel cibum, quem quis optasset, praeberet copiosum. Bellum deinde Hercules una cum Calydoniis intulit Thesprotiae, captaque urbe Ephyra, quam regna-

Φύλας, Ἀστυόχῃ τῇ τούτου θυγατρὶ συνελθὼν, πατὴρ Τληπολέμου γίνεται. Γενομένων δὲ τούτων, εὐωχούμενος παρ' Οἰνεῖ, κονδύλῳ παίσας ἀπέκτεινεν Εὔνομον, τὸν Ἀρχιτέλους παῖδα, κατὰ χειρῶν διδόντα· συγγενὴς δὲ οὗτος ἦν Οἰνέως. καὶ ὁ μὲν πατὴρ τοῦ παιδὸς, ἀκουσίου γενομένου τοῦ συμβεβηκότος, συνεγνωμόνει· Ἡρακλῆς δὲ κατὰ τὸν νόμον φυγὴν ὑπομένειν ἤθελε· καὶ δὴ ἔγνω πρὸς Κήϋκα εἰς Τραχῖνα ἀπιέναι. ἄγων δὲ Δηϊάνειραν, εἰς ποταμὸν Εὔηνον ἦλθεν, ἐν ᾧ καθεζόμενος Νέσσος, ὁ Κένταυρος, τοὺς παριόντας διεπόρθμευε μισθοῦ, λέγων παρὰ θεῶν ταύτην τὴν πορείαν εἰληφέναι, διὰ τὸ δίκαιος εἶναι. αὐτὸς μὲν οὖν Ἡρακλῆς τὸν ποταμὸν διέβη· Δηϊάνειραν δὲ, μισθὸν αἰτηθεὶς, ἐπέτρεψε Νέσσῳ κομίζειν· ὁ δὲ πορθμεύων αὐτὴν ἐπεχείρει βιάζεσθαι· τῆς δὲ ἀνακραζούσης αἰσθόμενος Ἡρακλῆς, ἐξελθόντα Νέσσον ἐτόξευσεν εἰς τὴν καρδίαν. Ὁ δὲ μέλλων τελευτᾷν, προσκαλεσάμενος Δηϊάνειραν

bat Phylas, cum Astyoche, filia eius, concubuit, et Tlepolemum ex ea suscepit. Quibus rebus gestis, Calydonem reversus, in convivio apud Oeneum, pugno occidit Eunomum, Architelis filium, ministrantem, qui cognatus fuit Oeneï. Et pater quidem filii imprudenti ignovit parricidae, Hercules autem in exilium, ex more, abire statuit Trachinem ad Ceycem. Quo profectus, una cum Deianira, venit ad fluvium Evenum, ubi versabatur Nessus Centaurus, transvehens mercede accepta viatores, idque muneris a diis se accepisse dicens, pietatis causa. Ipse igitur Hercules flumen transiit; Deianiram vero transvehere iussit Nessum, naulum poscentem; qui in traiectu vim ei inferre tentavit, clamoremque tollente muliere, cum escendisset, sagitta transfixus est ab Hercule. Hic igitur moriturus Deianirae advocatae sagittam,

εἶπε τηρεῖν λαβοῦσαν ἐν κόχλῳ, εἰ θέλοι πρὸς Ἡρακλέα φίλτρον ἔχειν, τόν τε ἰὸν ἀφῆκε κατὰ τῆς κόχλου, καὶ τὸ ῥυὲν ἐκ τοῦ τραύματος τῆς ἀκίδος αἷμα συμμίξας, ἔδωκεν· ἡ δὲ λαβοῦσα, ἐφύλαττε παρ' ἑαυτῇ. διεξιὼν δὲ Ἡρακλῆς τὴν Δρυόπων χώραν, καὶ τροφῆς ἀπορῶν, ὑπαντήσαντος αὐτῷ Θειοδάμαντος βοηλατοῦντος, τὸν ἕτερον τῶν ταύρων λύσας καὶ σφάξας εὐωχήσατο. ὡς δὲ ἧκεν εἰς Τραχῖνα πρὸς Κήϋκα, ὑποδεχθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, Δρύοπας κατεπολέμησεν. αὖθις δὲ ἐκεῖθεν ὁρμηθεὶς, Αἰγιμίῳ βασιλεῖ συνεμάχησε Δωριέων· Λαπίθαι γὰρ περὶ γῆς ὅρων πρὸς αὐτὸν ἐπολέμουν, Κορώνου στρατηγοῦντος. ὁ δὲ πολιορκούμενος ἐπεκαλέσατο Ἡρακλέα βοηθὸν ἐπὶ μέρει τῆς γῆς· βοηθήσας δὲ Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε Κόρωνον μετὰ καὶ ἄλλων, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἐλευθέραν ἐποίησεν· ἀπέκτεινε δὲ καὶ Λαγόραν μετὰ τῶν παίδων ἐν Ἀπόλλωνος τεμένει δαινύμενον, ὑβριστὴν ὄντα, καὶ Λαπιθῶν σύμμαχον. παριόντα δὲ Ἴτωνα, εἰς μονομαχίαν προὐκαλεῖτο αὐτὸν Κύκνος, ὁ Ἄρεος καὶ Πελοπίας· συστὰς δὲ, καὶ τοῦτον

mixtam cruore ex vulnere in concha, asservandam dedit, tanquam philtrum, quo ipsi amor conciliaretur Herculis. Qui peragrata Dryopum regione, cum cibus deesset, obviam facto Theodamanti, boves agenti, taurum ademit in epulas. Trachine vero receptus a Ceyce, Dryopes debellavit. U 'i. profectus, Aegimio, Dorum regi, opem tulit contra Lapithas, terminos eius terrae infestantes, duce Corono, ea lege, ut partem regionis pro mercede acciperet. Interfecit igitur Coronum cum aliis, totamque gentem liberavit, occiso quoque Lagora una cum filiis in Apollinis luco epulante, homine superbo, Lapitharumque socio. Ubi autem Itonem se contulit, a Cycno, Martis et Pelopiae filio, ad singulare proelium provocatus, et hunc

ἀπέκτεινεν. ὡς δὲ εἰς Ὀρμένιον ἧκεν, Ἀμύντωρ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς οὐκ εἴασε μεθ' ὅπλων παριέναι· κωλυόμενος δὲ παρελθεῖν, καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν. ἀφικόμενος δὲ εἰς Τραχῖνα, στρατιὰν ἐπ' Οἰχαλίαν συνήθροισεν, Εὔρυτον τιμωρήσασθαι θέλων. συμμαχούντων δ' Ἀρκάδων αὐτῷ, καὶ Μηλιέων τῶν ἐκ Τραχῖνος, καὶ Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, κτείνας μετὰ τῶν παίδων Εὔρυτον, αἱρεῖ τὴν πόλιν· καὶ θάψας τῶν σὺν αὐτῷ στρατευσαμένων τοὺς ἀποθανόντας, Ἵππασον τὸν Κήϋκος, καὶ Ἀργεῖον καὶ Μέλανα, τοὺς Λικυμνίου παῖδας, καὶ λαφυραγωγήσας τὴν πόλιν, ἦγεν Ἰόλην αἰχμάλωτον. καὶ προσορμισθεὶς Κηναίῳ τῆς Εὐβοίας ἀκρωτηρίῳ, Διὸς Κηναίου ἱερὸν ἱδρύσατο. μέλλων δὲ ἱερουργεῖν εἰς Τραχῖνα, Λίχαν τὸν κήρυκα ἔπεμψε, λαμπρὰν ἐσθῆτα οἴσοντα. παρὰ τούτου δὲ τὰ περὶ τὴν Ἰόλην Δηϊάνειρα πυθομένη, καὶ δείσασα μὴ ἐκείνην μᾶλλον ἀγαπήσῃ, νομίσασα τῇ ἀληθείᾳ φίλτρον εἶναι τὸ ῥυὲν

vita privavit. Cumque Ormenium venisset, Amyntorem regem, transire cum armis vetantem, ipsum quoque morti dedit, et Trachinem reversus, exercitum conduxit contra Oechaliam, Eurytum puniturus, in qua expeditione affuerunt ei Arcades et Melienses Trachine, una cum Locris Epicnemidiis. Occiso igitur Euryto cum filiis, urbem expugnat, mortuisque suis sepultis, Hippaso Ceycis filio, et Argivo et Melane, Licymnii filiis, urbem diripuit, Iolenque captivam abduxit. Dein, ubi appulit Cenaeum Euboeae promontorium, Iovi Cenaeo templum exstruxit, et, sacrificium parans, Licham praeconem misit Trachinem, splendidam allatum vestem. Per quem de Iole certior facta Deianira, metu, ne illam sibi praeferret Hercules, Nessi sanguine, quasi id verum esset

αἷμα Νέσσου, τούτῳ τὸν χιτῶνα ἔχρισεν. ἐνδὺς δὲ Ἡρακλῆς ἔθυεν· ὡς δὲ, θερμανθέντος τοῦ χιτῶνος, ὁ ἰὸς τῆς ὕδρας τοῦ χρωτὸς καθήπτετο, τὸν μὲν Λίχαν τῶν ποδῶν ἀράμενος κατηκόντισεν εἰς τὴν θάλασσαν· τὸν δὲ χιτῶνα ἀπέσπα προςπεφυκότα τῷ σώματι· συναπεσπῶντο δὲ καὶ αἱ σάρκες αὐτῷ. τοιαύτῃ δὲ συμφορᾷ κατασχεθεὶς, εἰς Τραχῖνα ἐπὶ νεὼς κομίζεται. Δηϊάνειρα δὲ ἀχθεσθεῖσα ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Ἡρακλῆς δὲ ἐντειλάμενος Ὕλλῳ, ὃς αὐτῷ ἐκ Δηϊανείρας ἦν παῖς πρεσβύτερος, τὴν Ἰόλην ἀνδρωθέντα γῆμαι, παραγενόμενος εἰς Οἴτην, ὅ ἐστιν ὄρος Τραχῖνος, πυρὰν ποιήσας, ἐκέλευσεν ἐπιβὰς ὑφάπτειν. τοῦ δὲ μὴ θέλοντος, Ποίας παριὼν ἐπὶ ζήτησιν ποιμνίων, ὑφάψας, ἔλαβε τὰ τόξα παρ' αὐτοῦ δωρεάν. καιομένης δὲ τῆς πυρᾶς, λέγεται νέφος ὑποστὰν μετὰ βροντῆς αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψαι· ἔνθα τυχὼν ἀθανασίας, καὶ διαλλαγεὶς Ἥρᾳ, τὴν ἐκείνης θυγατέρα Ἥβην ἔγημεν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες Ἀλεξιάρης καὶ Ἀνίκητος ἐγένοντο.

philtrum, tunicam unxit. Qua indutus Hercules sacrificavit; calefacta vero tunica, hydraeque veneno corpus afficiente, Licham pedibus prehensum in mare abiecit, vestemque, membris adhaerentem, una cum corpore abripuit. Et tali quidem habitu Trachinem in nave vectus est. Deianira igitur vitam suspendio finivit, Hercules autem, promittente Hyllo, filio eius ex Deianira natu maiore, se puberem factum Iolen ducturum, cum ad Oetam, Trachiniae regionis montem, pervenisset, ascenso, quem ipse construxerat, rogo ignem admoveri iussit. Et obedire detrectante filio, cum Poeas, armenta quaerens, incendisset pyram, sagittas ab Hercule dono accepit. Consumto igitur rogo, nube fulminea in coelum ablatus fertur, adeptusque immortalitatem, in gratiam cum Iunone rediit, eiusque ex filia, Hebe, in matrimonium ducta, filios suscepit Alexiarem et Acinetum.

ΑΘΛΟΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέᾳ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα.
Δεύτερον, ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδραν.
Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.
Χρυσόκερων ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε, τέταρτον.
Πέμπτον δ', ὄρνιθας Στυμφηλίδας ἐξεδίωξεν.
Ἕκτον, Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν.
Ἕβδομον, Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.
Ὄγδοον, ἐκ Κρήτης δὲ πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον.
Ἐκ Θρήκης, ἔνατον, Διομήδεος ἤγαγεν ἵππους.
Γηρυόνου, δέκατον, βόας ἤλασεν ἐξ Ἐρυθείης.

D. M. AUSONII
MONOSTICHA DE LABORIBUS HERCULIS.

Prima Cleonaei tolerata aerumna leonis.
Proxima Lernaeam ferro et face contudit hydram.
Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cervi.
Stymphalīdas pepulit volucres discrimine quinto.
Threïciam sexto spoliavit Amazona baltheo.
Septima in Augeïs stabulis impensa laboris.
Octava expulso numeratur adorea tauro.
In Diomedeïs victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.

Ἑνδέκατον δ', ἀνάγει κύνα Κέρβερον ἐξ Ἀΐδαο.
Δωδέκατον δ', ἤνεγκεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα.
Θεστίεω θυγατρῶν τρισκαιδέκατος πέλεν ἆθλος.

Undecimo mala Hesperidum districta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.
[Thestiadum victorque satus Iove dulce quievit.]

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΥΛΛΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ ΤΡΑΧΙΝΙΩΝ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΛΙΧΑΣ.
ΤΡΟΦΟΣ.
ΠΡΕΣΒΥΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ.

DRAMATIS PERSONAE.

DEIANIRA.
SERVA.
HYLLUS.
CHORUS VIRGINUM TRACHINIARUM.
NUNTIUS.
LICHAS.
NUTRIX.
SENEX.
HERCULES.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Λόγος μέν ἐστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανεὶς,
Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἴ τοι κακός·
Ἐγὼ δὲ τὸν ἐμὸν καὶ πρὶν εἰς Ἅιδου μολεῖν
Ἔξοιδ' ἔχουσα δυστυχῆ τε καὶ βαρύν·
Ἥτις, πατρὸς μὲν ἐν δόμοισιν Οἰνέως
Ναίουσ' ἐπὶ Πλευρῶνι, νυμφείων ὄτλον
Ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή·
Μνηστὴρ γάρ ἦν μοι ποταμὸς (Ἀχελῷον λέγω),

SOPHOCLIS TRACHINIAE.

Deianira. Vetus dictum exstitit inter homines, quae sit mortalium vita, pernosci non posse, bonane an mala cuiquam, antequam fato functus fuerit. At ego vitam meam, prius etiam quam ad Orcum veniam, sat scio infelicem esse et aerumnosam; quae quidem paterna in Oenei domo habitans Pleurone, tristissimo, si qua alia Aetolia virgo, nuptiarum metu anxia fui. Procus enim contigerat mihi Fluvius, Ache-

Ὅς μ' ἐν τρισὶν μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρὸς,
Φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
Δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
Βούπρωρος· ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
Κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο κρηναίου ποτοῦ.
Τοιόνδ' ἐγὼ μνηστῆρα προςδεδεγμένη
Δύςτηνος, αἰεὶ κατθανεῖν ἐπευχόμην,
Πρὶν τῆςδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε.
Χρόνῳ δ' ἐν ὑστέρῳ μὲν, ἀσμένῃ δέ μοι
Ὁ κλεινὸς ἦλθε Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς,
Ὃς εἰς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν μάχης,
Ἐκλύεταί με. Καὶ τρόπον μὲν ἂν πόνων
Οὐκ ἂν διείποιμ' (οὐ γὰρ οἶδ'), ἀλλ', ὅςτις ἦν
Θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας, ὅδ' ἂν λέγοι·
Ἐγὼ γὰρ ἥμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ,
Μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἐξεύροι ποτέ·
Τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς Ἀγώνιος καλῶς,

loum dico, qui triplicem indutus formam petebat me a patre, modo taurus ingressus manifestus, modo varius draco sinuosus, modo virili corpore taurinum subnixus caput; et ex hirsuto mento rivi manabant fontani laticis. Talem ego sponsum nacta misera mortem semper optabam, potius quam umquam huius adirem torum. Post longam tandem moram lubenti mihi advenit Iovis Alcmenaeque inclytus filius, qui, pugna cum eo congressus, me liberat. At quales quidem fuerint certaminis illius labores, haud equidem enarrem (nescio enim), sed, quicumque adsedit metu vacuus spectaculo, is narret; ego enim aderam metu conturbata, ne mihi decus formae dolorem conciret aliquando; tandem vero certaminum arbiter Iupi-

Εἰ δὴ καλῶς· λέχος γὰρ Ἡρακλεῖ κριτὸν
Ξυστᾶσ', ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω,
Κείνου προκηραίνουσα· νὺξ γὰρ εἰςάγει,
Καὶ νὺξ ἀπωθεῖ, διαδεδεγμένη, πόνον.
Κἀφύσαμεν δὴ παῖδας, οὓς κεῖνός ποτε,
Γήτης ὅπως ἄρουραν ἔκτοπον λαβὼν,
Σπείρων μόνον, προςεῖδε, κἀξαμῶν, ἅπαξ.
Τοιοῦτος αἰὼν ἐκ δόμων τε κεἰς δόμους
Ἀεὶ τὸν ἄνδρ' ἔπεμπε λατρεύοντά τῳ.
Νῦν δ', ἡνίκ' ἄθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ,
Ἐνταῦθα δὴ μάλιστα ταρβήσασ' ἔχω·
Ἐξ οὗ γὰρ ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν,
Ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ' ἀνάστατοι
Ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν· κεῖνος δ' ὅποι
Βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε· πλὴν ἐμοὶ πικρὰς
Ὠδῖνας αὐτοῦ προςβαλὼν ἀποίχεται·

ter exitum dedit bonum, si modo bonus dici possit; ex quo enim, tamquam victoriae praemium accepta, tori socia cum Hercule vivo, semper me alius ex alio solicitat metus, curis ob illum anxiam; nox enim adfert, et nox dispellit angorem, alium mutans alio. Et liberos quidem peperi, quos ille olim, ceu qui procul a finibus dissitos colit agros, tantum sementis adspexit tempore, et messis semel: tale genus vitae domo educit, domumque reducit, virum, semper servientem alicui. Nunc autem quando imposita haec certamina victor confecit, metus me conturbat maxime. Ex quo enim ille Iphitum leto dedit, nos quidem hic in Trachine extorres hospitem apud virum habitamus: at ille quo abierit nemo novit: mihi sane discessu suo acerbas iniecit curas; iamque propemo-

Σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντά νιν·
Χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιὸν, ἀλλ' ἤδη δέκα
Μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντ', ἀκήρυκτος μένει·
Κἄστιν τι δεινὸν πῆμα· τοιαύτην ἐμοὶ
Δέλτον λιπὼν ἔστειχε, τὴν ἐγὼ θαμὰ
Θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

Δέσποινα Δηάνειρα, πολλὰ μέν σ' ἐγὼ
Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα
Τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην·
Νῦν δ', εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν
Γνώμαισι δούλαις, κἀμὲ χρὴ φράσαι τόσον.
Πῶς παισὶ μὲν τοσοῖςδε πληθύεις, ἀτὰρ
Ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινὰ,
Μάλιστα δ' ὅνπερ εἰκὸς, Ὕλλον, εἰ πατρὸς
Νέμοι τιν' ὤραν, τὸν καλῶς πράσσειν δοκεῖ;
Ἐγγὺς δ' ὅδ' αὐτὸς ἀρτίπους θρώσκει δόμοις,

dum scio mali aliquid evenisse illi: haud enim breve tempus est, sed iam quindecim menses effluxere, neque ullum adhuc nobis remisit nuntium; et accidit profecto gravis quis casus: usque adeo reformido, quas ille mihi discedens reliquit tabellas, quas ut absque noxa acceperim, deos identidem precor.

Famula. Hera Deianira, multis quidem ego te vidi iamdudum lacrimosis lamentis Herculis abitum deplorantem; nunc vero, si fas est servilibus consiliis commonefieri liberos, me quoque hoc tantum tibi suadere licet. Quum tantus sit tibi liberorum numerus, cur unum ex iis non mittis, qui coniugem tuum investiget, et quem maxime decet, Hyllum, siquidem de patre sollicitus est, quem prosperis uti rebus censet. Et eccum ipse domum properat celeri pede:

Ὥστ', εἴ τι σοὶ πρὸς καιρὸν ἐννέπειν δοκῶ,
Πάρεστι χρῆσθαι τἀνδρὶ, τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὦ τέκνον, ὦ παῖ, κἀξ ἀγεννήτων ἄρα
Μῦθοι καλῶς πίπτουσιν· ἥδε γὰρ γυνὴ
Δούλη μὲν, εἴρηκεν δ' ἐλεύθερον λόγον.

ΥΛΛΟΣ.

Ποῖον; δίδαξον, μῆτερ, εἰ διδακτά μοι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Σοὶ, πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου,
Τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ 'στιν, αἰσχύνην φέρειν.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' οἶδα, μύθοις γ' εἴ τι πιστεύειν χρεών.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον, ἱδρῦσθαι χθονός;

ΥΛΛΟΣ.

Τὸν μὲν παρελθόντ' ἄροτον, ἐν μήκει χρόνου

quare si quid tibi opportunum dicere videor, potes eius opera uti, meisque suasibus.

Deianira. O care fili, vel ignobilium igitur ex ore sermones recti prodeunt: mulier enim haecce, serva quidem, tamen liberale elocuta est dictum.

Hyllus. Quale? fac sciam, mater, si mihi fas scire.

Deianira. Patre tamdiu peregre absente, tibi indecorum esse ait non inquirere ubi sit.

Hyllus. At novi, famae si qua fides habenda est.

Deianira. Et ubi, quaeso, terrarum audis eum, fili, commorari?

Hyllus. Semente quidem praeterita, diu Lydae mu-

Λυδῇ γυναικί φασί νιν λάτριν πονεῖν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἄν.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' ἐξαφεῖται τοῦδέ γ', ὡς ἐγὼ κλύω.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ποῦ δῆτα νῦν ζῶν; ἢ θανών γ' ἀγγέλλεται;

ΥΛΛΟΣ.

Εὐβοΐδα χώραν φασὶν, Εὐρύτου πόλιν,
Ἐπιστρατεύειν αὐτὸν, ἢ μέλλειν ἔτι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἆρ' οἶσθα δῆτ', ὦ τέκνον, ὡς ἔλειπέ μοι
Μαντεῖα πιστὰ τῆσδε τῆς χώρας πέρι;

ΥΛΛΟΣ.

Τὰ ποῖα, μῆτερ; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,

lieris servum laborasse illum perhibebant.

Deianira. Nihil non turpe de eo audiamus, si et hoc sustinuit.

Hyllus. At emissus est hac servitute, ut ego audio.

Deianira. Ubi nunc ergo degit? aut mortuus nuntiatur esse?

Hyllus. Euboeam in insulam dicunt Eurytique urbem infesto exercitu eum tendere, aut mox eo profecturum.

Deianira. Nostin' vero, o nate, illum certa de hac regione mihi reliquisse oracula?

Hyllus. Quaenam, mater? horum enim nihil audivi.

Deianira. Scilicet vel il-

Ἢ, τοῦτον ἄρας ἆθλον, ἐς τὸν ὕστερον
Ἄλυπον ἤδη βίοτον εὐαίων᾽ ἔχειν.
Ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾶδε κειμένῳ, τέκνον,
Οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ᾽ ἢ σεσώσμεθα,
Ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος;

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ᾽ εἶμι, μῆτερ. εἰ δὲ θεςφάτων ἐγὼ
Βάξιν κατῄδη τῶνδε, κἂν πάλαι παρῆν·
Νῦν δ᾽ ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ εἴα πατρὸς
Ἡμᾶς προταρβεῖν οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν.
Ἀλλ᾽, ὡς ξυνίημ᾽, οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ
Πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ᾽ ἀλήθειαν πέρι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Χώρει νυν, ὦ παῖ· καὶ γὰρ ὑστέρῳ, τὸν εὖ
Πράσσειν, ἐπεὶ πύθοιτο, κέρδος ἐμπολᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

ςροφὴ ά. Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα

lic supremum obiturum diem, vel hoc defunctum certamine, reliquum tempus aevi absque solicitudine prospere transacturum. An non ergo, nate, patri tuo, quum in tali versetur discrimine, auxilium laturus ibis, quandoquidem vel incolumes sumus, vel perimus, patre tuo perdito?

Hyllus. At illuc ibo, mater. ac, si oraculi hanc sortem comperissem antea, iampridem adfuissem: sic enim consueta patris felicitas nos animo formidines praecipere non sinebat, nec terreri nimium. Age igitur, postquam eam cognovi, nihil praetermittam, quin omnem hac de re veritatem inquiram.

Deianira. Vade igitur, o fili; nam qui vel sero resciverit, hunc bene agere, iuvabitur.

Chorus. Quem cita nox

Τίκτει, κατευνάζει τε, φλογιζόμενον
Ἅλιον, Ἅλιον, αἰτῶ
Τοῦτο, καρύξαι
Τὸν Ἀλκμήνας, πόθι μοι, πόθι, παῖς
Ναίει ποτ', ὦ λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων,
Ἢ ποντίους αὐλῶνας,
Ἢ δισσαῖς ἀπείροις κλιθείς.
Εἴπ', ὦ κρατιστεύων κατ' ὄμμα!

ἀντιστρ. α. Ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι
Τὰν ἀμφινεικῆ Δηϊάνειραν ἀεὶ,
Οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν,
Οὔ ποτ' εὐνάζειν
Ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον, ἀλ-
λ' εὔμναστον ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ,
Ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀ-
νανδρώτοις τρύχεσθαι, κακὰν
Δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν.

στροφὴ β'. Πολλὰ γὰρ ὥστ', ἀκάμαντος

confecta gignit, sopitumque componit thalamo, flammantem Solem, te, Solem precor, ut mihi Alcmenae indices filium, ubi tandem habitat, o lucido fulgore ardens, an freta maris incolat, vel duplici appropinquavit continentis plagae. Dic, qui oculorum acie praestas omnibus!

Audio enim, procorum certamine nobilem Deianiram intento animo, velut infelicem avem, lacrimantium oculorum nunquam sopire desiderium, sed itineris viri memorem gestare metum, et in solicito toro viduo confici, malorum exspectatione anxiam.

Ut enim, indefesso vel

Ἢ Νότου ἢ Βορέα, τις
Κύματ' ἂν εὐρέϊ πόντῳ
Βάντ' ἐπιόντα τ' ἴδοι,
Οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ
Τρέπει, τὸ δ' αὔξει, βιότου
Πολύπονον, ὥςπερ πέλαγος
Κρήσιον· ἀλλά τις θεῶν
Αἰὲν ἀναμπλάκητον Ἅιδα
Σφε δόμων ἐρύκει.

ἀντιστρ. β'. Ὧν ἐπιμεμφομένα σ', αἰ-
δοῖα μὲν, ἀντία δ' οἴσω·
Φαμὶ γὰρ οὐκ ἀποτρύειν
Ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν
Χρῆναί σ'· ἀνάλγητα γὰρ οὐ-
δ' ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς
Ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας,
Ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ
Πᾶσι κυκλοῦσιν, οἷον ἄρκτου
Στροφάδες κέλευθοι.

Noto vel Borea, multos vasto in ponto ire et venire fluctus videas, ita Cadmigenam nunc prosternit, nunc evehit, vita laboriosa, instar Cresii maris; sed incolumem semper eum ab Orci limine deorum arcet aliquis.

Qua gratia te reprehendens, reverentiae quidem plena, sed tamen menti tuae contraria, adferam. Dico enim, te spem abiicere non debere; neque enim laeta omnia mortalibus destinavit cunctorum ille moderator rex Saturnius, sed acta in orbem redeunt omnibus aerumnae et gaudia, ut Ursae volubiles viae.

ἐπῳδός. Μένει γὰρ οὔτ' αἰόλα νὺξ βροτοῖσιν,
Οὐ κῆρες, οὔτε πλοῦτος, ἀλλ' ἄφαρ
Βέβακεν, τότ' ἐπέρχεται,
Χαίρειν τε καὶ στέρεσθαι.
Ἃ καὶ σὲ, τὰν ἄνασσαν, ἐλπίσιν λέγω
Τάδ' αἰὲν ἴσχειν· ἐπεὶ τίς ὧδε
Τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πεπυσμένη μὲν, ὡς ἀπεικάσαι, πάρει,
Πάθημα τοὐμόν· ὡς δ' ἐγὼ θυμοφθορῶ,
Μή τ' ἐκμάθοις παθοῦσα! νῦν δ' ἄπειρος εἶ·
Τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται
Χαραῖς, ἵν' αὐτὸ καινὸν οὐ θάλπος θεοῦ,
Οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ,
Ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον
Ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ
Κληθῇ, λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος,

Neque enim cita nox permanet mortalibus, nec calamitates, nec felicitas, sed praecipiti lapsu nunc abit, nunc redit, gaudium et luctus. Quocirca haec te reputare animo semper iubeo, Regina; nam quis umquam Iovem liberis suis tam parum prospicere vidit?

Deianira. Audito quidem, ut coniicio, meo moerore, ades: quantum vero macerer animo, utinam ne umquam iisdem oppressa malis discas! nunc enim totius rei expers es: iuventus enim talibus pascitur gaudiis, ubi novellam eam neque ardens sol, neque imber, neque ullius venti flatus turbat, sed dolorum nescia voluptatibus cumulat vitam, donec aliqua mutato virginis nomine mulier dicatur, noctuque suam curarum accipiat partem,

Ἤ τοι πρὸς ἀνδρὸς, ἢ τέκνων, φοβουμένη.
Τότ' ἄν τις εἰσίδοιτο, τὴν αὑτοῦ σκοπῶν
Πρᾶξιν, κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι.
Πάθη μὲν οὖν δὴ πόλλ' ἔγωγ' ἐκλαυσάμην·
Ἓν δ', οἷον οὔπω πρόσθεν, αὐτίκ' ἐξερῶ.
Ὁδὸν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ
Ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις
Λείπει παλαιὰν δέλτον ἐγγεγραμμένην,
Ξυνθήμαθ', ἁμοὶ πρόσθεν οὐκ ἔτλη ποτὲ,
Πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιὼν, οὕπω φράσαι,
Ἀλλ' ὥς τι δράσων εἷρπε, κοὐ θανούμενος·
Νῦν δ', ὡς ἔτ' οὐκ ὢν, εἶπε μὲν, λέχους ὅ τι
Χρείη μ' ἑλέσθαι κτῆσιν· εἶπε δ', ἣν τέκνοις
Μοῖραν πατρῴας γῆς διαίρετον νέμοι·
Χρόνον προτάξας, ὡς, τρίμηνος ἡνίκ' ἂν
Χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβὼς,
Τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ,

quae vel coniugi vel liberis metuentem macerabunt. Tunc pernoscat illa, suas ipsius res intuens, qualibus conflictor malis. Equidem iam olim acerba multa deflevi; unum vero, quale numquam antea, modo eloquar. Quum enim peregre profecturus domo novissimum iter moliretur rex Hercules, tunc domi reliquit veteres tabellas inscripta continentes mandata, quae mihi antea, saepe ille exiens ad certamina, numquam iniungere in animum induxerat; sed ut magnum quid confecturus abire solebat, de morte ne cogitans quidem; nunc vero, tamquam vita defunctus, declaravit, quibus mihi potiundum esset tanquam nuptialibus bonis, quotaque singulis liberis pars terrae paternae cessura; praefinito tempore: nam, postquam ex hac regione egressus quindecim abfuisset menses, tum se vel moriturum eo tempore,

Ἤ, τοῦθ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος,
Τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.
Τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα
Τῶν Ἡρακλείων ἐκτελευτᾶσθαι πόνων,
Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.
Καὶ τῶνδε νημέρτεια συμβαίνει χρόνου
Τοῦ νῦν παρόντος, ὡς τελεσθῆναι χρεών·
Ὥσθ' ἡδέως εὕδουσαν ἐκπηδᾶν ἐμὲ
Φόβῳ, φίλαι, ταρβοῦσαν, εἴ με χρὴ μένειν
Πάντων ἀρίστου φωτὸς ἐστερημένην.

ΧΟΡΟΣ.

Εὐφημίαν νῦν ἴσχ'· ἐπεὶ καταστεφῆ
Στείχονθ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα πρὸς χάριν λόγων.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Δέσποινα Δηάνειρα, πρῶτος ἀγγέλων
Ὄκνου σε λύσω· τὸν γὰρ Ἀλκμήνης τόκον
Καὶ ζῶντ' ἐπίστω, καὶ κρατοῦντα, κἀκ μάχης

vel, si hunc evasisset temporis terminum, laeta deinceps fruiturum vita. Sic finitum iri dicebat deorum de Herculeis laboribus decreta, quemadmodum vetus fagus responderit olim Dodone geminarum columbarum ore. Et horum certus eventus in praesens tempus incidit, quo perfici ea necesse est: quamobrem, carae virgines, quum dulci fruor somno, subito percussa me tu exsilio, ne me superesse oporteat omnium optimo viro orbatam.

Chorus. At nunc bene ominare: quippe coronatum accedere video quempiam tibi quid nuntiaturum.

Nuntius. Hera Deianira, primus ego nuntius metu te liberabo. Namque Alcmenae natum et vivere scito, victoriaque potitum esse,

Ἄγοντ' ἀπαρχὰς θεοῖσι τοῖς ἐγχωρίοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τίν' εἶπας, ὦ γεραιὲ, τόνδέ μοι λόγον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τάχ' ἐς δόμους σοὺς τὸν πολύζηλον πόσιν
Ἥξειν, φανέντα ξὺν κράτει νικηφόρῳ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Καὶ τοῦ τόδ' ἀστῶν ἢ ξένων μαθὼν λέγεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐν βουθερεῖ λειμῶνι προςπόλοις θροεῖ
Λίχας, ὁ κῆρυξ, ταῦτα· τοῦδ' ἐγὼ κλύων
Ἀπῆξ', ὅπως, σοι πρῶτος ἀγγείλας τάδε,
Πρὸς σοῦ τι κερδάναιμι, καὶ κτῴμην χάριν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Αὐτὸς δὲ πῶς ἄπεστιν, εἴπερ εὐτυχεῖ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐκ εὐμαρείᾳ χρώμενος πολλῇ, γύναι·

et e pugna adferre primitias diis indigenis.

Deianira. Quid istuc rei est, quod mihi dicis, senex?

Nuntius. Mox domum tuam venturum multis expetitum votis coniugem, decore victoriae insignem.

Deianira. Et quonam a cive vel hospite, auditum hoc refers?

Nuntius. In prato, quod boves demetunt, famulis ista narrat Lichas praeco; ex quo ego quum audii, avolavi, ut, tibi primus haec nuntians, a te aliquid lucrarer, et inirem gratiam.

Deianira. Ipse autem Lichas cur abest, quandoquidem res ei laetae sunt?

Nuntius. Haud expeditum iter est illi, hera. Cir-

Κύκλῳ γὰρ αὐτὸν Μηλιεὺς ἅπας λεὼς
Κρίνει παραστὰς, οὐδ' ἔχει βῆναι πρόσω·
Τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων
Οὐκ ἂν μεθεῖτο, πρὶν καθ' ἡδονὴν κλύειν.
Οὕτως ἐκεῖνος, οὐχ ἑκὼν, ἑκοῦσι δὲ
Ξύνεστιν· ὄψει δ' αὐτὸν αὐτίκ' ἐμφανῆ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὦ Ζεῦ, τὸν Οἴτης ἄτομον ὃς λειμῶν' ἔχεις,
Ἔδωκας ἡμῖν ἀλλὰ σὺν χρόνῳ χαράν!
Φωνήσατ', ὦ γυναῖκες, αἵ τ' ἔσω στέγης,
Αἵ τ' ἐκτὸς, αὐλοῖς, ὡς ἄελπτον ὄμμ' ἐμοὶ
Φήμης ἀνασχὸν τῆσδε νῦν καρπούμεθα!

ΧΟΡΟΣ.

ϛροφ. Ἀνολολύξατ', ἐφέϛιος ἀλαλαγὰ
Ἁ μελλόνυμφος, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων!
Προστάταν εὐφαρέτραν
Ὁμοῦ, Παιᾶν', ἀνάγετε, παρθένοι,
Βοᾶν τε τὰν ὁμόσπορον Ἄρτεμιν,

cumstans enim eum Meliensis omnis populus percunctatur; nec potest ultra progredi: quippe unusquisque optatum nuntium audire quum gestiat, nemo eum abire siverit, priusquam audiendi voluptate se expleverit. Sic ille nolens volentibus interest: tamen actutum eum coram videbis.

Deianira. O Iupiter, intonsum Oetae qui pratum incolis, dedisti nobis salutem sero gaudium. Cantate, mulieres, quaeque intra tecta, quaeque extra estis, ad tibias! fruimur enim hac fama, quae insperata mihi modo exorta est.

Chorus. Erumpite, acclamatio domestica virginalis, simulque iuvenum! Praesidem una, pharetra decorum, Paeana, celebrate, o virgines, et invocate eodem genitam partu, Dia-

Ἐλαφηβόλον, Ὀρτυγίαν,
Ἀμφίπυρον, γείτονάς τε Νύμφας!

ἀντιςρ. Ἀείρομ', αἴρομ'! οὐδὲν ἀπώσομαι
Τὸν αὐλὸν, ω τύραννε τᾶς ἐμᾶς φρενός·
Ἰδοὺ, ἰδού γ'· ἀναταράσσει
(Εὐοῖ!) μ' ὁ κισσὸς, ἄρτι Βακχίαν
Ὑποστρέφων ἅμιλλαν. Ἰὼ, παιάν!
Ιδ', ἴδ', ὦ φιλία, τάδε σοι
Δῆτα βλέπειν ἔςιν ἀντίπρωρα!

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὁρῶ, φίλαι γυναῖκες, οὐδέ μ' ὄμματος
Φρουρὰ 'παρῆλθε, τόνδε μὴ λεύσσειν στόλον·
Χαίρειν δὲ τὸν κήρυκα προὐνέπω, χρόνῳ
Πολλῷ φανέντα, χαρτὸν εἴ τι καὶ φέρει.

ΛΙΧΑΣ.

Ἀλλ' εὖ μὲν ἵγμεθ', εὖ δὲ προςφωνούμεθα,
Γύναι, κατ' ἔργου κτῆσιν· ἄνδρα γὰρ καλὰ

nam, cervorum iaculatricem, Ortygiam, taedas utraque ferentem manu, sociasque Nymphas.

In sublime feror, in sublime, neque a me arcebo te, tibia, o quae meum moderaris animum: ecce enim, ecce, me perturbat hedera, Bacchicum renovans certamen. Io, Paean! Ecce, ecce, cara, haec tibi coram licet intueri.

Deianira. Video, carae virgines, neque oculi attentio me fefellit, quominus hoc cernam agmen. Salvere quidem praeconem iubeo, longam post temporis moram conspectum, si quid laetum adfert.

Lichas. *(adducens mulieres captivas)* At bene quidem advenimus, et bene appellamur, mulier, ut factis nostris dignum est: nam qui

[redacted]

Πράσσοντ' ἀνάγκη χρηστὰ κερδαίνειν ἔπη.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, πρῶθ', ἃ πρῶτα βούλομαι,
Δίδαξον, εἰ ζῶνθ' Ἡρακλέα προςδέξομαι.

ΛΙΧΑΣ.

Ἔγωγέ τοι σφ' ἔλειπον ἰσχύοντά τε
Καὶ ζῶντα, καὶ θάλλοντα κοὐ νόσῳ βαρύν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ποῦ γῆς; πατρῴας, εἴτε βαρβάρου; λέγε.

ΛΙΧΑΣ.

Ἀκτή τις ἔστ' Εὐβοιΐς, ἔνθ' ὁρίζεται
Βωμοὺς τέλη τ' ἔγκαρπα Κηναίῳ Διΐ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Εὐκταῖα φαίνων, ἢ 'πὸ μαντείας τινός;

ΛΙΧΑΣ.

Εὐκταῖ', ὅθ' ᾕρει τῶνδ' ἀνάστατον δορὶ
Χώραν γυναικῶν, ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν.

grata gerit negotia, eum virum bona par est lucrari verba.

Deianira. O hominum carissime, primum, quod primum cupio, edoce, vivumne Herculem sim receptura.

Lichas. Sane equidem ipsum reliqui valentemque et successu gaudentem, tum iuventa florentem neque ullo gravatum morbo.

Deianira. Ubi? patriane in terra, an barbara? cedo.

Lichas. Est litus quoddam Euboïcum, ubi statuit aras, victimasque una cum frugibus offert Cenaeo Iovi.

Deianira. Votane ut solvat, an cuipiam ut pareat oraculo?

Lichas. Vota redditurus tum suscepta, quando harum vastavit bello urbem mulierum, quas coram vides.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Αὗται δὲ, πρὸς ϑεῶν, τοῦ ποτ' εἰσὶ, καὶ τίνες;
Ἄκραι γὰρ, εἰ μὴ ξυμβολαὶ κλέπτουσί με.

ΛΙΧΑΣ.

Ταύτας ἐκεῖνος, Εὐρύτου πέρσας πόλιν,
Ἐξείλεϑ' αὑτῷ κτῆμα καὶ ϑεοῖς κριτόν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἦ κἀπὶ ταύτῃ τῇ πόλει τὸν ἄσκοπον
Χρόνον βεβὼς ἦν ἡμερῶν ἀνηρίϑμων;

ΛΙΧΑΣ.

Οὔκ· ἀλλὰ τὸν μὲν πλεῖστον ἐν Λυδοῖς χρόνον
Κατείχεϑ', ὥς φησ' αὐτὸς, οὐκ ἐλεύϑερος,
Ἀλλ' ἐμποληϑείς· τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φϑόνον,
Γύναι, προςεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ.
Κεῖνος δὲ πραϑεὶς Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ
Ἐνιαυτὸν ἐξέπλησεν, ὡς αὐτὸς λέγει·
Χ' οὕτως ἐδήχϑη τοῦτο τοὔνειδος λαβὼν,
Ὥςϑ' ὅρκον αὑτῷ προςβαλὼν διώμοσεν,

DEIANIRA. At istae, per Deos quaeso, cuiae sunt, et quae? nobiles enim videntur, nisi coniecturis fallor.

LICHAS. Has ille, deleta Euryti urbe, exemit sibi deisque selecta mancipia.

DEIANIRA. An et in illius urbis obsidione tam longum innumerabilium dierum explevit spatium, ex quo hinc profectus est?

LICHAS. Nequaquam: verum plurimo tempore apud Lydos detentus fuit, ut ipse ait, non liber, sed venditus. Et hoc quidem factum, mulier, reprehendere non licet, auctor cuius ipse Iupiter. Ille igitur venum datus Omphalae barbarae, servitio complevit annum, ut ipse memorat. Cuius quidem rei ignominia tanto dolore adfecit animum, ut semetipsum iuramento ob-

Ἦ μὴν τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους
Ξὺν παισὶ καὶ γυναικὶ δουλώσειν ἔτι.
Κοὐχ ἡλίωσε τοὔπος· ἀλλ', ὅθ' ἁγνὸς ἦν,
Στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν, ἔρχεται πόλιν
Τὴν Εὐρυτείαν· τόνδε γὰρ μεταίτιον
Μόνον βροτῶν ἔφασκε τοῦδ' εἶναι πάθους·
Ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον,
Ξένον παλαιὸν ὄντα, πολλὰ μὲν λόγοις
Ἐπεῤῥάθησε, πολλὰ δ' ἀτηρᾷ φρενὶ,
Λέγων, χεροῖν μὲν, ὡς, ἄφυκτ' ἔχων βέλη,
Τῶν ὧν τέκνων λείποιτο πρὸς τόξου κρίσιν·
Φωνεῖ δὲ, δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐλευθέρου
Ῥαίοιτο. δείπνοις δ' ἡνίκ' ἦν οἰνωμένος,
Ἔῤῥιψεν ἐκτὸς αὐτόν. ὧν ἔχων χόλον,
Ὡς ἵκετ' αὖθις Ἴφιτος Τιρυνθίαν
Πρὸς κλιτὺν, ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοπῶν,

strinxerit sibi, eum, qui huius culpae proximus fuisset, cum liberis et uxore in servitutem redacturum se aliquando. Nec temere dictum fuit: sed, ubi expiatus fuit, collecto peregrino exercitu pergit ad Euryti urbem: illum enim solum mortalium caussam tanti sibi mali esse adfirmabat; qui ipsum, ut olim illius subiit domum pro veteris hospitii foedere, multis obstrepuit dictis, multaque obiecit ei contumeliosa, dictitans, eum, quamvis inevitabiles sagittas gestaret manu, tamen filiis suis imparem esse iaculandi peritia; vociferansque, servum alicuius eum defetigari liberum. tandem quum illum inter epulas vino gravatum videret, eiecit domo. quarum iniuriarum ira incensus, ubi venit deinde Iphitus Tiryntheium ad clivum, equarum e pascuis abactarum quaerens vesti-

Τότ' ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα, θἠτέρᾳ δὲ νοῦν
Ἔχοντ' ἀπ' ἄκρας ἧκε πυργώδους πλακός·
Ἔργου δ' ἕκατι τοῦδε μηνίσας ἄναξ
Ὁ τῶν ἁπάντων Ζεὺς πατὴρ Ὀλύμπιος
Πρατόν νιν ἐξέπεμψεν, οὐδ' ἠνέσχετο,
Ὅθ' οὕνεκ' αὐτὸν μοῦνον ἀνθρώπων δόλῳ
Ἔκτεινεν· εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμύνατο,
Ζεύς τἂν ξυνέγνω ξὺν δίκῃ χειρουμένῳ·
Ὕβριν γὰρ οὐ στέργουσιν οὐδὲν δαίμονες.
Κεῖνοι δ', ὑπερχλιδῶντες ἐκ γλώσσης κακῆς,
Αὐτοὶ μὲν Ἅιδου πάντες εἴσ' οἰκήτορες,
Πόλις δὲ δούλη· τάσδε δ', ἅσπερ εἰσορᾷς,
Ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον,
Χωροῦσι πρὸς σέ· ταῦτα γὰρ πόσις τε σὸς
Ἐφεῖτ', ἐγὼ δὲ, πιστὸς ὢν κείνῳ, τελῶ.
Αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, εὖτ' ἂν ἁγνὰ θύματα
Ῥέξῃ πατρῴῳ Ζηνὶ τῆς ἁλώσεως,

gia, tunc illum oculis alio, alioque mente intentum, ex summa turris tabula praecipitem dedit: ob hoc autem facinus ira commotus rerum omnium dominus Iupiter Olympius venum datum eum relegavit, nec lente id tulit, quod illum ex omnibus solum dolo sustulisset Hercules: si enim aperto Marte iniurias ultus esset, sane ignosset ei Iupiter inimicum iure perimenti: iniuriam enim minime amant dei. Qui vero superbe Herculi insultarunt petulanti lingua, ipsi quidem omnes Orci sunt incolae, eorumque civitas in servitutem redacta; et, quas coram vides, ex felicibus illae rebus, haud invidendam adeptae sortem, ad te veniunt. Hoc enim et coniux tuus iussit, et ego, fidus minister, iussa exsequor. Ipsum vero illum quod attinet, quum primum Iovi Tutelari puris immolatis victimis

Φρόνει νιν ὡς ἥξοντα· τοῦτο γὰρ λόγου
Πολλοῦ καλῶς λεχθέντος ἥδιστον κλύειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνασσα, νῦν σοι τέρψις ἐμφανὴς κυρεῖ,
Τὸ μὲν παρόντων, τὸ δὲ πεπυσμένων, λόγων.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πῶς δ' οὐκ ἐγὼ χαίροιμ' ἂν, ἀνδρὸς εὐτυχῆ
Κλύουσα πρᾶξιν τήνδε, πανδίκῳ φρενί;
Πολλή 'στ' ἀνάγκη τῇδε τοῦτο ξυντρέχειν·
Ὅμως δ' ἔνεστι τοῖσιν εὖ σκοπουμένοις
Ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφαλῇ ποτε.
Τοὐμὸν γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰσέβη, φίλαι,
Ταύτας ὁρῶσαν δυσπότμους, ἐπὶ ξένης
Χώρας ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας,
Αἳ πρὶν μὲν αἶσαν ἐξ ἐλευθέρων ἴσως
Ἀνδρῶν, τανῦν δὲ δοῦλον ἴσχουσιν βίον.
Ὦ Ζεῦ Τροπαῖε, μή ποτ' εἰσίδοιμί σε

vota solverit ob captam urbem, crede eum adfuturum: hoc enim post plurima dicta bene verba iucundissimum est audire.

Chorus. Regina, nunc tibi manifestum contigit gaudium, cum alia coram adsint, alia tibi denuntientur.

Deianira. Quidni enim gauderem iure optimo, prospera hac audita coniugis sorte? Necesse est admodum, hoc ita evenire; tamen hisce inest aliquis metus, si rem rite expendas, ne praesentem felicitatem casus quis olim subvertat. Certe me subiit, carae virgines, vehemens miseratio, intuentem has infaustas feminas, peregina in terra, domo extorres, parentibusque orbas, vagantes, quae ante quidem sorte fortasse fruebantur, qualis ex liberis viris prognatas decet, nunc vero servilem sustinent vitam. O Iupiter Fugator, numquam te videam

Πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά που,
Μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆςδέ γε ζώσης ἔτι!
Οὕτως ἐγὼ δέδοικα, τάςδ' ὁρωμένη.
Ὦ δυςτάλαινα, τίς ποτ' εἶ νεανίδων;
Ἄνανδρος, ἢ τεκνοῦσσα; πρὸς μὲν γὰρ φύσιν,
Πάντως ἄπειρος τῶνδε, γενναία δέ τις.
Λίχα, τίνος ποτ' ἐστὶν ἡ ξένη βροτῶν;
Τίς ἡ τεκοῦσα; τίς δ' ὁ φιτύσας πατήρ;
Ἔξειπ'· ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾤκτισα
Βλέπουσ', ὅσῳ πέρ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη.

ΛΙΧΑΣ.

Τί δ' οἶδ' ἐγώ; τί δ' ἄν με καὶ κρίνοις; ἴσως
Γέννημα τῶν ἐκεῖθεν οὐκ ἐν ὑστάτοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Μὴ τῶν τυράννων Εὐρύτων σπορά τις ᾖ!

ΛΙΧΑΣ.

Οὐκ οἶδα· καὶ γὰρ οὐδ' ἀνιστόρουν μακράν.

meam contra prolem ita alicubi grassantem; saltem, si tale quid acturus es, ne me vivente agas! tam misere metuo, hasce intuens. — O tu miserrima, quaenam es adolescentula? virine expers, an mater? quantum quidem ex aetate coniicere licet, horum omnino inexperta videris, generosa tamen. — Licha, cuiusnam, quaeso, hominis est peregina haec puella? quaenam illi mater? quis genuit pater? cedo. Namque huius prae ceteris me miseret, quum adspicio, praesertim quum sola sapere sciat.

Lichas. Quid vero sciam? quid et me interrogas? forsan inter suos non infimo nata loco.

Deianira. Ne modo sit ex numero regiorum Euryti liberorum!

Lichas. Nescio: neque enim exquisivi prolixius.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Οὐδ' ὄνομα πρός του τῶν ξυνεμπόρων ἔχεις;

ΛΙΧΑΣ.

Ἥκιστα· σιγῇ τοὐμὸν ἔργον ἤνυτον.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Εἴπ', ὦ τάλαιν', ἀλλ' ἡμὶν ἐκ σαυτῆς· ἐπεὶ
Καὶ ξυμφορά τις, μὴ εἰδέναι σέ γ', ἥτις εἶ.

ΛΙΧΑΣ.

Οὔ τἄρα τοῦ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου
Χρόνου διοίσει, γλῶσσαν ἥ τις οὐδαμᾶ
Προὔφηνεν οὔτε μείζον', οὔτ' ἐλάσσονα,
Ἀλλ' αἰὲν, ὠδίνουσα συμφορᾶς βάρος,
Δακρυῤῥοεῖ δύστηνος, ἐξ ὅτου πάτραν
Διήνεμον λέλοιπεν. ἡ δέ τοι τύχη
Κακὴ μὲν αὐτῆς, ἀλλὰ συγγνώμην ἔχει.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἥδ' οὖν ἐάσθω καὶ πορευέσθω στέγας

DEIANIRA. Nec nomen a quopiam viae comitum audisti?

LICHAS. Minime: silentio munus meum exsecutus sum.

DEIANIRA. Quin dic ultro nobis, o misera: nam malum quidem est, nescire, quae sis.

LICHAS. Haud sane a praeterito tempore differet, sed similis sui manebit, quae nullum umquam emisit verbum, nec magnum, nec parvum, sed usque, deplorans gravem calamitatem, lacrimas fundit misera, ex quo patriam celsam reliquit. Sane quidem haec eius affectio incommoda est, sed veniam meretur.

DEIANIRA. Illam igitur missam faciamus, eatque

Οὕτως ὅπως ἥδιστα, μηδὲ πρὸς κακοῖς
Τοῖς οὖσι λύπην πρός γ' ἐμοῦ λύπης λάβοι·
Ἅλις γὰρ ἡ παροῦσα· πρὸς δὲ δώματα
Χωρῶμεν ἤδη πάντες, ὡς σύ θ', οἷ θέλεις,
Σπεύδῃς, ἐγὼ δὲ τἄνδον ἐξαρκῆ τιθῶ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αὐτοῦ γε πρῶτον βαιὸν ἐμμείνασ', ὅπως
Μάθῃς, ἄνευ τῶνδ', οὕς τινάς τ' ἄγεις ἔσω,
Ὧν τ' οὐδὲν εἰςήκουσας, ἐκμάθῃς γ', ἃ δεῖ·
Τούτων ἔχω γὰρ πάντ' ἐπιστήμην ἐγώ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τί δ' ἐστὶ, τοῦ καὶ τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Σταθεῖσ' ἄκουσον· καὶ γὰρ οὐδὲ τὸν πάρος
Μῦθον μάτην ἤκουσας, οὐδὲ νῦν δοκῶ.

intro sic, ut illi maxime libitum est, nec quibus gravatur malis accedat a me moeror moeroris: satis enim est illi praesentis aegritudinis. Nunc autem domum concedamus omnes, ut et tu, quo fert animus, properes, et ego operam dem, ut intus apparata sint omnia. (*A Licha intro ducuntur mulieres captivae*).

Nuntius. Sed hic prius paullisper morata, ut discas, hisce remotis, et, quinam sint illi quos ducis intro, quorumque nihil inaudisti ut percipias, quae tua refert nosse: quippe horum ego plenam habeo notitiam.

Deianira. Quid est vero, cur nunc ad me venisti?

Nuntius. Consiste et audi: neque enim te frustrata sunt quae prius verba feci, neque, opinor, quae mox facturus sum.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πότερον ἐκείνους δῆτα δεῦρ᾽ αὖθις πάλιν
Καλῶμεν, ἢ μοι ταῖςδέ τ᾽ ἐξειπεῖν θέλεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Σοὶ ταῖςδέ τ᾽ οὐδὲν εἴργεται, τούτους δ᾽ ἔα.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Καὶ δὴ βεβᾶσι, χὼ λόγος σημαινέτω.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἀνὴρ ὅδ᾽ οὐδὲν, ὧν ἔλεξεν ἀρτίως,
Φωνεῖ δίκης ἐς ὀρθὸν, ἀλλ᾽ ἢ νῦν κακὸς,
Ἢ πρόσθεν οὐ δίκαιος, ἄγγελος παρῆν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τί φής; σαφῶς μοι φράζε πᾶν, ὅσον νοεῖς·
Ἃ μὲν γὰρ ἐξείρηκας, ἄγνοιά μ᾽ ἔχει.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τούτου λέγοντος τἀνδρὸς εἰςήκουσ᾽ ἐγὼ,
Πολλῶν παρόντων μαρτύρων, ὡς τῆς κόρης

Deianira. Utrum illos huc denuo vis revocemus? an mihi et his virginibus enarrare libet?

Nuntius. Tibi et his quin dicam, nulla causa est; at illos abire sine.

Deianira. Quin iam abiere: nunc sermo proferatur.

Nuntius. Horum omnium quae homo ille dixit modo, nihil omnino verum est, sed vel nunc mendax est, vel antea nuntius haud verus fuit.

Deianira. Quid ais? liquido mihi ede quodcumque cogitas. Quae enim effatus es, non intelligo.

Nuntius. Hunc virum audivi dicentem multis coram testibus, huius puellae

Ταύτης ἕκατι κεῖνος Εὔρυτόν θ' ἕλοι,
Τήν θ' ὑψίπυργον Οἰχαλίαν. Ἔρως δέ νιν
Μόνος θεῶν θέλξειεν, αἰχμάσαι τάδε,
Οὐ τἀπὶ Λυδοῖς, οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων
Λατρεύματ', οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος·
Ὃ νῦν παρώσας οὗτος ἔμπαλιν λέγει·
Ἀλλ', ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε τὸν φυτοσπόρον
Τὴν παῖδα δοῦναι, κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος,
Ἔγκλημα μικρὸν αἰτίαν θ' ἑτοιμάσας,
Ἐπιστρατεύει πατρίδα τὴν ταύτης, ἐν ᾧ
Τὸν Εὔρυτον τῶνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων,
Κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆςδε, καὶ πόλιν
Ἔπερσε, καί νιν, ὡς ὁρᾷς, ἥκει δόμους
Ἐς τούςδε πέμπων οὐκ ἀφροντίστως, γύναι,
Οὐδ' ὥςτε δούλην· μήτι προςδόκα τάδε,
Οὐδ' εἰκὸς, εἴπερ ἐντεθέρμανται πόθῳ.

gratia Eurytumque et arduam turribus Oechaliam ab Hercule captam fuisse; solumque deorum Amorem ipsum induxisse, bellum hoc ut susciperet, non vero Lydis, neque Omphalae praestitam servilem operam, neque in praeceps dati Iphiti letum. quod ille nunc negligens, prioribus contraria dicit: verum Herculem, ubi patrem persuadere non potuisset, uti sibi filiam concederet, pellicis loco habendam, leve crimen causamque commentum, patriam huius puellae invasisse copiis, propterea quod Eurytus, ut aiebat, ibi obtineret regnum, occidisseque regem, huius patrem, et urbem devastasse. Et nunc, ut vides, domum repetens, puellam hanc praemittit non sine singulari cura, neque ut servam; ne id exspectes, mulier: neque enim verisimile est, quum sit incensus amore.

Ἔδοξεν οὖν μοι πρὸς σὲ δηλῶσαι τὸ πᾶν,
Δέσποιν', ὅ τοῦδε τυγχάνω μαθὼν πάρα·
Καὶ ταῦτα πολλοὶ πρὸς μέσῃ Τραχινίων
Ἀγορᾷ ξυνεξήκουον ὡςαύτως ἐμοὶ,
Ὥςτ' ἐξελέγχειν· εἰ δὲ μὴ λέγω φίλα,
Οὐχ ἥδομαι, τὸ δ' ὀρθὸν ἐξείρηχ' ὅμως.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Οἴ μοι τάλαινα, ποῦ ποτ' εἰμὶ πράγματος;
Τίν' εἰςδέδεγμαι πημονὴν ὑπόστεγον
Λαθραῖον; ὦ δύςτηνος, ἆρ' ἀνώνυμος
Πέφυκεν, ὥςπερ οὑπάγων διώμνυτο,
Ἡ κάρτα λαμπρὰ καὶ κατ' ὄμμα καὶ φύσιν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου ποτὲ
Ἰόλη 'καλεῖτο, τῆς ἐκεῖνος οὐδαμᾶ
Βλάστας ἐφώνει δῆθεν οὐδὲν ἱστορεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Ὄλοιντο μέντοι πάντες οἱ κακοὶ, τάδε

Proinde visum est mihi, hera, totum hoc tibi declarare, quod ab eo didici: et haec multi media in concione Trachiniorum una mecum sic audivere, ut adeo facile sit eum redarguere. Si vero ingrata dico, non laetor equidem, attamen verum prolocutus sum.

Deianira. Hei mihi miserae! quonam in malo versor? quamnam admisi sub tecta pestem occultam? O me infelicem! itane obscuro est illa nomine, ut iurabat, qui eam adduxit, quae forma et genere adeo splendida est?

Nuntius. Patre quidem genita Euryto olim Iole vocabatur, cuius ille scilicet de parentibus nihil inquisivisse se iactabat.

Chorus. Pereant igitur omnes improbi, quicum-

Λαθραῖ' ὅς ἀσκεῖ, μὴ πρέποντ' αὐτῷ, κακά!

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τί χρὴ ποιεῖν, γυναῖκες; ὡς ἐγὼ λόγοις
Τοῖς νῦν παροῦσιν ἐκπεπληγμένη κυρῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Πεύθου, μολοῦσα, τἀνδρὸς, ὡς τάχ' ἂν σαφῆ
Λέξειεν, εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

'Αλλ' εἶμι· καὶ γὰρ οὐκ ἀπὸ γνώμης λέγεις.

ΧΟΡΟΣ.

'Ημεῖς δὲ προςμένωμεν; ἢ τί χρὴ ποιεῖν;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Μίμν', ὡς ἀνὴρ ὅδ', οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων,
'Αλλ' αὐτόκλητος, ἐκ δόμων πορεύεται.

ΛΙΧΑΣ.

Τί χρὴ, γύναι, μολόντα μ' 'Ηρακλεῖ λέγειν;

que sic dolo, quae non decet, moliuntur mala!

Deianira. Quid me facere oportet, mulieres? quippe ego his rebus stupefacta mihi consulere nequeo.

Chorus. Domum ingressa, rem ex homine exquire: namque verum confitebitur illico, si videaris tormenta admovere velle.

Deianira. Ita sane faciam: non enim imprudenter loqueris.

Chorus. Nos vero, opperiemurne hic, aut quid aliud nos facere vis?

Deianira. Mane: hic vir enim, haud a me accitus, sed sponte sua, progreditur foras.

Lichas. Quid me oportet, mulier, renuntiare Hercu-

Δίδαξον, ὡς ἕρποντος (εἰσορᾷς) ἐμοῦ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὡς ἐκ ταχείας, ξὺν χρόνῳ βραδεῖ μολὼν,
Ἄισσεις, πρὶν ἡμᾶς καὶ νεώσασθαι λόγους;

ΛΙΧΑΣ.

Ἀλλ' εἴ τι χρῄζεις ἱστορεῖν, πάρειμ' ἐγώ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἦ καὶ τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας νέμεις;

ΛΙΧΑΣ.

Ἴστω μέγας Ζεὺς, ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τίς ἡ γυνὴ δῆτ' ἐστὶν, ἣν ἥκεις ἄγων;

ΛΙΧΑΣ.

Εὐβοιΐς· ὧν δ' ἔβλαστεν, οὐκ ἔχω λέγειν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὗτος, βλέφ' ὧδε! πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς;

li? doce; nam redeo, ut vides.

Deianira. Itane, vix tandem post longum tempus huc revectus, tam cito abire properas, etiam priusquam sermones instaurare potuimus?

Lichas. At, si quid percontari vis, en ego adsum.

Deianira. An etiam argumentum veritatis affers?

Lichas. Testis mihi sit Iupiter, quidquid mihi cognitum erit.

Deianira. Quaenam ergo est haec femina, quam huc adduxti?

Lichas. Ex Euboea est: quibusnam vero parentibus nata sit, dicere nequeo.

Nuntius. Heus tu, huc respice: quicum loqui te existimas?

ΛΙΧΑΣ.

Σὺ δ' ἐς τί δή με τοῦτ' ἐρωτήσας ἔχεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τόλμησον εἰπεῖν, εἰ φρονεῖς, ἅ σ' ἱστορῶ.

ΛΙΧΑΣ.

Πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν, Οἰνέως
Κόρην, δάμαρτά θ' Ἡρακλέους, εἰ μὴ κυρῶ
Λεύσσων μάταια, δεσπότιν τε τὴν ἐμήν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοῦτ' αὔτ' ἔχρῃζον, τοῦτό σου μαθεῖν. Λέγεις,
Δέσποιναν εἶναι τήνδε σήν;

ΛΙΧΑΣ.

Δίκαια γάρ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τί δῆτα; ποίαν ἀξιοῖς δοῦναι δίκην,
Ἢν εὑρεθῇς ἐς τήνδε μὴ δίκαιος ὤν;

ΛΙΧΑΣ.

Πῶς μὴ δίκαιος; τί ποτε ποικίλας ἔχεις;

Lichas. At tu, cur, sodes, hoc me rogas?

Nuntius. Aude respondere, si sapis, ad id quod te rogo.

Lichas. Cum regina Deianira Oenei filia, uxoreque Herculis, nisi me fallunt oculi, dominaque mea.

Nuntius. Hoc ipsum, hoc ex te audire volebam: aisne dominam hanc esse tuam?

Lichas. Iure quidem.

Nuntius. Quid deinde? Quonam supplicio te dignum esse fateberis, si erga hanc iniustus esse deprehendaris?

Lichas. Qui iniustus? quas mihi narras ambages?

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐδέν· σὺ μέν τοι κάρτα τοῦτο δρῶν κυρεῖς.

ΛΙΧΑΣ.

Ἄπειμι· μῶρος δ' ἦν πάλαι, κλύων σέθεν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐ, πρίν γ' ἂν εἴπῃς ἱστορούμενος βραχύ.

ΛΙΧΑΣ.

Λέγ', εἴ τι χρῄζεις· καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τὴν αἰχμάλωτον, ἣν ἔπεμψας ἐς δόμους,
Κάτοισθα δή που;

ΛΙΧΑΣ.

Φημί· πρὸς τί δ' ἱστορεῖς;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὔκουν σὺ ταύτην, ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὁρᾷς,
Ἰόλην ἔφασκες, Εὐρύτου σποράν, ἄγειν;

ΛΙΧΑΣ.

Ποίοις ἐν ἀνθρώποισι; τίς, πόθεν μολὼν,

NUNTIUS. Nullas equidem: at tu iamdudum id agis.

LICHAS. Quin abeo. ac stultus modo fui, cum tibi aurem commodarem.

NUNTIUS. Haud sane abibis, priusquam breve quid rogatus responderis.

LICHAS. Dic, si quid vis: nam linguae temperare non potes.

NUNTIUS. Captivam illam, quam deduxisti domum, nosti scilicet?

LICHAS. Quidni? Qua vero id sciscitaris gratia?

NUNTIUS. Nonne tu hanc, cui ignorantia tua prospicis, Iolen professus es, Euryti prolem, adducere?

LICHAS. Quos inter homines? Quis, et unde, huc ve-

Σοὶ μαρτυρήσει ταῦτά μου κλύειν πάρα;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πολλοῖσιν ἀστῶν ἐν μέσῃ Τραχινίων
Ἀγορᾷ· πολύς σου ταῦτά γ' εἰσήκουσ' ὄχλος.

ΛΙΧΑΣ.

Ναί.
Κλύειν γ' ἔφασκον· ταυτὸ δ' οὐχὶ γίγνεται,
Δόκησιν εἰπεῖν, κἀξακριβῶσαι λόγον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ποίαν δόκησιν; οὐκ, ἐπώμοτος λέγων,
Δάμαρτ' ἔφασκες Ἡρακλεῖ ταύτην ἄγειν;

ΛΙΧΑΣ.

Ἐγὼ δάμαρτα; πρὸς θεῶν, φράσον, φίλη
Δέσποινα, τόνδε, τίς ποτ' ἐστὶν ὁ ξένος.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὃς σου παρὼν ἤκουσεν, ὡς ταύτης πόθῳ
Πόλις δαμείη πᾶσα, κοὐχ ἡ Λυδία
Πέρσειεν αὐτήν, ἀλλ' ὁ τῆσδ' ἔρως φανείς.

niet, qui tibi testis sit haec ex me audiisse?

Nuntius. Multos inter cives, Trachiniorum media in concione; plurima ex te haec audivit multitudo.

Lichas. Fateor: istud me audiisse dixi; at longe diversum est, opinionem referre, et rem ut certam affirmare.

Nuntius. Quam mihi narras opinionem? Nonne iureiurando firmasti quod aiebas, Herculis coniugem te hanc adducere?

Lichas. Coniugem autem ego? per deos obsecro, cara hera, dic, quis tandem est hic hospes?

Nuntius. Qui praesens ex te audiit, ut illius ob cupidinem urbs domita fuerit tota, neque eam vastarit Lydia, sed huius amor.

ΛΙΧΑΣ.

Ὤνθρωπος, ὦ δέσποιν', ἀποστήτω· τὸ γὰρ
Νοσοῦντι ληρεῖν, ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Μή, πρὸς σὲ τοῦ κατ' ἄκρον Οἰταῖον νάπος
Διὸς καταστράπτοντος, ἐκκλέψῃς λόγον!
Οὐ γὰρ γυναικὶ τοὺς λόγους ἐρεῖς κακῇ,
Οὐδ', ἥ τις οὐ κάτοιδε τἀνθρώπων, ὅτι
Χαίρειν πέφυκεν οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεί.
Ἔρωτι μέν νυν ὅςτις ἀντανίσταται,
Πύκτης ὅπως, ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ·
Οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν, ὅπως θέλει,
Κἀμοῦ γε· πῶς δ' οὐ χἀτέρας, οἵως γ' ἐμοῦ;
Ὥςτ', εἴ τι τοὐμὸν τἀνδρὶ, τῇδε τῇ νόσῳ
Ληφθέντι, μεμπτόν ἐστι, κάρτα μαίνομαι,
Ἢ τῇδε τῇ γυναικὶ, τῇ μεταιτίᾳ
Τὸ μηδὲν αἰσχροῦ, μηδ' ἐμοὶ κακοῦ τινος.

LICHAS. Hominem hunc, o hera, facessere hinc iube: quippe cum aegroto nugas agere, viri non est sapientis.

DEIANIRA. Quod te per Iovem summo in Octae fulgurantem nemore, ne hanc rem me celes! non enim mulieri verum fateberis malae, nec, quae sortem humanam ignoret, ut non iisdem semper gaudeamus. Et vero quicumque cum Amore, velut pugil, conserit manus, non recte sapit. Ille enim etiam deos imperio regit, prout vult, meque pariter; quidni et alteram, sicut me? Quare si coniugem meum, hoc morbo correptum, quidpiam accusem, profecto insaniam, aut hanc feminam, quae nullius mihi nec probri, nec causa fuit mali. Non

Οὐκ ἔστι ταῦτ'. Ἀλλ', εἰ μὲν ἐκ κείνου μαθὼν
Ψεύδει, μάθησιν οὐ καλὴν ἐκμανθάνεις·
Εἰ δ' αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις, ὅταν
Θέλῃς γενέσθαι χρηστὸς, ὀφθήσει κακός.
Ἀλλ' εἰπὲ πᾶν τἀληθές· ὡς ἐλευθέρῳ,
Ψευδεῖ καλεῖσθαι, κὴρ πρόσεστιν οὐ καλή.
Ὅπως δὲ λήσεις, οὐδὲ τοῦτο γίγνεται·
Πολλοὶ γὰρ, οἷς εἴρηκας, οἳ φράσουσ' ἐμοί.
Κεἰ μὲν δέδοικας, οὐ καλῶς ταρβεῖς, ἐπεὶ
Τὸ μὴ πυθέσθαι, τοῦτό μ' ἀλγύνειεν ἄν·
Τὸ δ' εἰδέναι, τί δεινόν; οὐχὶ χἀτέρας
Πλείστας ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς ἔγημε δή;
Κοὔπω τις αὐτῶν ἔκ γ' ἐμοῦ λόγον κακὸν
Ἠνέγκατ', οὐδ' ὄνειδος· ἥδε τ', οὐδ' ἂν εἰ
Κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν, ἐπεί σφ' ἐγὼ
Ὤικτειρα δὴ μάλιστα προςβλέψασ', ὅτι
Τὸ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσε,

ita sum comparata. Sane igitur, siquidem ab illo edoctus mentiris, pravam cepisti disciplinam: sin ipse temet ita erudis, quando voles verax esse, mendax videberis. Quin loquere quidquid veri est: ingenuo enim homini, mendacem vocari, turpis est nota. Quod autem fallere te speres, ne hoc quidem licet: multi enim sunt, quibus dixisti, a quibus resciscam. Sin te cohibet metus, frustra metuis: nam si certior fieri nequeam, id me urat male: si vero rem comperiam, quid tam acerbum est? nonne et alias plurimas maritus unus duxit Hercules? quarum nulla umquam ex me verbum malum, probrumve tulit; nec feret ista tandem, ne si quidem illius amor Herculis animo penitus insederit: illius enim miseret me maxime considerantem, ut formae decus fortunam

Καὶ γῆν πατρῴαν οὐχ ἑκοῦσα δύςμορος
Ἔπερσε κἀδούλωσεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν
Ῥείτω κατ' οὖρον· σοὶ δ' ἐγὼ φράζω, κακὸν
Πρὸς ἄλλον εἶναι, πρὸς δ' ἔμ' ἀψευδεῖν ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

Πείθου λεγούσῃ χρηστὰ, κοὐ μέμψει χρόνῳ
Γυναικὶ τῇδε, κἀπ', ἐμοῦ κτήσει χάριν.

ΛΙΧΑΣ.

Ἀλλ', ὦ φίλη δέσποιν', ἐπεί σε μανθάνω
Θνητὴν φρονοῦσαν θνητὰ, κοὐκ ἀγνώμονα,
Πᾶν σοι φράσω τἀληθὲς, οὐδὲ κρύψομαι.
Ἔστιν γὰρ οὕτως, ὥςπερ οὗτος ἐννέπει·
Ταύτης ὁ δεινὸς ἵμερός ποθ' Ἡρακλῆ
Διῆλθε, καὶ τῆςδ' οὕνεχ' ἡ πολύφθορος
Καθῃρέθη πατρῷος Οἰχαλία δορί.
Καὶ ταῦτα (δεῖ γὰρ καὶ τὸ πρὸς κείνου λέγειν)

eius pessum dederit, atque nolens misera patriam suam vastarit et in servitutem redegerit. Haec igitur eant, quocunque voluerint; tibique dico, erga quemvis alium malus ut sit, at mihi semper veritatem dicas.

Chorus. Obtempera recta huic monenti; quod si feceris, neque ab hac muliere culpaberis, et a me inibis gratiam.

Lichas. At, o cara domina, quoniam te video mortalem mortalia sapere, haud imprudentem, rem tibi omnem eloquar vere, neque celabo quidquam. Est enim ita, quemadmodum homo hicce dicit: illius impotens amor Herculem invasit olim, eaque ut potiretur, aerumnosam Oechaliam, paternam illius sedem, bello diruit. Et ista (aequum est enim me etiam, quae illius causae favent, dicere) nec iussit ipse silentio

Οὔτ' εἶπε κρύπτειν, οὔτ' ἀπηρνήθη ποτὲ,
Ἀλλ' αὐτὸς, ὦ δέσποινα, δειμαίνων τὸ σὸν
Μὴ στέρνον ἀλγύνοιμι τοῖσδε τοῖς λόγοις,
Ἥμαρτον, εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις·
Ἐπεί γε μὲν δὴ πάντ' ἐπίστασαι λόγον,
Κείνου τε καὶ σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν,
Καὶ στέργε τὴν γυναῖκα, καὶ βούλου λόγους,
Οὓς εἶπας ἐς τήνδ', ἐμπέδως εἰρηκέναι·
Ὡς τἄλλ' ἐκεῖνος πάντ' ἀριστεύων χεροῖν
Τοῦ τῆσδ' ἔρωτος εἰς ἅπαξ ἥσσων ἔφυ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἀλλ' ὧδε καὶ φρονοῦμεν, ὥςτε ταῦτα δρᾶν,
Κοὔ τοι νόσον γ' ἐπακτὸν ἐξαρούμεθα,
Θεοῖσι δυςμαχοῦντες. Ἀλλ' ἔσω στέγης
Χωρῶμεν, ὡς λόγων τ' ἐπιστολὰς φέρῃς,
Ἅ τ' ἀντὶ δώρων δῶρα χρὴ προσαρμόσαι,
Καὶ ταῦτ' ἄγῃς· κενὸν γὰρ οὐ δίκαιά σε
Χωρεῖν, προσελθόνθ' ὧδε σὺν πολλῷ στόλῳ.

premere, nec infitiatus est umquam: sed ego ultro, o hera, veritus ne animum tuum hac re angerem, peccavi, si peccatum hoc censes; at vero quandoquidem nunc rem omnem nosti, quod illius tuaque pariter interest, feminam hanc fer aequo animo, et quae de illa modo dixisti, firmiter dixisse velis: ille enim ceterorum victor certaminum, huius amore semel devictus est.

Deianira. Et hic quidem mihi est animus, ut ita faciam: neque augebimus malum extrinsecus invectum, deis male resistentes. Sed intro eamus, ut et tibi dicam quae te verbis meis illi renuntiare velim, muneraque concinnem, quae tu illi feras eorum vice quae misit mihi. Haud enim consentaneum est, inanem te abire, qui huc veneris cum tanto commeatu.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται
Νίκας ἀεί. Καὶ τὰ μὲν θεῶν
Παρέβαν, καὶ, ὅπως Κρονίδαν
Ἀπάτασεν, οὐ λέγω,
Οὐδὲ τὸν ἔννυχον Ἅιδαν,
Οὐ Ποσειδάωνα τινάκτορα γαίας·
Ἀλλ' ἐπὶ τάνδ' ἄρ' ἄκοιτιν
Ἀμφίγυοι κατέβαν πρὸ γάμων τινὲς,
Πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἐξ-
ῆλθον ἄεθλ' ἀγώνων.

ἀντιστρ. Ὁ μὲν ἦν ποταμοῦ σθένος, ὑψίκερω
Τετράορον φάσμα ταύρου,
Ἀχελῶος ἀπ' Οἰνιαδᾶν·
Ὁ δὲ Βακχίας ἀπὸ
Ἦλθε παλίντονα Θήβας
Τόξα καὶ λόγχας ῥόπαλόν τε τινάσσων,
Παῖς Διός· οἳ τότ' ἀελλεῖς
Ἦϊσαν, ἱέμενοι λεχέων· μόνα

Chorus. Maximam semper victoriam reportat Venus; et deos quidem praetermitto, neque, ut Iovem deleniverit, dicam, nocturnumve Plutonem, aut Neptunum quassatorem terrae; verum huiusce mulieris flagrantes cupidine in certamen descenderunt, nuptiarum causa, validissimi iuvenes, omnimodisque depugnarunt conflictibus. Alter quidem erat Fluvii robur, quadrupedis tauri forma, altis cornibus praediti, Achelous ab Oeniadis: alter autem Bacchicis venit a Thebis, resilientes arcus, hastiliaque et clavam quatiens, Iovis filius; qui tum turbidi concurrerunt, thalamis potiri cupientes; cum

Δ' εὔλεκτρος ἐν μέσῳ Κύπρις
'Ραβδονομεῖ ξυνοῦσα.

ἐπῳδός. Τότ' ἦν χερὸς, ἦν δὲ τόξων
Πάταγος, ταυρέων τ' ἀνάμιγα κεράτων·
Ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες,
Ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
Πλήγματα· καὶ στόνος ἀμφοῖν·
Τὸ δ' ἀμφινείκητον ὄμμα νύμφας
Ταλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ
'Ελεινὸν ἦστο, προσμένουσ' ἀκοίταν
('Εγὼ δὲ, μάτηρ μὲν οἷα, φράζω)·
Κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν,
Ὥστε πόρτις ἐρήμα.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἦμος, φίλαι, κατ' οἶκον ὁ ξένος θροεῖ
Ταῖς αἰχμαλώτοις παισὶν, ὡς ἐπ' ἐξόδῳ,
Τῆμος θυραῖος ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρα,
Τὰ μὲν φράσουσα, χερσὶν ἁτεχνησάμην,
Τὰ δ', οἷα πάσχω, ξυγκατοικτιουμένη.

sola, arbitra, media stetit fortunatarum nuptiarum conciliatrix, Venus.

Tunc erat manuum, erat et arcuum, mixtusque taurinorum strepitus cornuum; erant etiam luctationes utrinque constringentes, erantque capitum horribiles ictus, et gemitus amborum. At puella, propositum certaminis praemium, conspicuo in colle sedebat, miseranda, coniugem expectans (dico autem, quae mihi mater), atque a matre statim discessit, ceu deserta vitula.

Deianira. Dum, carae virgines, hospes ille intus adloquitur captivas puellas, ut qui abitum paret, interea foras prodii clam ad vos, tum, ut enarrem, quas struxi machinas, tum, ut, quae patior, infortunia vobiscum deplorem. Vir-

[redacted]

Κόρην γὰρ, οἶμαί γ', οὐκ ἔτ', ἀλλ' ἐζευγμένην
Παρεισδέδεγμαι, φόρτον ὥστε ναυτίλος,
Λωβητὸν ἐμπόλημα τῆς ἐμῆς φρενός.
Καὶ νῦν δύ' οὖσαι μίμνομεν μιᾶς ὑπὸ
Χλαίνης ὑπαγκάλισμα· τοιάδ' Ἡρακλῆς,
Ὁ πιστὸς ἡμῖν κἀγαθὸς τελούμενος,
Οἰκούρι' ἀντέπεμψε τοῦ μακροῦ χρόνου.
Ἐγὼ δὲ θυμοῦσθαι μὲν οὐκ ἐπίσταμαι
Νοσοῦντι κείνῳ πολλὰ τῇδε τῇ νόσῳ·
Τὸ δ' αὖ ξυνοικεῖν τῇδ' ὁμοῦ, τίς ἂν γυνὴ
Δύναιτο, κοινωνοῦσα τῶν αὐτῶν γάμων;
Ὁρῶ γὰρ ἥβην τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω,
Τὴν δὲ φθίνουσαν· ὧν ἀφαρπάζειν φιλεῖ
Ὀφθαλμὸς ἄνθος, τῶν δ' ὑπεκτρέπειν πόδα.
Ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς
Ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ.

ginem enim, puto, haudquaquam amplius, sed iugali nexam vinculo, ad me male recepi, onus velut nauclerus, damnosam mercem animo meo. Et nunc nos duae manemus una sub stragula unius amplexus: talem Hercules, ille nobiscum initiatus, tanquam fidus et bonus, diuturnae domus custodiae mercedem remisit. Ego vero succensere quidem illi non soleo, qui toties laboravit hoc ipso morbo: at una in domo cum ista habitare, quae mulier sustineat umquam, in partem admittens eam eiusdem connubii? Illam enim ea esse aetate video, quae in dies fiat vegetior, me vero marcescente: cuius florem quidem decerpere amat oculus, ab hac vero aversum reflectere pedem. Hoc igitur metuo, ne coniux quidem meus verbo sit Hercules, re autem vir adolescentulae. Verum

Ἀλλ' οὐ γὰρ, ὥςπερ εἶπον, ὀργαίνειν καλὸν
Γυναῖκα νοῦν ἔχουσαν· ᾗ δ' ἔχω, φίλαι,
Λυτήριον λύπημα, ταῦθ' ὑμῖν φράσω.
Ἦν μοι παλαιὸν δῶρον ἀγρίου ποτὲ
Θηρὸς, λέβητι χαλκέῳ κεκρυμμένον,
Ὃ, παῖς ἔτ' οὖσα, τοῦ δασυστέρνου παρὰ
Νέσσου φθίνοντος ἐκ φόνων ἀνειλόμην,
Ὃς τὸν βαθύῤῥουν ποταμὸν Εὔηνον βροτοὺς
Μισθοῦ 'πόρευε χερσὶν, οὔτε πομπίμοις
Κώπαις ἐρέσσων, οὔτε λαίφεσιν νεώς.
Ὃς κἀμὲ, τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον
Ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην,
Φέρων ἐπ' ὤμοις ἔννυχ', ἐν μέσῳ πόρῳ,
Ψαύει ματαίαις χερσίν· ἐκ δ' ἤϋσ' ἐγὼ,
Χὠ Ζηνὸς εὐθὺς παῖς ἐπιστρέψας, χεροῖν
Ἧκεν κομήτην ἰόν· ἐς δὲ πνεύμονας
Στέρνων διεῤῥοίζησεν· ἐκθνήσκων δ' ὁ θὴρ

haec mitto: non enim, ut dixi dudum, irasci decet cordatam mulierem: qua vero ratione possim huic aegritudini mederi, eam vobis dicam. Erat mihi donum antiquum feri Centauri, lebete aereo conditum, quod olim, adolescentula cum adhuc essem, hirsuti ex Nessi morientis vulnere sustuleram; qui per profundum amnem Euenum homines pacta mercede transmittebat, manuum, non remorum ope scindens vada, nec nauticis utens velis. Is et me, quum, patris iussu, Herculem primum, segregata, sequerer, in humeros suscepit noctu, medioque in freto coepit adtrectare manibus improbis: at ego exclamavi; et Iovis protinus filius conversus, manibus emisit alatam sagittam, quae cum stridore per pectus usque ad pulmonem traiecta est feri. Hic autem ipsa in morte talia

Τοσοῦτον εἶπε· Παῖ γέροντος Οἰνέως,
Τοσόνδ' ὀνήσει τῶν ἐμῶν, ἐὰν πίθῃ,
Πορθμῶν, ὅθ' οὕνεχ' ὑστάτην σ' ἔπεμψ' ἐγώ·
Ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν
Σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσὶν, ᾗ μελαγχόλους
Ἔβαψεν ἰοὺς θρέμμα Λερναίας ὕδρας,
Ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
Τῆς Ἡρακλείας, ὥςτε μή τιν' εἰςιδὼν
Στέρξει γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον. —
Τοῦτ' ἐννοήσασ', ὦ φίλαι (δόμοις γὰρ ἦν,
Κείνου θανόντος, ἐγκεκλεισμένον καλῶς),
Χιτῶνα τόνδ' ἔβαψα, προςβαλοῦσ', ὅσα
Ζῶν κεῖνος εἶπε· καὶ πεπείρανται τάδε.
Κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγὼ,
Μήτ' ἐκμάθοιμι, τάς τε τολμώσας στυγῶ·
Θέλκτροις δ' ἐάν πως τήνδ' ὑπερβαλώμεθα,
Μεμηχάνηται τοὔργον, εἴ τι μὴ δοκῶ

mihi locutus est: Filia senis Oenei, hoc lucri facies mea ex transvectione, si parueris, quando novissimam te transmisi; si enim vulneris mei sanguinem abstuleris concretum, quo loco tabem instillavit atram Lernaea hydra, erit tibi mulcimentum hoc Herculeae mentis, adeo ut nullam aliam contuitus feminam, eam magis quam te amet. Hoc quum in animum revocassem, amicae (nam ex quo ille mortuus, domi inclusum servatum mihi fuerat sedulo), tunicam hanc eo tinxi, adhibitis omnibus, quae is, dum viveret, dixit, et iam haec confecta sunt. Malas autem artes neque exerceam umquam, neque addiscam; et quaecumque eo provehuntur audaciae, odi: philtris autem si forte hanc puellam superare valeam, ideo feci, nisi vobis videor

Πράσσειν μάταιον· εἰ δὲ μὴ, πεπαύσεται.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἴ τις ἐστὶ πίστις ἐν τοῖς δρωμένοις,
Δοκεῖς παρ' ἡμῖν οὐ βεβουλεῦσθαι κακῶς.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Οὕτως ἔχει γ' ἡ πίστις, ὡς τὸ μὲν δοκεῖν
Ἔνεστι, πεῖρα δ' οὐ προςωμίλησά πω.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἰδέναι χρὴ δρῶσαν, ὡς οὐδ', εἰ δοκεῖς
Ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶμα, μὴ πειρωμένη.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἀλλ' αὐτίκ' εἰσόμεσθα· τόνδε γὰρ βλέπω
Θυραῖον ἤδη· διὰ τάχους δ' ἐλεύσεται.
Μόνον παρ' ὑμῶν εὖ στεγοίμεθ', ὡς σκότῳ
Κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς, οὔ ποτ' αἰσχύνῃ πεσεῖ.

ΛΙΧΑΣ.

Τί χρὴ ποιεῖν, σήμαινε, τέκνον Οἰνέως,
Ὡς ἐσμὲν ἤδη τοι μακρῷ χρόνῳ βραδεῖς.

male haec moliri; sin vero, ab incepto desistam.

Chorus. Sane, si qua his fidem experientia facit, videris nobis haud malum consilium iniisse.

Deianira. Fides quidem ea est, ut sic futurum esse opiner; at nondum periculum feci.

Chorus. At factis scire oportet: nam ne opinari quidem potes, si te posse forte putas, re non explorata.

Deianira. At mox sciemus: illum enim video foras egressum iam, iterque ad Herculem celeriter conficiet. Tantum haec vos tacita premite fide: nam in tenebris turpia licet facias, haud tamen in probrum incides.

Lichas. Quid me facere velis, significa, filia Oenei: nam longum iam, ut voluisti, tempus tardi moramur.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἀλλ' αὐτὰ δή σοι ταῦτα καὶ πράσσω, Λίχα,
Ἕως σὺ ταῖς ἔσωθεν ἠγορῶ ξέναις,
Ὅπως φέρῃς μοι τόνδε γ' εὐϋφῆ πέπλον
Δώρημ' ἐκείνῳ τἀνδρὶ τῆς ἐμῆς χερός.
Διδοὺς δὲ τόνδε, φράζ', ὅπως μηδεὶς βροτῶν
Κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ,
Μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου,
Μήθ' ἕρκος ἱερὸν, μήτ' ἐφέστιον σέλας,
Πρὶν κεῖνος αὐτὸν φανερὸς ἐμφανῆ σταθεὶς
Δείξῃ θεοῖσιν ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ·
Οὕτω γὰρ εὔγμην, εἴ ποτ' αὐτὸν ἐς δόμους
Ἴδοιμι σωθέντ', ἢ κλύοιμι, πανδίκως
Στέλειν χιτῶνι τῷδε, καὶ φανεῖν θεοῖς
Θυτῆρα καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι.
Κἀν τῶνδ' ἀποίσεις εἶμ', ὃ κεῖνος εὐμαθὲς
Σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἐπ' ὄμμα θήσεται.
Ἀλλ' ἕρπε, καὶ φύλασσε πρῶτα μὲν νόμον,

Deianira. At eadem haec tecum, Licha, curo, dum tu intus cum peregrinis confabularis feminis: ut mea causa feras hanc pulchre textam tunicam donum illi viro manus meae. Quumque hanc dabis, mone, ut ne quis mortalium prior illo induat hanc corpori, neque adspiciat hanc ne solis quidem iubar, neque sacrum delubrum, nec Laris familiaris focus, priusquam ipse conspicuus conspicuam illam ostenderit deis, qua die tauros mactabit; sic enim vovi, si quando illum cernerem, vel audirem incolumem domum reversum, me eum sane amicturam hac veste exhibituramque deis novum novo cum ornatu sacrificum. Atque in hocce perferes peplum, de quo ille hoc sigilli circulo facile edocebitur. Sed abi, et serva inprimis legem,

Τὸ μὴ 'πιθυμεῖν, πομπὸς ὢν, περισσὰ δρᾷν·
Ἔπειθ', ὅπως ἂν ἡ χάρις κείνου τέ σοι
Κἀμοῦ ξυνελθοῦσ', ἐξ ἁπλῆς διπλῆ φανῇ.

ΛΙΧΑΣ.

Ἀλλ', εἴπερ Ἑρμοῦ τήνδε πομπεύω τέχνην
Βέβαιον, οὔ τι μὴ σφαλῶ γ' ἐν σοί ποτε,
Τὸ μὴ οὐ τόδ' ἄγγος, ὡς ἔχει, δεῖξαι φέρων,
Λόγων τε πίστιν, ὧν λέγεις, ἐφαρμόσαι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Στείχοις ἂν ἤδη· καὶ γὰρ ἐξεπίστασαι
Τά γ' ἐν δόμοισιν ὡς ἔχοντα τυγχάνει.

ΛΙΧΑΣ.

Ἐπίσταμαί τε καὶ φράσω σεσωσμένα.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν
Προςδέγματ', αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως.

ΛΙΧΑΣ.

Ὥςτ' ἐκπλαγῆναι τοὐμὸν ἡδονῇ κέαρ.

non affectandi, nuntius quum sis, quidquam praeter mandata agere; deinde cura, ut gratia illiusque tibi et mea collata ex simplice duplex fiat.

Lichas. At, si constanti fide hoc Mercurii fungor munere, haud umquam erga te delinquam, quin cistam, ut se habet, offeram, verbaque adiungam fideliter, quae dixisti mihi.

Deianira. Quin vade iam: probe enim nosti, quo in statu res sit domi.

Lichas. Novi, et salva dicam omnia.

Deianira. Quin nosti etiam, qui adspexisti, ut peregrinam illam puellam benevolo animo exceperim domo.

Lichas. Ita, ut prae gaudio cor meum obstupuerit.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τί δῆτ' ἂν ἄλλο γ' ἐννέποις; δέδοικα γὰρ,
Μὴ πρῴ λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ,
Πρὶν εἰδέναι, τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'. Ὦ ναύλοχα καὶ πετραῖα
Θερμὰ λουτρὰ καὶ πάγους
Οἴτας περιναιετάοντες,
Οἵ τε μέσσαν Μηλίδα πὰρ λίμναν,
Χρυσαλακάτου τ' ἀκτὰν κούρας,
Ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ
Πυλάτιδες κλέονται,

ἀντιστρ. α'. Ὁ καλλιβόας τάχ' ὑμῖν
Αὐλὸς, οὐκ ἀναρσίαν
Ἰάχων καναχὰν, ἐπάνεισιν,
Ἀλλὰ θείας ἀντίλυρον μούσας·
Ὅδε γὰρ Διὸς Ἀλκμήνας τε κόρος
Σεῦται, πάσας ἀρετᾶς
Λάφυρ' ἔχων, ἐπ' οἴκους·

Deianira. Ecquid aliud praeterea dices? metuo enim, ne prius quantum flagrem illius desiderio dixeris, quam scias, num pari teneatur mei desiderio.

Chorus. O qui maritima et saxosa calida balnea, Oetaeque adcolitis iuga, quique medium Maliacum ad sinum, et litus innuptae deae, aureae pharetra decorae, ubi celebratur Graecorum ad Pylas conventus,

Dulcisona iam vobis tibia, haud illaetabilem edens cantum, redibit, sed divinae aemulum musae: Iovis enim hic et Alcmenae filius properat domum, omnigenae virtutis spolia nactus:

στροφὴ β'. Ὃν ἀπόπτολιν εἴχομεν πάντᾳ,
Δυοκαιδεκάμηνον ἀμμένουσαι
Χρόνον, πελάγιον, ἴδριες οὐδέν·
Ἁ δέ τοι φίλα δάμαρ τάλαινα,
Δυστάλαινα καρδίαν,
Πάγκλαυστος αἰὲν ὤλλυτο·
Νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς
Ἐξόλλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν.

ἀντιστρ. β'. Ἀφίκοιτ', ἀφίκοιτο, μὴ σταίη
Πολύκωπον ὄχημα ναὸς αὐτῷ,
Πρὶν τάνδε ποτὶ πόλιν ἀνύσειε,
Νασιῶτιν ἑστίαν ἀμείψας,
Ἔνθα κλῄζεται θυτήρ·
Ὅθεν μόλοι πανίμερος,
Παμπειθὴς, παγχρίστῳ
Συγκραθεὶς, ἐπὶ προφάσει, θηρός.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Γυναῖκες, ὡς δέδοικα, μὴ περαιτέρω

Quem peregre profectum, pelagi emensum spatia, totos duodecim mensium exspectavimus orbes, nihildum de eo scientes. Illius vero cara uxor misera, heu! miserum cor oppressa luctu, inexpletum lacrimans tabescebat: nunc vero Mars amoris oestro percitus vitam eius laboriosam prorsus perdidit.

Adveniat, adveniat actutum, neque usquam illius consistat multis acta remis ratis, antequam hanc ad urbem cursum confecerit, insulari relicta ara, ubi sacris operari dicitur, unde adveniat omnino amans, omnino persuasus, omnia quippe membra delibutus, sub praetextu, semiferi pharmaco!

Deianira. Mulieres, quam metuo, ne ultra quam opor-

Πεπραγμέν' ἦ μοι πάνθ', ὅσ' ἀρτίως ἔδρων!

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἐστὶ, Δηάνειρα, τέκνον Οἰνέως;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Οὐκ οἶδ'· ἀθυμῶ δ', εἰ φανήσομαι τάχα
Κακὸν μέγ' ἐκπράξασ' ἀπ' ἐλπίδος καλῆς.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ δή τι τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Μάλιστά γ'· ὥςτε μή ποτ' ἂν προθυμίαν
Ἄδηλον ἔργου τῳ παραινέσαι λαβεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Δίδαξον, εἰ διδακτὸν, ἐξ ὅτου φοβεῖ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον αὖ φράσω,
Γυναῖκες, ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.
Ὧι γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως
Ἔχριον ἀργῆτ', οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ,

tuit confecta sint mihi omnia, quae dudum feci!

Chorus. Quidnam est, Deianira, filia Oenei?

Deianira. Nescio: sed anxia sum animi, ne brevi comperiar magnum malum fecisse, spe bona impulsa.

Chorus. Numquid propter illa Herculi missa dona?

Deianira. Maxime sane; adeo ut nulli umquam auctor esse velim, ut rem, cuius incertus sit eventus, promto aggrediatur animo.

Chorus. Doce, si fas est, quid id est, quod times.

Deianira. Qualem rursus enarrabo vobis, mulieres, accidit res dictu mirabilis, quam numquam sperassetis. Quod enim ad unguendam tunicam modo adhibui niveam, ovis lanosum vellus,

Τοῦτ' ἠφάνισται, διάβορον πρὸς οὐδενὸς
Τῶν ἔνδον, ἀλλ' ἐδεστὸν ἐξ αὑτοῦ φθίνει,
Καὶ ψῆ κατ' ἄκρας σπιλάδος. Ὡς δ' εἰδῆς ἅπαν,
Ἧι ταῦτ' ἐπράχθη, μείζον' ἐκτενῶ λόγον.
Ἐγὼ γὰρ ὧν ὁ θήρ με Κένταυρος, πονῶν
Πλευρὰν πικρᾷ γλωχῖνι, προὐδιδάξατο,
Παρῆκα θεσμῶν οὐδὲν, ἀλλ' ἐσωζόμην,
Χαλκῆς ὅπως δύσνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν.
Κἀμοὶ τάδ' ἦν πρόῤῥητα, καὶ τοιαῦτ' ἔδρων,
Τὸ φάρμακον τοῦτ' ἄπυρον ἀκτῖνός τ' ἀεὶ
Θερμῆς, ἄθικτόν τ' ἐν μυχοῖς σώζειν ἐμὲ,
Ἕως ἂν ἀρτίχριστον ἁρμόσαιμί που.
Κἄδρων τοιαῦτα· νῦν δ', ὅτ' ἦν ἐργαστέον,
Ἔχρισα μὲν καθῆκον ἐν δόμοις κρυφῇ
Μαλλῷ, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην,
Κἄθηκα συμπτύξασ' ἀλαμπὲς ἡλίου
Κοίλῳ ζυγάστρῳ δῶρον, ὥσπερ εἴδετε.

id evanuit, non comminutum a domesticorum ullo, sed sponte sua absumtum contabuit, et extenuatum decidit de saxo, cui fuerat impositum. Ut vero scias omnia sicut acta sunt, rem longius repetam. Ego enim, quos olim me docuerat ferus ille Centaurus, quum traiectus acri sagitta latus doleret, omisi rituum eorum nullum, sed servavi, tanquam aerea in tabella indelebile scriptum. Et haec erant praemonstrata, sicque etiam feci, virus ut hoc et procul a tepidis solis radiis et intactum semper, intimis servarem in penetralibus, donec recens adunctum alicubi applicandum esset. Et haec rite observavi: nunc autem, quum usus venisset, intus domum, ut decuit, clam unxi tunicam, lana utens e domesticae pecudis vellere, et complicatum in vacua cista condidi solis intactum radiis donum, ut vi-

Ἔσω δ' ἀποστείχουσα, δέρκομαι φάτιν
Ἄφραστον, ἀξύμβλητον ἀνθρώπῳ μαθεῖν·
Τὸ γὰρ κάταγμα τυγχάνω ῥίψασά πως
Τῆς οἰὸς, ᾧ προὔχριον, ἐς μέσην φλόγα
Ἀκτῖνος ἡλιῶτιν· ὡς δ' ἐθάλπετο,
Ῥεῖ πᾶν ἄδηλον, καὶ κατέψηκται χθονὶ,
Μορφῇ μάλιστ' εἰκαστὸν, ὥστε πρίονος
Ἐκβρώματ' ἂν βλέψειας ἐν τομῇ ξύλου·
Τοιόνδε κεῖται προπετές· ἐκ δὲ γῆς, ὅθεν
Προὔκειτ', ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροὶ,
Γλαυκῆς ὀπώρας ὥστε πίονος ποτοῦ
Χυθέντος ἐς γῆν Βακχίας ἀπ' ἀμπέλου·
Ὥστ' οὐκ ἔχω τάλαιν' ὅποι γνώμης πέσω·
Ὁρῶ δέ μ' ἔργον δεινὸν ἐξειργασμένην.
Πόθεν γὰρ ἄν ποτ', ἀντὶ τοῦ, θνήσκων ὁ θὴρ
Ἐμοὶ παρέσχ' εὔνοιαν, ἧς ἔθνησχ' ὕπερ;
Οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ τὸν βαλόντ' ἀποφθίσαι

distis. Postquam autem intro redii, video rem infandam, quamque nemo mente concipere possit: forte enim pecudis lanam, qua tunica peruncta fuit, proieceram medium in teporem sideris solarem, quae simulac concaluit, diffluit tota nescio quo modo, et comminuta dilabitur humi, proxime ad eam formam, qua ligni scobem videas, quod serra secatur; ita iacuit humi decidua; at e solo, ubi proiecta iacebat, effervent bullosae spumae, haud secus ac si glauco in autumno pinguis liquor in terram effundatur e Bacchica vite. Quapropter nescio misera quid potius cogitem: cerno enim me facinus immane perpetrasse. Unde etiam, quaeso, quave gratia moriens ille semifer mihi praestaret benivolentiam, quae necis illi caussa eram? Non ita est: sed eum, a quo traiectus fuerat, perdere

Χρήζων, ἔθελγέ μ'· ὧν ἐγὼ μεθύστερον,
Ὅτ' οὐκ ἔτ' ἀρκεῖ, τὴν μάθησιν ἄρνυμαι·
Μόνη γὰρ αὐτὸν, εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι
Γνώμης, ἐγὼ δύστηνος ἐξαποφθερῶ·
Τὸν γὰρ βαλόντ' ἄτρακτον οἶδα καὶ θεὸν
Χείρωνα πημήναντα, χὤνπερ ἂν θίγῃ,
Φθείρει τὰ πάντα κνώδαλ'· ἐκ δὲ τοῦδ' ὅδε
Σφαγῶν διελθὼν ἰὸς εἵματος μέλας
Πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε; δόξῃ γοῦν ἐμῇ.
Καίτοι δέδοκται, κεῖνος εἰ σφαλήσεται,
Ταὐτῇ ξὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα·
Ζῆν γὰρ κακῶς κλύουσαν οὐκ ἀνασχετὸν,
Ἥ τις προτιμᾷ μὴ κακὴ πεφυκέναι.

ΧΟΡΟΣ.

Ταρβεῖν μὲν ἔργα δείν' ἀναγκαίως ἔχει,
Τὴν δ' ἐλπίδ' οὐ χρὴ τῆς τύχης κρίνειν πάρος.

cupiens, me delenivit; quod ego serius, quum nihil amplius prodest, animum adverto: sola enim ipsum, nisi me fallit sententia, ego infelix penitus perditura sum: quippe novi, ut sagittam iaculatus Chironem, licet immortalem, intolerando adfecerit dolore, utque pereant animantia omnia, quaecumque illae adtingunt; quî ergo vesti inunctum atri tabi virus, quod ex illius vulnere fluxit, hunc etiam non interimet? sic quidem futurum est, si quid recte video. Itaque fixum animo sedet, ille si perierit, ut eodem ego impetu commoriar simul: vivere enim cum infamia non ferendum est mulieri, quae bona indole nata vult videri.

Chorus. Necesse quidem est atrocia facta formidare; sed ante exitum spes abiicienda non est.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς μὴ καλοῖς βουλεύμασιν
Οὐδ' ἐλπὶς, ἥ τις καὶ θράσος τι προξενεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἀμφὶ τοῖς σφαλεῖσι μὴ 'ξ ἑκουσίας
Ὀργὴ πέπειρα, τῆς σε τυγχάνειν πρέπει.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τοιαῦτα δ' ἂν λέξειεν οὐχ ὁ τοῦ κακοῦ
Κοινωνὸς, ἀλλ' ᾧ μηδέν ἐστ' οἴκοι βαρύ.

ΧΟΡΟΣ.

Σιγᾷν ἂν ἁρμόζοι σε τὸν πλείω λόγον,
Εἰ μή τι λέξεις παιδὶ τῷ σαυτῆς· ἐπεὶ
Πάρεστι, μαστὴρ πατρὸς ὃς πρὶν ᾤχετο.

ΥΛΛΟΣ.

Ὦ μῆτερ, ὡς ἂν ἐκ τριῶν γ' ἓν εἱλόμην,
Ἢ μή σ' ἔτ' εἶναι ζῶσαν, ἢ σεσωσμένην
Ἄλλου κεκλῆσθαι μητέρ', ἢ λῴους φρένας

Deianira. Malis in consiliis ne spes quidem inest, quae fiduciam aliquam praestet.

Chorus. Sed in eos, qui non sponte peccarunt, ira remissior est, qualem tu experiri digna es.

Deianira. Ita loqui solet, non qui mali particeps est, sed, quem nulla premit sceleris conscientia.

Chorus. Satius tibi fuerit hunc sermonem abrumpere, nisi quid filio tuo dicere velis: eccum enim adest, quaesitum patrem qui nuper abiit.

Hyllus. O mater, ut ex tribus his unum mihi contigisse vellem, vel te non amplius in vivis esse, vel superstitem alius matrem vocari, vel meliori mente

Τῶν νῦν παρουσῶν τῶνδ' ἀμείψασθαί ποθεν!

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τί δ' ἐστὶν, ὦ παῖ, πρός γ' ἐμοῦ στυγούμενον;

ΥΛΛΟΣ.

Τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι, τὸν δ' ἐμὸν λέγω
Πατέρα, κατακτείνασα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Οἴ μοι! τίν' ἐξήνεγκας, ὦ τέκνον, λόγον;

ΥΛΛΟΣ.

Ὃν οὐχ οἷόν τε μὴ τελεσθῆναι· τὸ γὰρ
Φανθὲν τίς ἂν δύναιτ' ἀγέννητον ποιεῖν;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πῶς εἶπας, ὦ παῖ; τοῦ πάρ' ἀνθρώπων μαθὼν
Ἄζηλον οὕτως ἔργον εἰργάσθαι με φῄς;

ΥΛΛΟΣ.

Αὐτὸς βαρεῖαν ξυμφορὰν ἐν ὄμμασι
Πατρὸς δεδορκὼς, κοὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων.

eam, quae nunc adest tibi, cuicuimodi commutasse!

Deianira. Quid commisi, o nate, odio dignum?

Hyllus. Coniugem tuum, ipsum adeo inquam patrem meum, scito te hac die peremisse.

Deianira. Hei mihi! nate, cuiusnam rei adfers nuntium?

Hyllus. Quae fieri nequit ut non evenerit; quod enim factum est, quisnam queat infectum reddere?

Deianira. Quid narras, o fili? Quonam ex homine rescivisti detestandum adeo facinus a me patratum fuisse?

Hyllus. Ipse his oculis vidi gravem patris calamitatem, neque alius ex ore audivi.

[redacted]

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ποῦ δ' ἐμπελάζεις τἀνδρὶ καὶ παρίστασαι;

ΥΛΛΟΣ.

Εἰ χρὴ μαθεῖν σε, πάντα δὴ φωνεῖν χρεών.
Ὅθ' εἷρπε κλεινὴν Εὐρύτου πέρσας πόλιν,
Νίκης ἄγων τρόπαια κἀκροθίνια,
Ἀκτή τις ἀμφίκλυστος Εὐβοίας, ἄκρον
Κήναιόν, ἐστιν, ἔνθα πατρῴῳ Διῒ
Βωμοὺς ὁρίζει, τεμενίαν τε φυλλάδα·
Οὗ νιν τὰ πρῶτ' ἐσεῖδον ἄσμενος πόθον.
Μέλλοντι δ' αὐτῷ πολυθύτους τεύχειν σφαγὰς
Κῆρυξ ἀπ' οἴκων ἵκετ' οἰκεῖος Λίχας,
Τὸ σὸν φέρων δώρημα, θανάσιμον πέπλον·
Ὃν κεῖνος ἐνδὺς, ὡς σὺ προὐξεφίεσο,
Ταυροκτονεῖ μὲν δώδεκ' ἐντελεῖς ἔχων,
Λείας ἀπαρχὴν, βοῦς· ἀτὰρ τὰ πάνθ' ὁμοῦ
Ἑκατὸν προςῆγε ξυμμιγῆ βοσκήματα.

Deianira. Ubi vero, dic, convenisti virum, coramque adfuisti?

Hyllus. Si quidem te scire oportet, res tibi omnis explicanda est. Quum proficisceretur, inclytam Euryti populatus urbem, victoriae agens tropaea, et primitias, est in Euboeae litore fluctibus utrinque pulsatum promontorium, Cenaeum nomine, ubi Tutelari Iovi aras statuit, frondentemque dedicat lucum; ubi primum ego illum, desiderium meum, gaudens conspexi. Ecce autem, multarum victimarum sanguine aras sparsuro advenit illi domo domesticus praeco, Lichas, tuum adferens donum, lethalem tunicam; quam ubi induit, ut in mandatis dederas, mactat quidem tauros eximios duodecim, primitias praedae; at cunctas simul victimas omnigenûm pecudum aris admovit centum. Et primo

Καὶ πρῶτα μὲν δείλαιος ἵλεῳ φρενὶ,
Κόσμῳ τε χαίρων καὶ στολῇ, κατεύχετο·
Ὅπως δὲ σεμνῶν ὀργίων ἐδαίετο
Φλὸξ αἱματηρὰ, κἀπὸ πιείρας δρυὸς,
Ἱδρὼς ἀνῄει χρωτὶ, καὶ προσπτύσσεται
Πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος,
Χιτὼν ἅπαν κατ᾽ ἄρθρον· ἦλθε δ᾽ ὀστέων
Ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος· εἶτα, φοίνιος
Ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὣς ἐδαίνυτο,
Ἐνταῦθα δὴ ᾿βόησε τὸν δυσδαίμονα
Λίχαν, τὸν οὐδὲν αἴτιον τόσου κακοῦ,
Ποίαις ἐνέγκαι τόνδε μηχαναῖς πέπλον·
Ὁ δ᾽ οὐδὲν εἰδὼς δύσμορος τὸ σὸν μόνης
Δώρημ᾽ ἔλεξεν, ὥσπερ ἦν τεταλμένον.
Κἀκεῖνος, ὡς ἤκουσε, καὶ διώδυνος
Σπαραγμὸς αὐτοῦ πνευμόνων ἀνθήψατο,
Μάρψας ποδός νιν, ἄρθρον ᾗ λυγίζεται,
Ῥιπτεῖ πρὸς ἀμφίκλυστον ἐκ πόντου πέτραν,

quidem miser hilari animo, splendido gaudens amictu, fundebat preces: ubi vero cruentis ex hostiis pinguibusque lignis sublata emicuit flamma, sudor prorupit e cute, et lateribus membrisque omnibus firme agglutinata, tamquam si faber fecisset, adhaesit tunica; ossaque penetravit pruritus, convellens artus; tandem ubi cruentum infestae excetrae virtus depascitur medullas, tum inclamat infelicem Lichan, tanti mali haud participem, quaeritque, quibusnam dolis hanc adtulisset vestem: at ille nullius infelix sibi conscius fraudis, tuum solius donum esse dixit, ut iussus fuerat. Quod ubi audivit, et acris cruciatus laceravit viscera, prehensum pede Lichan, qua flectitur cruris iunctura, allidit ad scopulum, mare quem cir-

Κόρσης δὲ λευκὸν μύελον ἐκραίνει μέσου
Διασπαρέντος, αἵματός θ' ὁμοῦ κράτος.
Ἅπας δ' ἀνευφήμησεν οἰμωγῇ λεὼς,
Τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου·
Κοὐδεὶς ἐτόλμα τἀνδρὸς ἀντίον μολεῖν·
Ἐσπᾶτο γὰρ πέδονδε καὶ μετάρσιος,
Βοῶν, ἰύζων· ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι,
Λοκρῶν ὄρειοι πρῶνες, Εὐβοίας τ' ἄκραι.
Ἐπεὶ δ' ἀπεῖπε, πολλὰ μὲν τάλας χθονὶ
Ῥίπτων ἑαυτὸν, πολλὰ δ' οἰμωγῇ βοῶν,
Τὸ δυςπάρευνον λέκτρον ἐνδατούμενος
Σοῦ τῆς ταλαίνης, καὶ τὸν Οἰνέως γάμον,
Οἷον κατακτήσαιτο λυμαντὴν βίου,
Τότ' ἐκ προςέδρου λιγνύος διάστροφον
Ὀφθαλμὸν ἄρας, εἶδέ μ' ἐν πολλῷ στρατῷ
Δακρυῤῥοοῦντα, καί με προςβλέψας καλεῖ·

cumsonat, et ex capite album cerebrum excussit medii discissi, vimque simul sanguinis. Universus autem exclamavit cum fletu populus, hunc morbo laborantem deplorans, et illum occisum; nec quisquam audebat ad virum accedere: namque, dolore convulsus, modo volvebatur humi, modo sursus erigebatur, clamans, eiulans: circum vero remugiebant scopuli, Locrensium iuga rupium, et Euboeae promontoria. Postquam vero defessus erat, miser corpus humi crebro stravit, crebrosque eiulatus edidit, tuas miserae infelices nuptias detestatus, Oeneique hymenaeum, qualem nactus esset pestem vitae suae, ubi fractus viribus resedit, tum distortum oculum, nigrore offusum, adtollens, videt me turba in multa lacrimantem et me conspectum vocat:

Ὦ παῖ, πρόςελθε! μὴ φύγῃς τοὐμὸν κακὸν,
Μηδ', εἴ σε χρὴ θανόντι συνθανεῖν ἐμοὶ,
Ἀλλ' ἆρον ἔξω, καὶ μάλιστα μὲν μέθες
Ἐνταῦθ', ὅπου με μή τις ὄψεται βροτῶν·
Εἰ δ' οἶκτον ἴσχεις, ἀλλά μ' ἔκ γε τῆςδε γῆς
Πόρθμευσον ὡς τάχιστα, μηδ' αὐτοῦ θάνω. —
Τοσαῦτ' ἐπισκήψαντος, ἐν μέσῳ σκάφει
Θέντες σφε, πρὸς γῆν τήνδ' ἐκέλσαμεν μόλις,
Βρυχώμενον σπασμοῖσι· καί νιν αὐτίκα
Ἢ ζῶντ' ἐςόψεσθ', ἢ τεθνηκότ' ἀρτίως.
Τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ
Καὶ δρῶσ' ἐλήφθης, ὧν σε ποίνιμος Δίκη
Τίσαιτ', Ἐρινύς τ' (εἰ θέμις γ'), ἐπεύχομαι·
Θέμις δ', ἐπεὶ μάτην σὺ προὔβαλες θέμιν,
Πάντων ἄριστον ἄνδρα τῶν ἐπὶ χθονὶ
Κτείνασ', ὁποῖον ἄλλον οὐκ ὄψει ποτέ.

O nate, accede! ne fugias meum malum, ne quidem si te mecum mori oporteat, sed sublatum me hinc aufer, et saltem illic me depone, ubi me nemo videat mortalium: at si te miseret mei, age ex hac insula transfer me quam celerrime, ne hic etiam moriar. — Quum haec dedisset mandata, rate in media impositum illum ad hanc oram vix adpulimus, rugientem dolore: et ipsum actutum, vel vivum conspicietis, vel modo mortuum. Talia in patrem meum deprehenderis, mater, et meditata fuisse et perpetrasse, quorum a te Iustitia poenas reposcat, Erynnisque (si fas est) precor: at fas est, quandoquidem temere fas omne tu prius abiecisti, omnium optimum, quem terra sustinet, virum perimendo, qualem alium non videbis umquam.

ΧΟΡΟΣ.

Τί σῖγ' ἀφέρπεις; οὐ κάτοισθ', ὅθ' οὕνεκα
Ξυνηγορεῖς σιγῶσα τῷ κατηγόρῳ;

ΥΛΛΟΣ.

Ἐᾶτ' ἀφέρπειν· οὖρος ὀφθαλμῶν ἐμῶν
Αὐτῇ γένοιτ' ἄπωθεν ἑρπούσῃ καλός!
Ὄγκον γὰρ ἄλλως ὀνόματος τί δεῖ τρέφειν
Μητρῷον, ἥτις μηδὲν, ὡς τεκοῦσα, δρᾷ;
Ἀλλ' ἑρπέτω χαίρουσα· τὴν δὲ τέρψιν, ἣν
Τῷ 'μῷ δίδωσι πατρὶ, τήνδ' αὐτὴ λάβοι!

ΧΟΡΟΣ.

ϛροφὴ ά. Ἴδ' οἷον, ὦ παῖδες, προσέμιξεν ἄφαρ
Τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν
Τᾶς παλαιφοίβου προνοίας,
Ὅ τ' ἔλακεν, ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι
Δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων
Τῷ Διὸς αὐτόπαιδι·
Καὶ τάδ' ὀρθῶς

Chorus. Quid tacite discedis? non animadvertis, te tacendo consentire accusatori?

Hyllus. Sinite eam abire: procul abeunti illi a conspectu meo ventus contingat secundus! Quorsum enim decoro matris nomine frustra glorietur, quae nihil, ut matrem decet, agit? Quin abeat laeta; voluptatemque, quam meo dedit patri, eamdem ipsa capiat!

Chorus. En, o puellae, ut cito sortita est eventum vox fatidica veteris providentiae, quae cecinit, quando exacta duodecim mensibus praeteriisset messis, tum requiem a laboribus concessum iri germano Iovis filio; et haec rata ad

Ἔμπεδα κατουρίζει· πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων
Ἔτι ποτ', ἔτ', ἐπίπονόν γ' ἔχοι λατρείαν;

ἀντιστρ. ά. Εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονίᾳ νεφέλᾳ
Χρίει δολοποιὸς ἀνάγκα,
Πλευρὰ προσπαγέντος ἰοῦ,
Ὃν τέκετο Θάνατος, ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων,
Πῶς ἅλιον ὅδ' ἂν ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι,
Δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας
Προστετακὼς
Σπάσματι; μελαγχαίτα δ' ἄμμιγά νιν αἰκίζει
Δολόμυθα φανερὰ κέντρ' ἐπιζέσαντα.

στροφὴ β'. Ὧς ἅδ' ἁ τλάμων, ἄοκνον,
Μεγάλαν, προσορῶσα δόμοισι
Βλάβαν νέων ᾀσσόντων γάμων,
Τὰ μὲν οὔ τι προσέβαλ' ἀπ' ἀλλοθρόου
Γνώμας μολόντ', ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς.
Ἦ που ὀλοὰ στείνει, ἢ που ἀδινᾶν χλωρὰν
Τέγγει δακρύων ἄχναν·

certum exitum deducuntur: qui enim peremtus aerumnoso etiam servitio defatigetur?

Quippe si dolos machinans Centauri fatum stimulat eum mortifera nebula, lateribus adfixo veneno, quam genuit Orcus, peperitque varia dracaena, qui ille solem alium, quam praesentem, videat, terribili excetrae dolori convellenti agglutinatus? simulque ignominiam illi afferunt nigre iubati, quibus manifesto fervet, stimuli dolosi.

Quoniam ista infelix, magnum, quod moram haud pateretur, damnum praevidens denuo ingruentium nuptiarum, non animadvertit, haec a malesuada mente profecta esse, pernicioso commercio. Nimirum infausta nunc gemit; utique rorem inexhaustum flebilium fundit lacrimarum.

Ἁ δ' ἐρχομένα μοῖρα προφαίνει
Δολίαν, παμμεγέθαν, ἄταν.

ἀντιστρ. β'. Ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων!
Κέχυται νόσος, ὦ πόποι, οἷον
Ἀναρσίων οὔπω ἀγακλυτὸν
Ἡρακλέα 'πέμολεν πάθος οἰκτίσαι.
Ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορὸς,
Ἃ τότε θοὰ νυμφᾶν ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς
Τάνδ' Οἰχαλίας ἀκμάν!
Ἁ δ' ἀμφίπολος κύπρις ἄναυδος
Φανερὰ τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Πότερον ἐγὼ μάταιος, ἢ κλύω τινὸς
Οἴκτου δι' οἴκων ἀρτίως ὁρμωμένου;
Τί φημί;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον, ἀλλὰ δυςτυχῆ,
Κωκυτὸν εἴσω· καί τι καινίζει στέγη.

Properantia vero fata maximam hisce ex dolis minantur cladem.

Irrupit lacrimarum fons! diffunditur morbus, o dii! ob quale nunquam, ab hostibus illatum, malum miserari Herculem contigit. O funesta propugnantis lanceae cuspis, quae quondam celeriter celsa ab Oechalia adduxisti puellarum hunc florem! nam servae tacitus amor manifeste horum omnium causa est.

Semichorus. Fallorne, an audio lamenta modo intus coorta? Quid dicam?

Semichorus. Edit aliquis non obscurum, sed infaustum ploratum intus. Novum quid accidit domi.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ξύνες δὲ τήνδ', ὡς καὶ ξυνωφρυωμένη
Χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς γραῖα, σημανοῦσά τι.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ὦ παῖδες, ὡς ἄρ' ἡμὶν οὐ σμικρῶν κακῶν
Ἦρξεν τὸ δῶρον Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον!

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ', ὦ γεραιὰ, καινοποιηθὲν λέγεις;

ΤΡΟΦΟΣ.

Βέβηκε Δηάνειρα τὴν πανυστάτην
Ὁδῶν ἁπασῶν ἐξ ἀκινήτου ποδός.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ δή ποθ' ὡς θανοῦσα;

ΤΡΟΦΟΣ.

Πάντ' ἀκήκοας.

ΧΟΡΟΣ.

Τέθνηκεν ἡ τάλαινα;

ΤΡΟΦΟΣ.

Δεύτερον κλύεις.

Semichorus. Age vero, hanc attende, quam etiam obducta fronte tendit ad nos anus nuntiatura aliquid.

Nutrix. O puellae, quam non parvorum malorum nobis causa fuit donum Herculi missum!

Chorus. Quid novi, quaeso, dicis, anus?

Nutrix. Abiit Deianira ultimam viarum omnium immotis pedibus.

Chorus. Num igitur ut mortua?

Nutrix. Cuncta audiisti.

Chorus. Mortuane est misera?

Nutrix. Iterum audis.

ΧΟΡΟΣ.
Ὀλεθρία, τρόπῳ τίνι θανεῖν σφε φῄς;

ΤΡΟΦΟΣ.
Σχετλιώτατα, πρός γε πρᾶξιν.

ΧΟΡΟΣ.
Ἔνεπε, τῷ μόρῳ, γύναι, ξυντρέχει.

ΤΡΟΦΟΣ.
Αὐτὴν διηΐστωσε.

ΧΟΡΟΣ.
Δύςθυμος; ἢ τίνες νόσοι;

ΤΡΟΦΟΣ.
Τάνδ᾽ αἰχμὰ βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε!

ΧΟΡΟΣ.
Πῶς ἐμήσατο
Πρὸς θανάτῳ θάνατον ἀνύσασα μούνα;

ΤΡΟΦΟΣ.
Στονόεντος ἐν τομᾷ σιδήρου.

ΧΟΡΟΣ.
Ἐπεῖδες, ὦ ματαία, τάνδ᾽ ὕβριν;

Chorus. Perdita, quonam modo occidisse illam ais?

Nutrix. Tristissimo, ut illud est, quod patravit.

Chorus. Dic, mulier, quonam correpta fuit fato?

Nutrix. Sibimetipsa letum conscivit.

Chorus. Desperans? aut quid mali illam invasit?

Nutrix. Exitialis ferri sustulit eam mucro.

Chorus. Quî id molîri potuit, neci necem addens sola?

Nutrix. Luctuosi vulnere ferri.

Chorus. Tune vidisti, o misera, superbum hoc facinus?

ΤΡΟΦΟΣ.

'Επεῖδον, ὡς δὴ πλησία παραστάτις.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ἦν; πῶς; φέρ' εἰπέ.

ΤΡΟΦΟΣ.

Αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

Τί φωνεῖς;

ΤΡΟΦΟΣ.

Σαφηνῆ.

ΧΟΡΟΣ.

Τέκετο, τέκετο
Μεγάλαν ἁ νέορτος ἅδε νύμφα
Δόμοισι τοῖσδ' ἐριννύν.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἄγαν γε· μᾶλλον δ' εἰ παροῦσα πλησία
Ἔλευσσες, οἷ' ἔδρασε, κάρτ' ἂν ᾤκτισας.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ ταῦτ' ἔτλη τις χεὶρ γυναικεία κτίσαι;

Nutrix. Vidi, ut quae prope adstiterim.

Chorus. Quis fuit? quomodo? age cedo.

Nutrix. Ipsa sua perpetravit manu.

Chorus. Quid ais?

Nutrix. Certa.

Chorus. Peperit, peperit magnam haec, quae nuper advenit, sponsa domibus hisce Erinnyn.

Nutrix. Nimis admodum; atque si prope adstans vidisses, quae fecit omnia, multo magis miserata fuisses.

Chorus. Haec vero patrare sustinuit feminea manus?

[redacted]

ΤΡΟΦΟΣ.

Δεινῶς γε· πεύσει δ', ὥςτε μαρτυρεῖν ἐμοί.
Ἐπεὶ παρῆλθε δωμάτων ἔσω μόνη,
Καὶ παῖδ' ἐν αὐλαῖς εἶδ' ἄκοινα δέμνια
Στορνύνθ', ὅπως ἄψορρον ἀντῴη πατρὶ,
Κρύψασ' ἑαυτὴν, ἔνθα μή τις εἰςίδοι,
'βρυχᾶτο μὲν, βωμοῖσι προςπίπτουσ', ὅτι
Γένοιτ' ἐρήμη, ἔκλαιε δ' ὀργάνων ὅτου
Ψαύσειεν, οἷς ἐχρῆτο δειλαία πάρος·
Ἄλλῃ δὲ κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη,
Εἴ που φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας,
Ἔκλαιεν ἡ δύςτηνος, εἰςορωμένη,
Αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον' ἀνακαλουμένη,
Καὶ τὰς ἀπῳδοὺς ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας.
Ἐπεὶ δὲ τῶνδ' ἔληξεν, ἐξαίφνης σφ' ὁρῶ
Τὸν Ἡράκλειον θάλαμον εἰςορμωμένην.
Κἀγὼ, λαθραῖον ὄμμ' ἐπεσκιασμένη,
'Φρούρουν· ὁρῶ δὲ τὴν γυναῖκα δεμνίοις

Nutrix. Atroci quidem animo: remque audies, ut ipsa mihi testis esse queas. Postquam sola introgressa est domum, et filium in aula vidit sternentem haud communicandum lectulum, ut obviam rursus iret genitori, abdidit se in interiori domo conspiciendam nemini; ibique, aris advoluta, horribili sono eiulans conquesta est, viduam se fieri; flebat et si quod operum adtingeret, quibus ante misera uti consueverat: huc vero et illuc per aedes oberrans, sicubi se obviam illi ferebat e famulis quispiam, lugebat infelix, illum intuens, ipsa suum ipsius fatum inclamans dolensque absonam in posterum vitam. Ubi vero horum desiit, subito eam video in Herculeum thalamum irruentem; et ego clam oculum tenebris abdita vigilem intendebam: mulieremque

Τοῖς Ἡρακλείοις στρωτὰ βάλλουσαν φάρη.
Ὅπως δ' ἐτέλεσε τοῦτ', ἐπενθοροῦσ' ἄνω
'καθέζετ' ἐν μέσοισιν εὐναστηρίοις,
Καὶ, δακρύων ῥήξασα θερμὰ νάματα,
Ἔλεξεν· Ὦ λέχη τε καὶ νυμφεῖ' ἐμὰ,
Τὸ λοιπὸν ἤδη χαίρεθ', ὡς ἔμ' οὔ ποτε
Δέξεσθ' ἔτ' ἐν κοίταισι ταῖσδ' εὐνήτριαν. —
Τοσαῦτα φωνήσασα, συντόνῳ χερὶ
Λύει τὸν αὐτῆς πέπλον, ᾗ χρυσήλατος
Προὔκειτο μαστῶν περονίς· ἐκ δ' ἐλώπισε
Πλευρὰν ἅπασαν, ὠλένην τ' εὐώνυμον.
Κἀγὼ δρομαία βᾶσ', ὅσονπερ ἔσθενον,
Τῷ παιδὶ φράζω τῆς τεχνωμένης τάδε.
Κἀν ᾧ τὸ κεῖσε δεῦρό τ' ἐξορμώμεθα,
Ὁρῶμεν αὐτὴν ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ
Πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην.
Ἰδὼν δ' ὁ παῖς ᾤμωξεν· ἔγνω γὰρ τάλας,
Τοὔργον κατ' ὀργὴν ὡς ἐφάψειεν τόδε,

cerno Herculis lecto stragulas iniicientem vestes: quod ubi confecit, insiliens supra consedit medio in cubili, et lacrimarum erumpens calida fluenta, infit: O thori thalamique mei, in posterum iam valete, quippe qui non amplius excepturi me estis hisce in stratis cubantem! — Tantum effata, celeri manu peplum solvit, qua mamillas stringebat aurea fibula, denudavitque latus totum, humerumque sinistrum: et ego, cursu erumpens quam potui citato, haec molientis nato rem nuntiatum eo: dumque huc et illuc ferimur, videmus eam ancipiti gladio in latere sub iecore et praecordiis vulneratam. Conspicatus autem filius eiulavit: intellexit enim miser, ira commotam facinus illam patrasse, sero edo-

Ὄψ' ἐκδιδαχθεὶς τῶν κατ' οἶκον, οὕνεκα
Ἄκουσα πρὸς τοῦ θηρὸς ἔρξειεν τάδε.
Κἀνταῦθ' ὁ παῖς δύστηνος οὔτ' ὀδυρμάτων
Ἐλείπετ' οὐδὲν, ἀμφί νιν γοώμενος,
Οὔτ', ἀμφιπίπτων στόμασιν, ἀλλὰ, πλευρόθεν
Πλευρὰν παρεὶς, ἔκειτο, πόλλ' ἀναστένων,
Ὡς νιν ματαίως αἰτίᾳ βάλοι κακῇ,
Κλαίων δ', ὅθ' οὕνεκ' ἐκ δυεῖν ἔσοιθ' ἅμα,
Πατρός τ' ἐκείνης τ', ὠρφανισμένος βίος.
Τοιαῦτα τἀνθάδ' ἐστίν· ὥστ', εἴ πως δύο
Ἢ καὶ πλέους τις ἡμέρας λογίζεται,
Μάταιός ἐστιν· οὐ γάρ ἐσθ' ἥ γ' αὔριον,
Πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Πότερα πρότερ' ἂν ἐπιστένω;
Πότερα τέλεα περαιτέρω;
Δύσκριτ' ἔμοιγε δυστάνῳ.

ἀντιστρ. ά. Τάδε μὲν ἔχομεν ὁρᾶν δόμοις,

ctus quae domi gesta fuissent, utque imprudens, semifero suasore, ista molita fuerit. Tum vero infelix natus, in lamenta solutus, illam deplorare haud desistebat atque exosculari; quin lateri latus adplicans iacebat, multa ingemiscens, quod eam in malum crimen falso vocasset, dolensque, se orbum victurum praereptis simul utrisque patre matreque. Ita hic res se habent. Proinde si quis duos forte vel etiam plures dies computat sibi, stolidus est: non enim capienda est crastinae diei usura, antequam praesens bene acta sit dies.

Chorus. Utra prius gemam? utra atrocius peracta sunt? misera diiudicare nequeo.

Haec quidem habemus oculis usurpanda domi,

Τάδε δὲ μελόμεν' ἐπ' ἐλπίσι·
Κοινὰ δ' ἔχειν τε καὶ μέλλειν.

ϛροφὴ β'. Εἴθ' ἀνεμόεσσά τις
Γένοιτ' ἔπουρος ἑστιῶτις αὖρα,
Ἥ τις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων, ὅπως
Τὸν Ζηνὸς ἄλκιμον γόνον
Μὴ ταρβαλέα θάνοιμι
Μοῦνον εἰϛιδοῦσ' ἄφαρ·
Ἐπεὶ ἐν δυϛαπαλλάκτοις ὀδύναις
Χωρεῖν δόμον λέγουσιν, ἄσπετόν τι θαῦμα.

ἀντιϛρ. β'. Ἄγχου δ' ἄρα, κοὐ μακρὰν,
Προὔκλαιον, ὀξύφωνος ὡς ἀηδών·
Ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις φάσις
Πῶς οὐ φοροῖ νιν; ὡς, φίλου
Προκηδομένα, βραδεῖαν,
Ἄψοφον, φέρει βάσιν.
Αἶ αἶ· ὅδ' ἀναύδατος φέρεται!
Τί χρὴ, θανόντ' ἤ νιν καθ' ὕπνον ὄντα, κρῖναι;

illa vero exspectamus solicitae: idem autem est et habere et sperare.

Utinam domestica flatu secundo aura exoriatur, quae me ex his locis abripiat, ut ne prae metu moriar statim, Iovis fortem natum duntaxat intuita! siquidem aiunt domum eum venire immedicabili correptum dolore, horrendum visu.

At vero propinqui mali metu, nec longe dissiti, iamdudum ploro, canora velut luscinia: hospites enim isti peregrina specie, qui fieri possit, ut istum non adportent? siquidem, amico metuentes, lentum absque strepitu movent gradum. Hei, hei! ille mutus baiulatur. Utrum par est opinari, mortuum illum esse, an dormire!

[redacted]

ΥΛΛΟΣ.

Ὤι μοι 'γὼ σοῦ, πάτερ, ὤ, μέλεος!
Τί πάθω; τί δὲ μήσομαι; οἴ μοι!

ΠΡΕΣΒΥΣ.

στροφὴ γ'. Σίγα, τέκνον· οὐ μὴ κινήσεις
Ἀγρίαν ὀδύνην πατρὸς ὠμόφρονος·
Ζῇ γὰρ προπετής· ἀλλ' ἴσχε δακὼν
Στόμα σόν.

ΥΛΛΟΣ.

Πῶς φῄς, γέρον; ἦ ζῇ;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἀντιστρ. γ'. Οὐ μὴ 'ξεγερεῖς τὸν ὕπνῳ κάτοχον,
Κἀκκινήσεις φοιτάδα δεινὴν
Νόσον, ὦ τέκνον.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' ἐπί μοι μελέων
Βάρος ἄπλετον ἐμμέμονε φρήν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

στροφὴ δ'. Ὦ Ζεῦ, ποῖ γᾶς, παρὰ τοῖσι βροτῶν,

Hyllus. Hei mihi, pater! heu me miserum causa tua! quid agam? quid capiam consilii? hei mihi!

Senex. Tace, fili: minime excites saevum dolorem patris efferi: leto enim proximus est: quamobrem os inhibe, morsu comprimens labia.

Hyllus. Quid ais, senex? num vivit?

Senex. Cave, ne suscites somno sepultum, neque commoveas furiosum immanem morbum, o fili.

Hyllus. Sane ad malorum pondus intolerandum exarsit mihi animus.

Hercules. O Iupiter, quo terrarum, quos apud mor-

Πεπονημένος ἀλλήκτοις ὀδύναις,
Κεῖμαι; Φεῦ, φεῦ μοι, ἐγὼ τλάμων!
Ἡ δ' αὖ βρύκει μιαρά! φεῦ!

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἀντιστρ. δ'. Ἆρ' ἐξήδης, ὅσον ἦν κέρδος,
Σιγῇ κεύθειν, καὶ μὴ σκεδάσαι
Κατάκρας ὕπνον;

ΥΛΛΟΣ.

Οὐ γὰρ ἔχω, πῶς ἂν
Στέξαιμι, κακὸν τόδε λεύσσων.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν,
Οἵαν οἵων
Μελέῳ χάριν ἤνυσας! Ὦ Ζεῦ,
Οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν, οἵαν
Μή ποτέ γ', ὁ τάλας,
Ὤφελον ὄσσοις καταδερχθῆναι,
Τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος!
Τίς γὰρ ἀοιδὸς,

tales, confectus insanabilibus doloribus, iaceo? Heu! heu me miserum! en rursus exedit me sceleratus morbus. Heu!

Senex. Norasne, quanto satius esset silentio latere, neque dissipare prorsus somnum?

Hyllus. At me continere nequeo, tantum intuens malum.

Hercules. O Cenaeo in iugo sacratae arae, qualem pro qualibus gratiam rependitis misero! O Iupiter, quali me adfecisti probro, quod nunquam ego miser debebam oculis conspicere, hancce implacabilem furoris violentiam! quis enim

Τίς χειροτέχνης ἰατορίας,
Ὃς τήνδ' ἄτην, χωρὶς Ζηνὸς,
Κατακηλήσει;
Θαῦμ' οὐ πόῤῥωθεν ἰδοίμην.
Ἒ, ἒ!
Ἐᾶτ', ἐᾶτέ μ' ὕστατον εὐνάσαι!
Πᾶ ψαύεις; ποῖ κλίνεις; ἀπολεῖς!
Ἀντέτροφας ὅ τ' ἐκοίμισα!

στρ. α'. Ἧπατί μοι τόδε τοι ἀδίανθ' ἕρπει! Πόθεν ἔστ', ὦ
Πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες, οἷς δὴ
Πολλὰ μὲν, ἐν πόντῳ, κατά τε δρία, πάντα καθαίρων,
Ὠλεκόμαν, ὁ τάλας; καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
Οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει,
(Ἒ, ἒ, ἒ) οὐδὲ κρᾶτ' ἀπαράξαι βίου
Τοῦ στυγεροῦ θέλει, μολών; φεῦ, φεῦ, φεῦ!

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἀντ. α'. Ὦ παῖ τοῦδ' ἀνδρὸς, τοὖργον τόδε μεῖζον ἀνήκει,

cantu medicave manu pollet adeo, qui hoc malum, praeter Iovem, sit mitigaturus? Hoc miraculum quantivis mihi pretii futurum esset. Ah, ah, sinite, sinite me extremum requiescere. Ubi me adtingis? enecas, enecas! quod sopieram, excitasti malum.

Ad hepar hoc crudeliter mihi penetrat! Ubinam estis, o Achivorum omnium iniustissimi viri, pro quibus, dum mari perque saltus omnia purgo, multoties animam ego proieci, miser? et nunc doloribus confecto nemo vestrûm ignem aut salutarem gladium admovebit (ah! ah!), neque demetendo caput invisa me vita properabit solvere? heu! heu! heu!

Senex. O fili huius viri, ministerium hoc vires meas

Ἡ κατ' ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε· σόν τε γὰρ ὄμμα
Ἔμπλεον, ἀδυνάμους σώζειν.

ΥΛΛΟΣ.

Ψαύω μὲν ἔγωγε·
Λαθίπονον δ' ὀδύναν οὔτ' ἔνδοθεν, οὔτε θύραθεν,
Εστι μοι ἐξανύσαι βιότου. Τοιαῦτα νέμει Ζεύς.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ παῖ, ποῦ ποτ' εἶ; τᾷδέ με, τᾷδέ με
Πρόςλαβε κουφίσας! Ἒ, ἕ! ἰὼ, δαῖμον!
Θρώσκει δ' αὖ δειλαία, διολοῦσ' ἡμᾶς,
Ἀποτίβατος νόσος!

στροφ. β'. Ὦ Παλλὰς, τόδε μ' αὖ λωβᾶται!
Ὦ παῖ, τὸν φύσαντ' οἰκτείρας,
Ἀνεπίφθονον εἴρυσον ἔγχος,

ἀντ. β'. Παῖσον δ' ὑπὸ κλῇδος, ἀκοῦ δ' ἄχος, ᾧ
Μ' ἐχόλωσεν σὰ μάτηρ ἄθεος,
Τὰν ὧδ' ἐπίδοιμι πεσοῦσαν

superat: tu igitur adiuva: tu enim integra es aetate, ut valentissimos servare queas.

Hyllus. Manus quidem admoveo: sed quo sedem dolores eius, neque ipse remedium excogitare possum, neque, unde petam, scio. Id solus habet Iupiter.

Hercules. O nate, ubi es, quaeso? hac me, hac prehensum leva. Hei! hei! o fortuna!

Ingruit rursus infelix, qui me perdit, inaccessus morbus.

O Pallas, excruciat me rursus. O nate, patrem miseratus, ensem, quod tibi nemo crimini vertet, stringe,

Iugulumque feri, ac medere dolori, quo me efferavit tua mater impia, quam dii faxint ut videam morbo collapsam

ἐπῳδός. Αὔτως, ὧδ' αὔτως, ὥς μ' ὤλεσε!
Διὸς αὐθαίμων, ὦ γλυκὺς Ἀΐδας,
Εὔνασον, εὔνασόν μ', ὠκυπέτᾳ μόρῳ
Τὸν μέλεον φθίσας!

ΧΟΡΟΣ.

Κλύουσ' ἔφριξα τάσδε συμφορὰς, φίλαι,
Ἄνακτος, οἵαις οἷος ὢν ἐλαύνεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ κοὐ λόγῳ κακὰ
Καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ!
Κοὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς
Προὔθηκεν, οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοὶ,
Οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
Καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐριννύων
Ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.
Πλευραῖσι γὰρ προσμαχθὲν ἐκ μὲν ἐσχάτας
Βέβρωκε σάρκας, πνεύμονός τ' ἀρτηρίας
Ῥοφεῖ, ξυνοικοῦν, ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου

Eodem, hoc eodem, quo me perdidit! O Iovis germane frater, o dulcis Pluto, sopi me, sopi, celeri leto infelicem perimens!

Chorus. Horreo, amicae, graves hasce Regis aerumnas audiens, quantis tantus vir adfligitur.

Hercules. O qui multa profecto aspera, nec verbo tantum mala manibusque et tergo exanclavi! at mihi tale numquam nec Iovis coniux obiecit malum, neque odiosus Eurystheus, qualem hunc doloso praedita vultu, Oenei filia, induit humeris meis Furiarum manu contextum amictum, quo funditus pereo. Lateribus enim inhaerens, extremas quidem voravit carnes, pulmonisque arterias penetrans exsorbet, et sanguinem iam lividum meum

Πέπωκεν ἤδη, καὶ διέφθαρμαι δέμας
Τὸ πᾶν, ἀφράστῳ τῇδε χειρωθεὶς πέδῃ.
Κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιὰς, οὔθ' ὁ γηγενὴς
Στρατὸς Γιγάντων, οὔτε θήρειος βία,
Οὔθ' Ἑλλὰς, οὔτ' ἄγλωσσος, οὔθ' ὅσην ἐγὼ
Γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω·
Γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα κἄνανδρος φύσιν,
Μόνη με δὴ καθεῖλε, φασγάνου δίχα.
Ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγὼς,
Καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον·
Δός μοι, χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν,
Ἐς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν, ὡς εἰδῶ σάφα,
Εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ 'κείνης, ὁρῶν
Λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον.
Ἴθ', ὦ τέκος, τόλμησον, οἴκτειρόν τέ με
Πολλοῖσιν οἰκτρὸν, ὅςτις, ὥςτε παρθένος,
Βέβρυχα κλαίων! καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε

exhausit, ut omne contabuerit corpus, non explicabili hoc irretitum laqueo. Et haec non in campo instructa acies, nec terrigena Gigantum exercitus, nec vis ferorum, nec graeca gens, nec barbara, nec quantam ego terram repurgans penetravi, perpetravit; sed mulier, femineo, nec virili, animo, sola me peremit scilicet absque gladio. O nate, verum te meum filium exhibe, nec matrem pluris existima: da mihi, tuis ipsius manibus abstractam domo, matrem tuam in manum, ut liquido sciam, utrum meam vicem doleas magis, an illius, ubi videbis pulchram illam, quae me deturpavit, meritas luentem poenas. Age nate, aude: miserere mei, qui multis nominibus miserabilis, qui puellae more ploratus edo: et hoc me facientem

Τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα,
'Αλλ' ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς·
Νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς εὕρημαι τάλας.
Καὶ νῦν προςελθὼν στῆθι πλησίον πατρὸς,
Σκέψαι δ', ὁποίας ταῦτα συμφορᾶς ὕπο
Πέπονθα· δείξω γὰρ τάδ' ἐκ καλυμμάτων.
'Ιδοὺ θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας,
'Ορᾶτε τὸν δύςτηνον, ὡς οἰκτρῶς ἔχω!
"Ε, ἕ! αἶ, αἶ, τάλας!
Ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως! — ὁ δ' αὖ
Διῇξε πλευρῶν, οὐδ' ἀγύμναστόν μ' ἐᾷν
Ἔοικεν ἡ τάλαινα διάβορος νόσος.
Ὦ νὺξ 'Αΐδα,
Δέξαι μ'! ὦ Διὸς ἀκτὶς, παῖσόν
μ'! Ἔνσεισον, ὦ ἄναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος,
Πάτερ, κεραυνοῦ! δαίνυται γὰρ αὖ πάλιν,
Ἤνθηκεν, ἐξώρμηκεν! — Ὦ χέρες, χέρες,
Ὦ νῶτα καὶ στέρν', ὦ φίλοι βραχίονες,

nemo umquam dixerit se vidisse antea, sed absque gemitu usque pertuli mala; at nunc ex tanto viro effeminatus deprehendor miser. Age vero accede, propiusque patrem intuens, considera qualis calamitas sic me adfligit: monstrabo enim retectum id omne. En, spectate omnes lacerum hoc corpus, intuemini miserum, quam miserabili sim in statu! Ah! ah! heu infelix ego! en rursus urit artus pestifera convulsio! — et haec denuo latus penetrat, neque inexercitatum sinitura videtur dira vorax lues. O nox Orci, recipe me! O Iovis flamma, feri! Incute, o rex, intorque, pater, telum fulminis! Exedit enim rursus, effervescit, omni grassatur impetu! — O manus, manus, o terga et pectora, o cari lacerti,

Ὑμεῖς ἐκεῖνοι δὴ καθέσταθ᾽, οἵ ποτε
Νεμέας ἔνοικον, βουκόλων ἀλάστορα,
Λέοντ᾽, ἄπλατον δεῖμα κἀπροςήγορον,
Βίᾳ κατειργάσασθε, Λερναίαν θ᾽ ὕδραν,
Διφυῆ τε μικτὸν ἱπποβάμονα στρατὸν
Θηρῶν, ὑβριστὴν, ἄνομον, ὑπέροχον βίαν,
Ἐρυμάνθιόν τε θῆρα, τόν θ᾽ ὑπὸ χθονὸς
Ἅιδου τρίκρανον σκύλακ᾽, ἀπρόςμαχον τέρας,
Δεινῆς Ἐχίδνης θρέμμα, τόν τε χρυσέων
Δράκοντα μήλων φύλακ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάτοις τόποις;
Ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην,
Κοὐδεὶς τρόπαι᾽ ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν·
Νῦν δ᾽ ὧδ᾽ ἄναρθρος, καὶ κατεῤῥακωμένος,
Τυφλῆς ὑπ᾽ ἄτης ἐκπεπόρθημαι τάλας,
Ὁ τῆς ἀρίστης μητρὸς ὠνομασμένος,
Ὁ τοῦ κατ᾽ ἄστρα Ζηνὸς αὐδηθεὶς γόνος.
Ἀλλ᾽ εὖ γέ τοι τόδ᾽ ἴστε, κἂν τὸ μηδὲν ὦ,

illinc vos tandem estis, qui olim Nemeae incolam, bubulcorum perniciem, leonem, inaccessum, verbis haud demulcendum, terriculum vi interfecistis, et Lernaeam Hydram, bimembresque quadrupedes Centauros, gentem superbam, legum expertem, ingentibus viribus, Erymanthiamque beluam; et in inferis tricipitem Orci canem, invictum monstrum, terribili satum Echidna, draconemque aureorum custodem malorum extremis in orbis finibus? aliosque insuper labores innumeros subii, nec quisquam de me tropaea unquam statuit; at nunc sic, fractus lacerusque, caeca peste excrucior miser, ille ego, qui matris optimae partu, qui Iovis siderei satu in lucem editus feror. Verum hoc certo sciatis: etiamsi nullus sum, neque

Κἂν μηδὲν ἕρπω, τήν γε δράσασαν τάδε
Χειρώσομαι κἀκ τῶνδε (προςμόλοι μόνον!),
Ἵν' ἐκδιδαχθῇ πᾶσιν ἀγγέλλειν, ὅτι
Καὶ ζῶν κακούς γε καὶ θανὼν ἐτισάμην.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ τλῆμον Ἑλλάς! πένθος οἷον εἰςορῶ
Ἕξουσαν, ἀνδρὸς τοῦδέ γ' εἰ σφαλήσεται!

ΥΛΛΟΣ.

Ἐπεὶ παρέσχες ἀντιφωνῆσαι, πάτερ,
Σιγὴν κατασχὼν κλῦθί μου, νοσῶν ὅμως·
Αἰτήσομαι γάρ σ', ὧν δίκαια τυγχάνειν.
Δός μοι σεαυτὸν μὴ τοιοῦτον· ὡς δάκνει
Θυμοῖς δυςόργοις· οὐ γὰρ ἂν γνοίης, ἐν οἷς
Χαίρειν προθυμεῖ, κἀν ὅτοις ἀλγεῖς, μάτην.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἁπλῶς, ὃ χρῄζεις, λέξον· ὡς ἐγὼ, νοσῶν,
Οὐδὲν ξυνίημ', ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι.

incedere queo, tamen, quae haec me fecit, eam ulciscar etiam hoc rerum statu (veniat modo!), ut experta nuntiare possit omnibus, me et viventem et morientem scelestos punire solitum fuisse.

Chorus. O miseram Graeciam! qualem illi impendere luctum video, hoc viro si privabitur!

Chorus. Ne quid elate dixeris. An te fugit, quo es in malo?

ΑΙΑΣ.

ἀντιστρ. γ'. Ὦ Ζεῦ, προγόνων προπάτωρ,
Πῶς ἂν τὸν αἱμυλώτατον,
Ἐχθρὸν ἄλημα, τούς τε δισ-
σάρχας ὀλέσσας βασιλεῖς,
Τέλος θάνοιμι καὐτός!

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὅταν κατεύχῃ ταῦθ', ὁμοῦ κἀμοὶ θανεῖν
Εὔχου· τί γὰρ δεῖ ζῆν με, σοῦ τεθνηκότος;

ΑΙΑΣ.

Ἰώ
στροφὴ δ'. Σκότος, ἐμὸν φάος, Ἔρεβος ὦ φαεν-
νότατον, ὡς ἐμοί,
Ἕλεσθέ μ', ἕλεσθ' οἰκήτορα,
Ἕλεσθέ μ'! οὔτε γὰρ θεῶν γένος,
Οὔθ' ἀμερίων ἔτ' ἄξιος
Βλέπειν τιν' εἰς ἄντασιν ἀνθρώπων.
Ἀλλά μ' ἁ Διός γ', ἀλκίμα θεὸς,
Ὀλέθριον αἰκίζει. —

Aiax. O Iupiter, maiorum meorum progenitor, utinam peremto loquacissimo illo inviso veteratore, geminisque neci datis regibus, ipse demum mortem oppetam!

Tecmessa. Quando ista imprecaris, simul et mihi mortem opta. Quid enim me vivere oportet, te mortuo?

Aiax. O caligo, mea lux, o tenebrae Orci, meo quidem animo lucidissimae, suscipite, suscipite me incolam, suscipite me! Neque enim deorum neque diem viventium genus hominum etiam intueri dignus sum occurrens, sed me Iovis praepotens filia ad necem usque excruciat.

Ποῖ τις οὖν τράπῃ; ποῖ μολὼν μενῶ,
Εἰ τὰ μὲν φθίνει, φίλοι,
Τοῖσιν πέλας, μωραῖς γ' ἄγραις, προσκείμεθα,
Τὰ δὲ στρατὸς δίπαλτος ἄν με
Χειροφονεύοι;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὦ δυστάλαινα, τοιάδ' ἄνδρα χρήσιμον
Φωνεῖν, ἃ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἔτλη ποτ' ἄν!

ΑΙΑΣ.

Ἰὼ
ἀντιστρ. δ'. Πόροι ἁλίρροθοι, πάραλά τ' ἄντρα, καὶ
Νέμος ἐπάκτιον,
Πολύν με, πολὺν, δαρόν τε δὴ
Κατείχετ' ἀμφὶ Τροίαν χρόνον·
Ἀλλ' οὐκ ἔτι μ', οὐκ ἔτ', ἀμπνοὰς
Ἔχοντα, τοῦτό τις φρονῶν ἴστω. —
Ὦ Σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαὶ,
Δαΐφρονες Ἀργείοις,
Οὐκ ἔτ' ἄνδρα μὴ τόνδ' ἴδητ' (ἔπος

Quo igitur quis convertatur? quo maneam loco? siquidem parte me tabefaciunt, amici, quae inter prostratus iaceo, insanas praedas, parte vero exercitus utrisque spiculis me sit occisurus?

Tecmessa. Heu me miseram! talia virum consultum loqui, quae numquam sustinuisset antehac?

Aiax. O fluvii in mare labentes, antraque maritima, et litorale pratum, longo, longo tempore, diuque me detinuistis ad Troiam; at enim non amplius vitales carpentem auras tenebitis: hoc, quicumque sapit, scito. — O Scamandri vicina fluenta, malevola Argivis, haud amplius virum hunc videbitis, qualem (super-

Ἐξερῶ μέγ'), οἷον οὐ
Τροία στρατοῦ δέρχθη, χθονὸς μολόντ' ἀπὸ
Ἑλλανίδος· τανῦν δ' ἄτιμος
Ὧδε πρόκειμαι.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔ τοι σ' ἀπείργειν, οὐδ', ὅπως ἐῶ λέγειν,
Ἔχω, κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα.

ΑΙΑΣ.

Αἶ αἶ! τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;
Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ
Καὶ τρίς· τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω·
Ὅτου πατὴρ μὲν τῆσδ' ἀπ' Ἰδαίας χθονὸς,
Τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ,
Πρὸς οἶκον ἦλθε, παισὶν εὔκλειαν φέρων,
Ἐγὼ δ', ὁ κείνου παῖς, τὸν αὐτὸν ἐς τόπον
Τροίας ἐπελθὼν οὐκ ἐλάσσονι σθένει,
Οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς,
Ἄτιμος Ἀργείοισιν ὧδ' ἀπόλλυμαι.

bum quid dicam) Troia in exercitu non vidit, terra profectum Hellenica: nunc vero inhonoratus sic iaceo.

Chorus. Nec qui cohibeam, nec, qui te talia dicere sinam, reperio, tantis implicatum malis.

Aiax. Ai, ai! Quis umquam putasset fore, ut sic malis meis conveniret nomen meum? Nunc enim adest, cur bis inclamem et ter ai ai: tantis nimirum versor in malis. Cuius pater ex hac ipsa Idaea terra, rebus eximie gestis summa nactus praemia, domum rediit, liberis afferens gloriam; ego vero illius filius, qui eamdem ad Troiam veni haud minore robore, neque minoribus opem ferens rebus manu gestis, inhonoratus Argivis ita pereo. At-

Καίτοι τοσοῦτόν γ' ἐξεπίστασθαι δοκῶ·
Εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς, τῶν ὅπλων τῶν ὧν πέρι
Κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινὶ,
Οὐκ ἄν τις αὔτ' ἔμαρψεν ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ·
Νῦν δ' αὔτ' Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας
Ἔπραξαν, ἀνδρὸς τοῦδ' ἀπώσαντες κράτη.
Κεἰ μὴ τόδ' ὄμμα καὶ χέρες διάστροφοι
Γνώμης ἀπῇξαν τῆς ἐμῆς, οὐκ ἄν ποτε
Δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν·
Νῦν δ' ἡ Διὸς γοργῶπις ἀδάμαστος θεὰ,
Ἤδη μ' ἐπ' αὐτοῖς χεῖρ' ἐπεντείνοντ' ἐμὴν
Ἔσφηλεν ἐμβαλοῦσα λυσσώδει νόσῳ,
Ὥστ' ἐν τοιοῖσδε χεῖρας αἱμάξαι βοτοῖς·
Κεῖνοι δ' ἐπεγγελῶσιν ἐκπεφευγότες,
Ἐμοῦ μὲν οὐχ ἑκόντος· εἰ δέ τις θεῶν
Βλάπτοι, φύγοι γ' ἂν χὡ κακὸς τὸν κρείσσονα. —
Καὶ νῦν τί χρὴ δρᾷν, ὅστις ἐμφανῶς θεοῖς

qui hoc saltem pro certo scire videor: Si vivus Achilles de suis ipse armis iudicium tulisset, palmario virtutis, nemo ea prae me adeptus fuisset; nunc vero contra machinati Atridae scelerato homini tradiderunt, posthabita huius viri virtute. At nisi hi oculi atque manus transverse a consilio aberrassent, haud amplius illi talem sententiam contra quemquam essent laturi: sed enim terrifica indomita Iovis filia dextram iam illis me intentantem in errorem induxit, immisso furiali morbo, quo actus pecudum harum caede cruentavi manus; illique nunc me irrident, elapsi, propter facta mea non voluntaria; si vero praepediat deus aliquis, praestantiorem etiam ignavus fugiat. Nunc igitur quid oportet me facere, qui manifeste

Ἐχθαίρομαι; μισεῖ δέ μ' Ἑλλήνων στρατός·
Ἔχθει δὲ Τροία πᾶσα, καὶ πεδία τάδε.
Πότερα πρὸς οἴκους, ναυλόχους λιπὼν ἕδρας
Μωρούς τ' Ἀτρείδας, πέλαγος Αἰγαῖον περῶ;
Καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς
Τελαμῶνι; πῶς με τλήσεταί ποτ' εἰςιδεῖν
Γύμνον, φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ,
Ὧν αὐτὸς ἔσχε στέφανον εὐκλείας μέγαν;
Οὐκ ἔστι τοὔργον τλητόν. — Ἀλλὰ δῆτ' ἰὼν
Πρὸς ἔρυμα Τρώων, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις,
Καὶ δρῶν τι χρηστὸν εἶτα λοίσθιον θανῶ;
Ἀλλ' ὧδέ γ' Ἀτρείδας ἂν εὐφράναιμί που.
Οὐκ ἔστι ταύτῃ! πεῖρά τις ζητητέα
Τοιάδ', ἀφ' ἧς γέροντι δηλώσω πατρὶ,
Μή τοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος ἐκ κείνου γεγώς.
Αἰσχρὸν γάρ, ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου,
Κάκωσιν ὅςτις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.

diis invisus sum, quem odit Graecorum exercitus, cui infensa est Troia universa, atque hi ipsi campi? Domumne repetens, deserta nautica hac sede, stultisque Atridis, Aegeum traiiciam mare? At quo vultu patre mo sistam coram, Telamone? Quomodo sustinebit adspectum meum pumilionis, virtutis carentis praemiis, quorum ille insigne decus adeptus est? Non est hoc ferendum. — Sed quid si in Troum munimenta facto impetu, solus cum solis congressus, viro dignum quoddam edam supremum facinus, et moriar? At sic Atridis rem gratam fecerim. Non eo res rediit. Tentanda est via eiusmodi, per quam seni ostendam patri, me haud degenerem ex illo satum. Turpe est enim viro, longam expetere vitam, si cui vexationis nulla contingit remissio.

Τί γὰρ πρὸς ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει
Προςθεῖσα, κἀνεθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν;
Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν,
Ὅςτις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται,
Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή. Πάντ' ἀκήκοας λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐδεὶς ἐρεῖ ποθ', ὡς ὑπόβλητον λόγον,
Αἴας, ἔλεξας, ἀλλὰ τῆς σαυτοῦ φρενός·
Παῦσαί γε μέν τοι, καὶ δὸς ἀνδράσιν φίλοις
Γνώμης κρατῆσαι, τάςδε φροντίδας μεθείς.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὦ δέσποτ' Αἴας, τῆς ἀναγκαίας τύχης
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.
Ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρὸς,
Εἴπερ τινὸς, σθένοντος ἐν πλούτῳ, Φρυγῶν·
Νῦν δ' εἰμὶ δούλη· θεοῖς γὰρ ὧδ' ἔδοξέ που,
Καὶ σῇ μάλιστα χειρί. Τοιγαροῦν, ἐπεὶ

Quid enim ad diem dies iuvare potest additus, liberatusque a morte? Haud ego emerem vilissimo pretio hominem, qui inani spe fovetur, sed aut honeste vivere, aut honeste mori generosum decet. Omnia audivisti.

Chorus. Nemo umquam dicet, Aiax, subditicia te haec locutum esse, sed mentis tuae sensa: impetum tamen istum reprime, amicisque facilem te flecti praebe, curis his omissis.

Tecmessa. O here Aiax, fati necessitate non est aliud gravius hominibus malum. Patre equidem nata sum libero, opibusque, si quis alius, inter Phrygas pollente; nunc vero serva sum: sic enim diis visum est, maximeque tibi. Pro-

Τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον, εὖ φρονῶ τὰ σά,
Καί σ' ἀντιάζω πρός τ' ἐφεστίου Διὸς,
Εὐνῆς τε τῆς σῆς, ᾗς ξυνηλλάχθης ἐμοὶ,
Μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν
Τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν, χειρίαν ἀφείς τινι.
Ἧι γὰρ θανεῖ σὺ, καὶ τελευτήσας ἄπεις,
Ταύτῃ νόμιζε κἀμὲ τῇ τόθ' ἡμέρᾳ,
Βίᾳ ξυναρπασθεῖσαν Ἀργείων ὕπο,
Ξὺν παιδὶ τῷ σῷ δουλίαν ἕξειν τροφήν·
Καί τις πικρὸν πρόςφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ,
Λόγοις ἰάπτων· Ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν
Αἴαντος, ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ,
Οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει! —
Τοιαῦτ' ἐρεῖ τις· κἀμὲ μὲν δαίμων ἐλᾷ,
Σοὶ δ' αἰσχρὰ τἄπη ταῦτα, καὶ τῷ σῷ γένει.
Ἀλλ' αἴδεσαι μὲν πατέρα τὸν σὸν ἐν λυγρῷ
Γήρᾳ προλείπων· αἴδεσαι δὲ μητέρα,

inde, ex quo in tuum cubile conveni, tuis rebus studeo, teque per Iovem Familiarem obtestor, perque thorum tuum, quo coniunctus es mihi, ne me velis tristem audire sermonem inimicorum tuorum, cuiusvis alius arbitrio permissam. Quo enim tu morieris, defunctusque aberis, ne dubita, quin eodem ipso die vi correpta ab Argivis cum filio tuo in servitutem detrudar: et herus aliquis acerbo me dicto tanget: Conspicite Aiacis coniugem, qui viribus fuit in exercitu praestantissimus, qualia nunc pro quali felicitate servitia subit! Talia dicet aliquis: et me quidem excruciabit necessitas; tibi vero, tuoque generi haec dicta dedecori erunt. At reverere patrem tuum tristi confectum senio deserere; reverere et matrem, multos

Πολλῶν ἐτῶν κληροῦχον, ἥ σε πολλάκις
Θεοῖς ἀρᾶται ζῶντα πρὸς δόμους μολεῖν·
Οἴκτειρε δ', ὦ 'ναξ, παῖδα τὸν σὸν, εἰ νέας
Τροφῆς στερηθεὶς, σοῦ διοίσεται μόνος
Ὑπ' ὀρφανιστῶν μὴ φίλων, ὅσον κακὸν
Κείνῳ τε κἀμοὶ τοῦθ', ὅταν θάνῃς, νεμεῖς!
Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστὶν, εἰς ὅ τι βλέπω,
Πλὴν σοῦ· σὺ γάρ μοι πατρίδ' ᾔστωσας δορὶ,
Καὶ μητέρ' ἤδη μοῖρα, τὸν φύσαντά τε,
Κατεῖχεν, Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας.
Τίς δῆτ' ἐμοὶ γένοιτ' ἂν ἀντὶ σοῦ πατρίς;
Τίς πλοῦτος; ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι.
Ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆστιν· ἀνδρί τοι χρεὼν
Μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν εἴ τι που πάθοι·
Χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί·
Ὅτου δ' ἀποῤῥεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος,
Οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.

iam annos sortitam, quae multiplicibus votis deos precatur, ut salvus domum redeas; miserere etiam, o rex, filii tui, si puerili educatione destituto, te orbato, sub iniquis tutoribus aetas agenda erit, quantum miseriarum illique et mihi tua morte attuleris! Nam mihi quidem nihil est, quo respiciam, praeter te. Quippe patriam tu mihi delevisti bello; matremque iam Parca et genitorem cohibebat, Orci mortales incolas. Quaenam mihi, quaeso, pro te patria fiat? quae opes? in te mea omnis est salus. Ergo memoriam mei retine: utique virum decet memorem esse, sicunde grati quid perceperit: gratia enim gratiam semper parit; cuicumque vero effluit beneficii memoria, is non amplius generosi viri habeatur loco.

ΧΟΡΟΣ.

Αἴας, ἔχειν σ' ἂν οἶκτον, ὡς κἀγὼ, φρενὶ,
Θέλοιμ' ἄν· αἰνοίης γὰρ ἂν τὰ τῆσδ' ἔπη.

ΑΙΑΣ.

Καὶ κάρτ' ἐπαίνου τεύξεται πρὸς γοῦν ἐμοῦ,
'Εὰν μόνον τὸ ταχθὲν εὖ τολμᾷ τελεῖν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

'Αλλ', ὦ φίλ' Αἴας, πάντ' ἔγωγε πείσομαι.

ΑΙΑΣ.

Κόμιζέ νυν μοι παῖδα τὸν ἐμὸν, ὡς ἴδω.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Καὶ μὴν φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην.

ΑΙΑΣ.

'Η τοῖσδε τοῖς κακοῖσιν; ἢ τί μοι λέγεις;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Μή σοι γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι.

ΑΙΑΣ.

Πρέπον γέ τ' ἂν ἦν δαίμονος τοῦ 'μοῦ τόδε.

Chorus. Vellem te, Aiax, itidem ut ego, misericordia animum affici: laudares enim huius dicta.

Aiax. Atqui magnam laudem a me consequetur, si modo id, quod iussero, exsequi sustinuerit.

Tecmessa. At, o care Aiax, in omni re tibi parebo.

Aiax. Adfer mihi ergo filium meum, ut videam.

Tecmessa. At vero metu perculsa eum ablegavi.

Aiax. An propter haec mala? aut quid mihi dicis?

Tecmessa. Ne periret miser, sicubi forte tibi occurreret.

Aiax. Nempe hoc consentaneum fuisset furori meo.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.
Ἀλλ' οὖν ἐγὼ 'φύλαξα, τοῦτό γ' ἀρκέσαι.

ΑΙΑΣ.
Ἐπήνεσ' ἔργον, καὶ πρόνοιαν, ἣν ἔθου.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.
Τί δῆτά γ' ὡς ἐκ τοῦδ' ἂν ὠφελοῖμί σε;

ΑΙΑΣ.
Δός μοι προςειπεῖν αὐτὸν, ἐμφανῆ τ' ἰδεῖν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.
Καὶ μὴν πέλας γε προςπόλοις φυλάσσεται.

ΑΙΑΣ.
Τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.
Ὦ παῖ, πατὴρ καλεῖ σε! — Δεῦρο, προςπόλων
Ἄγ' αὐτὸν, ὅςπερ χερσὶν εὐθύνων κυρεῖς!

ΑΙΑΣ.
Ἕρποντι φωνεῖς, ἢ λελειμμένῳ λόγου;

Tecmessa. Itaque praecavi, id ab eo ut propulsarem.

Aiax. Laudo factum, quamque adhibuisti providentiam.

Tecmessa. Quid, amabo, quod illum attinet, tibi prosim?

Aiax. Fac ut eum adloquar, coramque videam.

Tecmessa. Atqui prope a ministris custoditur.

Aiax. Quaenam igitur tenet eum mora, ne praesto adsit?

Tecmessa. O nate, pater te vocat! — Huc, famulorum, adduc ipsum, quisquis manibus nunc eum regis.

Aiax. Venitne iam vocatus, an vocem tuam non exaudiit?

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Καὶ δὴ κομίζει προςπόλων ὅδ' ἐγγύθεν.

ΑΙΑΣ.

Αἶρ' αὐτὸν, αἶρε δεῦρο! ταρβήσει γὰρ οὒ
Νεοσφαγῆ που τόνδε προςλεύσσων φόνον,
Εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμὸς τὰ πατρόθεν,
'Αλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
Δεῖ πωλοδαμνεῖν, κἀξομοιοῦσθαι φύσιν.
Ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.
Καί τοι σε καὶ νῦν τοῦτό γε ζηλοῦν ἔχω,
Ὅθ' οὕνεκ' οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνει κακῶν·
Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακὸν,
Ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.
Ὅταν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο, δεῖ σ', ὅπως πατρὸς
Δείξεις ἐν ἐχθροῖς, οἷος ἐξ οἵου 'τράφης.
Τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου, νέαν
Ψυχὴν ἀτάλλων, μητρὶ τῇδε χαρμονήν.

Tecm. Immo e propinquo famulus eum huc adducit.

Aiax. Adfer hunc, adfer huc! non enim conspecta recenti hac caede expavescet, si quidem vero me patre satus est, sed statim illum ad crudos patris mores oportet tenerum fingi, et similem fieri ingenio. O nate, utinam fias fortunatior patre, cetera vero similis! ita sorte utaris haud mala. Quamquam et nunc ob hoc te beatum praedicare fas est, quod nihil horum sentis malorum: quippe nihil intelligere, dolore prorsus liberum malum est, donec gaudere ac dolere quis discat. Quum autem eo aetatis veneris, tum tibi opus est, ut inimicis ostendas, qualis ex quali patre eductus sis. Interim vero levibus auris vescitor, vitam fovens novellam, huiusce tuae matris oblecta-

Οὔ τοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μή τις ὑβρίσει
Στυγναῖσι λώβαις, οὐδὲ χωρὶς ὄντ' ἐμοῦ·
Τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφί σοι
Λείψω, τροφῆς ἄοκνον ἔμπακ', εἰ τανῦν
Τηλουρὸς οἰχνεῖ, δυςμενῶν θήραν ἔχων.
'Αλλ', ἄνδρες ἀσπιστῆρες, ἐνάλιος λεώς,
Ὑμῖν τε κοινὴν τήνδ' ἐπισκήπτω χάριν,
Κείνῳ τ' ἐμὴν ἀγγείλατ' ἐντολήν, ὅπως
Τὸν παῖδα τόνδε πρὸς δόμους ἐμοὺς ἄγων
Τελαμῶνι δείξει, μητρί τ' (Ἐριβοίᾳ λέγω),
Ὥς σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰςαεί,
Μέχρις μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ.
Καὶ τἀμὰ τεύχη μήτ' ἀγωνάρχαι τινὲς
Θήσουσ' Ἀχαιοῖς, μήθ' ὁ λυμεὼν ἐμός·
'Αλλ' αὐτό μοι σὺ παῖ λαβὼν ἐπώνυμον,
Εὐρύσακες, ἴσχε, διὰ πολυῤῥάφου στρέφων
Πόρπακος, ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος·

mentum. Nemo, sat scio, Achivûm odiosis te laedet contumeliis, ne quidem a me absentem: talem ianitorem tibi relinquam, Teucrum, educationis tuae sedulum curatorem; tametsi nunc longinquus abest, hostes infestans. At vos, viri bellatores, nautica turba, iubeo, si communi me gratia demereri voltis, illi nuntiare mea mandata, ut puerum huncce ad domum meam deductum Telamoni ostendat, matrique meae (Eriboeam dico), qui ipsis sit usque senectae praesidium, donec subeant Orci penetralia. Atque mea arma neque ulli proponant Achivis certaminum praesides, nec pestis mea; sed ipsum septemplici bovis tergore compactum, infractum clypeum, a quo nomen habes, cape, nate Eurysaces, et tibi habe, per multiplicem vibrans lorum: cetera

[redacted]

Τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται.
Ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου,
Καὶ δῶμα πάκτου, μηδ' ἐπισκήνους γόους
Δάκρυε! κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή.
Πύκαζε θᾶσσον! οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ,
Θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι τραύματι.

ΧΟΡΟΣ.

Δέδοικ' ἀκούων τήνδε τὴν προθυμίαν·
Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὦ δέσποτ' Αἴας, τί ποτε δρασείεις φρενί;

ΑΙΑΣ.

Μὴ κρῖνε, μὴ 'ξέταζε! σωφρονεῖν καλόν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὅμως ἀθυμῶ, καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου
Καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι, μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ!

ΑΙΑΣ.

Ἄγαν γε λυπεῖς· οὐ κάτοισθ', ἐγὼ θεοῖς

vero arma una mecum sepeliuntor. Iam vero, mulier, puerum hunc ocius accipe, domusque fores obsera, neque ad haec tentoria incende luctus. Valde promtum est flere femina. Ocius te abde! non est sapientis medici carmina canere ferrum poscenti vulneri.

Chorus. Male metuo, audiens, quanto flagres studio: quippe haud mihi placet asperata tua lingua.

Tecmessa. O here Aiax, quidnam moliris animo?

Aiax. Ne quaerito, ne scrutare: decus est modestia.

Tecmessa. At despero nihilominus, perque te deos obtestor, perque tuum gnatum, ne nos proditum eas.

Aiax. Nimis quidem molesta es: an nescis, me ni-

Ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἴμ' ὀφειλέτης ἔτι;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Εὔφημα φώνει.

ΑΙΑΣ.

Τοῖς ἀκούουσιν λέγε.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Σὺ δ' οὐχὶ πείσει;

ΑΙΑΣ.

Πόλλ' ἄγαν ἤδη θροεῖς.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ταρβῶ γάρ, ὦ 'ναξ.

ΑΙΑΣ.

Οὐ ξυνέρξεθ' ὡς τάχος;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Πρὸς θεῶν, μαλάσσου!

ΑΙΑΣ.

Μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν,
Εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς.

hil amplius diis debere?

Tecmessa. Bene ominata loquere.

Aiax. Audientibus narra.

Tecmessa. Morem ergo non geres?

Aiax. Nimis multa iam garris.

Tecmessa. Metuo enim, o rex.

Aiax. Quin concluditis illam ocius?

Tecmessa. Per deos, animum molli.

Aiax. Nae stulte mihi videris sapere, si meos mores iam tandem erudire cogites.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά. Ὦ κλεινὰ Σαλαμὶς, σὺ μέν που
Ναίεις ἁλίπλαγκτος, εὐδαίμων,
Πᾶσιν περίφαντος αἰεί·
Ἐγὼ δ' ὁ τλάμων,
Παλαιὸς, ἀφ' οὗ, χρόνος,
Ἰδαίᾳ μίμνω
Λειμωνίδι μηλοπόᾳ,
Ἀνήριθμος αἰὲν εὐνώμῳ
Χρόνῳ τρυχόμενος, κακὰν ἐλπίδ' ἔχων,
Ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν
Τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν.

ἀντιστρ. ά. Καί μοι δυςθεράπευτος Αἴας
Ξύνεστιν ἔφεδρος (ὤ μοι μοι!),
Θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος·
Ὃν ἐξεπέμψω
Πρὶν δή ποτε, θουρίῳ
Κρατοῦντ' εἰν Ἄρει·
Νῦν δ' αὖ, φρενὸς οἰοβότας,
Φίλοις μέγα πένθος εὕρηται·
Τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν μεγίστας ἀρετᾶς

Chorus. O inclyta Salamis, mari circumfusa tu quidem sedes, felix, cunctis spectabilis semper: ego vero miser iamdudum dego Idaeis in ovium pascuis, semper volventibus annis adtritus continuo, malam spem fovens, fore, ut demum migrem ad detestandum tenebrosum Orcum.

Ac mihi adsidet insanabilis Aiax, hei mihi! divinitus immisso correptus furore: quem emisisti olim, Martiis victorem proeliis: nunc contra, mentis suae devius, amicis ingens existet luctus, priora vero maximae

Ἄφιλα παρ' ἀφίλοις
Ἔπεσ', ἔπεσε μελέοις Ἀτρείδαις.

στροφὴ β'. Ἦ που παλαιᾷ
Μὲν ἔντροφος ἁμέρᾳ,
Λευκῷ δὲ γήρᾳ,
Μάτηρ, νιν ὅταν νοσοῦντα
Φρενομόρῳ 'ξακούσῃ,
Αἴλινον, αἴλινον οὐκ οἰκτρᾶς γόον
Ὄρνιθος, ἀηδοῦς,
Ἥσει δύσμορος; — Ἀλλ' ὀξυτόνους μὲν ᾠδὰς
Θρηνήσει, χερόπληκτοι
Δ' ἐν στέρνοισι πεσοῦνται
Δοῦποι, καὶ πολιᾶς ἄμυγμα χαίτας.

ἀντιστρ. β'. Κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ
Κεύθων, ἄνοσος μάταν,
Ὅς, ἐκ πατρῴας
Ἥκων γενεᾶς ἄριστος
Πολυπόνων Ἀχαιῶν,
Οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος,
Ἀλλ' ἐκτὸς ὁμιλεῖ.

virtutis facinora apud ingratos ingrata cecidere, miseros Atridas.

Nimirum quando illum mater longaeva, cano confecta senio, audiet mente captum aegrotare, nonne lamentabilem, lamentabilem infelix faciet lessum miserabilis lusciniae? At sane in clamosos erumpet eiulatus, tunsumque manibus sonabit pectus, canaeque lacerabuntur comae.

Quippe satius est Orco eum condi, immedicabili morbo agitatum, qui, paterni generis nobilitate praestantissimus aerumnosis in Achivis, non amplius inhaeret consuetis moribus, sed versatur extra.

[redacted]

Ὦ τλᾶμον πάτερ, οἵαν σε μένει πυθέσθαι
Παιδὸς δύςφορον ἄταν,
Ἃν οὔπω τις ἔθρεψεν
Αἰὼν Αἰακιδᾶν, ἄτερθε τοῦδε!

ΑΙΑΣ.

Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται·
Κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδὲν, ἀλλ' ἁλίσκεται
Χὠ δεινὸς ὄγκος, χ' αἱ περισκελεῖς φρένες.
Κἀγὼ γὰρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε,
Βαφῇ σίδηρος ὥς, ἐθηλύνθην στόμα
Πρὸς τῆςδε τῆς γυναικός· οἰκτείρω δέ νιν
Χήραν παρ' ἐχθροῖς, παῖδά τ' ὀρφανὸν, λιπεῖν.
Ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ καὶ παρακτίους
Λειμῶνας, ὡς ἂν, λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ,
Μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλύξωμαι θεᾶς·
Μολών τε, χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω,

O miser genitor, qualis te manet audienda nati intolerabilis calamitas, quam nemo hucusque tulit Aeacidarum, praeterquam hic vir!

Aiax. Omnia longum infinitumque tempus promit in lucem occulta, palamque facta occulit: neque est quidquam, quod fieri haud posse putes: sed vincitur etiam magna mentis elatio, et obstinatae rigor. Namque ego, qui dudum vehementer obdurueram, ut ferrum aqua tinctum, nunc hebeo, emollitus ab hac muliere: miseret enim me eius, quod ipsam viduam inter hostes, et filium orphanum, relinquo. Sed eo ad lavacra et litoralia prata, ut, purificatus a piaculo, gravem iram deae effugiam; et progressus in desertum locum, abstru-

Κρύψω τόδ' ἔγχος τοὐμὸν, ἔχθιστον βελῶν,
Γαίας ὀρύξας ἔνθα μή τις ὄψεται,
Ἀλλ' αὐτὸ νὺξ Ἅιδης τε σωζόντων κάτω.
Ἐγὼ γὰρ, ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην
Παρ' Ἕκτορος δώρημα δυσμενεστάτου,
Οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον Ἀργείων πάρα,
Ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.
Τοιγὰρ τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς
Εἴκειν, μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν.
Ἄρχοντές εἰσιν, ὥςθ' ὑπεικτέον· τί μή;
Καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα
Τιμαῖς ὑπείκει. Τοῦτο μὲν, νιφοστιβεῖς
Χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ Θέρει·
Ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος
Τῇ λευκοπώλῳ φέγγος Ἡμέρᾳ φλέγειν·
Δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
Στένοντα πόντον· ἐκ δ' ὁ παγκρατὴς Ὕπνος

dam gladium hunc meum, telorum inimicissimum, in humum defossum, ubi nemo eum visurus est: sed illum Nox Orcusque sub terra servanto. Quippe ex quo illum dono accepi ab Hectore, viro infensissimo, nihil inde ab Argivis adeptus sum boni, sed verum illud hominum verbum est: *Hostium dona non dona, neque utilia.* Quare in posterum sciemus quidem diis cedere, ac discemus Atridas venerarier: imperatores sunt: itaque mos illis gerendus; quippini? namque cedunt honori quae maxima etiam sunt et praepotentia. Sic nivosae Hiemes frugiferae Aestati cedunt loco: concedit et noctis tenebrosae orbis, ut candidis vecta bigis Aurora fulgeat: pontumque gementem sopire tandem solet tempestas: atque rite

Λύει πεδήσας, οὐδ' ἀεὶ λαβὼν ἔχει·
Ἡμεῖς δὲ πῶς οὐ γνωσόμεσθα σωφρονεῖν;
Ἔγωγ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι
Ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσάνδ' ἐχθραντέος,
Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις, ἔς τε τὸν φίλον
Τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι,
Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα· τοῖς πολλοῖσι γὰρ
Βροτῶν ἄπιστός ἐσθ' ἑταιρίας λιμήν.
Ἀλλ' ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ σχήσει· σὺ δὲ,
Ἔσω, θεοῖς, ἐλθοῦσα, διὰ τέλους, γύναι,
Εὔχου τελεῖσθαι, τοὐμὸν ὧν ἐρᾷ κέαρ·
Ὑμεῖς θ', ἑταῖροι, ταὐτὰ τῇδ' ἐμοὶ τάδε
Τιμᾶτε, Τεύκρῳ τ', ἢν μόλῃ, σημήνατε
Μέλειν μὲν ἡμῶν, οὐ νοσεῖν δ' ὑπέρμεγα.
Ἐγὼ γὰρ εἶμ' ἐκεῖσ', ὅποι πορευτέον·
Ὑμεῖς δ', ἃ φράζω, δρᾶτε, καὶ τάχ' ἄν μ' ἴσως
Πύθοισθε, κεἰ νῦν δυστυχῶ, σεσωσμένον.

omnium domitor Somnus insolvit quos devinxerat, nec semper constrictos tenet. Quidni ergo nos etiam discamus modesti esse? Equidem nunc demum didici, inimicum ita a nobis odio esse prosequendum, ut qui amare rursus nos possit: vicissimque amicum ita officiis iuvabo, ut qui semper mansurus non sit; plerisque enim hominibus infidus est amicitiae portus. Haec igitur recte se habebunt; tu vero, mulier, intro abi, deosque sedulo comprecare, ut rata omnino faciant ea, quae cupio: vosque, socii, eadem cum illa exsequi mihi dignamini, et Teucro, ubi venerit, significate, nos ut curet, nec tamen contristetur nimium. Atque sic ego proficiscar, quo eundum est: vos vero, quae dico, facite, et forsitan brevi, etsi nunc miser sum, servatum me audietis. (*abit.*)

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν!
Ἰὼ, ἰὼ, Πὰν, Πὰν,
Ὦ Πὰν, Πὰν, ἁλίπλαγκτε
Κυλλανίας χιονοκτύπου
Πετραίας ἀπὸ δειράδος φάνηθ', ὦ
Θεῶν χοροποί' ἄναξ,
Ὅπως Νύσια, Κνώσι', ὀρ-
χήματ' αὐτοδαῆ ξυνὼν ἰάψῃς.
Νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι.
Ἰκαρίων δ' ὑπὲρ πελαγέων μολὼν,
Ἄναξ Ἀπόλλων,
Ὁ Δάλιος, εὔγνωστῳ
Σύ μοι ξυνείης διὰ παντὸς εὔφρων!

ἀντιστρ. Ἔλυσ' ἄρ' αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης.
Ἰὼ, ἰώ! νῦν αὖ,
Νῦν, ὦ Ζεῦ, πάρα λευκὸν
Εὐάμερον, πελάσαι, φάος,
Θοῶν ὠκυάλων νεῶν, ὅτ' Αἴας

Chorus. Horreo cupidine, summoque exsulto gaudio! Io, io, Pan, Pan, o Pan, Pan, pontivage Cylleniae nivalis saxoso de iugo nobis appare, o qui deorum ducis choreas, ut mecum Nysia, Cnosia, tripudia capessas a te ipso inventa. Nunc enim mihi saltare curae est. Tuque, traiecto Icario mari, Rex Apollo Delie, bene noto adsis mihi semper propitius!

Demsit igitur gravem dolorem ab oculis Mars. Nunc rursus, nunc, o Iupiter, affulget lux candida, qua fas est ad citas fluctivagas naves auspicato accedere, quandoquidem Aiax malo-

Λαθίπονος πάλιν,
Θεῶν δ' αὖ πάνθυτα θέσμι' ἐξ-
ήνυσ' εὐνομίᾳ σέβων μεγίστᾳ.
Πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει·
Κοὐδὲν ἀναύδητον φατίξαιμ' ἂν, εὖ-
τέ γ' ἐξ ἀέλπτων
Αἴας μετανεγνώσθη,
Θυμῶν τ' Ἀτρείδαις, μεγάλως τε νεικῶν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄνδρες φίλοι (τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω),
Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἀπὸ
Κρημνῶν· μέσον δὲ προςμολὼν στρατήγιον
Κυδάζεται τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις ὁμοῦ.
Στείχοντα γὰρ πρόσωθεν αὐτὸν ἐν κύκλῳ
Μαθόντες ἀμφέστησαν, εἶτ' ὀνείδεσιν
Ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν, οὔ τις ἔσθ' ὃς οὔ,
Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατῷ
Ξύναιμον ἀποκαλοῦντες, ὡς οὐκ ἀρκέσοι,
Τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν·

rum oblitus, iusta operatus est diis, venerandos ritus summa pietate colens. Omnia longum tempus absumit, nec quidquam fieri posse negem, siquidem insperato, qui Atridis irascebatur, vehementerque rixabatur, lenitus est Aiax.

Nuntius. Amici, (quod primum nuntiare volo), Teucer iam recens adest a Mysiae iugis: media autem ingressum castra conviciis lacessit tota simul Argivûm multitudo. Advenientem enim e longinquo ubi resciverunt, undique circumsteterunt: tum maledictis proscindebant hinc inde, nec linguae temperabat quisquam; ipsum lymphati et insidiantis exercitui fratrem appellantes, ut non impediturus sit, quominus saxis totus laceratus moria-

Οἵ τ' ἐς τοσοῦτον ἦλθον, ὥςτε καὶ χεροῖν
Κολεῶν ἐρυστὰ διεπεραιώθη ξίφη.
Λήγει δ' ἔρις, δραμοῦσα τὰ προσώτατα,
Ἀνδρῶν γερόντων ἐν ξυναλλαγῇ λόγου.
Ἀλλ' ἡμὶν Αἴας ποῦ 'στιν, ὡς φράσω τάδε;
Τοῖς κυρίοις γὰρ πάντα χρὴ δηλοῦν λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἔνδον, ἀλλὰ φροῦδος ἀρτίως, νέας
Βουλὰς νέοισιν ἐγκαταζεύξας τρόποις.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἰού, ἰού, ἰού!
Βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ' ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν
Πέμπων ἔπεμψεν, ἢ 'φάνην ἐγὼ βραδύς.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἐστι χρείας τῆςδ' ὑπεσπανισμένον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τὸν ἄνδρ' ἀπηύδα Τεῦκρος εὔδοντα στέγης

tur; ac nonnulli eo usque venerunt, ut iam manibus e vaginis educerentur gladii. Conquievit tamen contentio ad summum progressa, senum composta sermonibus. Verum ubi nobis est Aiax, ut haec ipsi narrem? nam ei, qui summam habet, negotii quodcumque est indicare oportet.'

Chorus. Non est intus, sed modo abiit, nova consilia novis ut adiunxit moribus.

Nuntius. Heu! heu! Nempe qui misit me hanc viam, tarde me misit, aut ipse fui tardior.

Chorus. Quid est tandem, quod ad hoc negotium defit?

Nuntius. Virum dormientem vetabat Teucer, ne ex tentorio prodiret, prius-

[redacted]

Μὴ ἔξω παρήκειν, πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχῃ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' οἴχεταί τοι, πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς
Γνώμης, θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ταῦτ' ἐστὶ τἄπη μωρίας πολλῆς πλέα,
Εἴπερ τι Κάλχας εὖ φρονῶν μαντεύεται.

ΧΟΡΟΣ.

Ποῖον; τί δ' εἰδὼς τοῦδε πράγματος πέρι;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοσοῦτον οἶδα, καὶ παρὼν ἐτύγχανον.
Ἐκ γὰρ ξυνέδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου
Κάλχας μεταστὰς οἶος Ἀτρειδῶν δίχα,
Ἐς χεῖρα Τεύκρου δεξιὰν φιλοφρόνως
Θεὶς, εἶπε, κἀπέσκηψε, παντοίᾳ τέχνῃ
Εἶρξαι κατ' ἦμαρ τοὐμφανὲς τὸ νῦν τόδε
Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσι, μηδ' ἀφέντ' ἐᾷν,
Εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰσιδεῖν θέλοι ποτέ·

quam ipse praesens adesset.

Chorus. At vero abiit, optimum secutus consilium, ut deorum iram expiaret.

Nuntius. Sunt ista prorsus plena stultitiae verba, si quid sapienti mente Calchas vaticinatus est.

Chorus. Quid ergo? numquid de hac re habet comperti?

Nuntius. Tantum novi, atque ipse praesens adfui. Namque e corona consiliantum regum Calchas secedens seorsum ab Atridis, in manum Teucri familiariter immissa dextra, dixit et mandavit, omnibus ut modis cohiberet per huncce, qui nunc lucet, diem Aiacem intra tentorium, neque pateretur elabi, si sospitem illum porro videre vellet. Agi-

[redacted]

Ἐλᾷ γὰρ αὐτὸν τῇδε θἠμέρᾳ μόνῃ
Δίας Ἀθάνας μῆνις, ἀσοφίαν φλέγειν.
Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόητα σώματα
Πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυςπραξίαις
Ἔφασχ' ὁ μάντις, ὅςτις, ἀνθρώπου φύσιν
Βλαστὼν, ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ.
Κεῖνος δ' ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος
Ἄνους, καλῶς λέγοντος, εὑρέθη, πατρός.
Ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει· Τέκνον, δορὶ
Βούλου κρατεῖν μὲν, ξὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν. —
Ὁ δ' ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο·
Πάτερ, θεοῖς μὲν, κἂν ὁ μηδὲν ὢν, ὁμοῦ
Κράτος κατακτήσαιτ'· ἐγὼ δὲ καὶ δίχα
Κείνων πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος. —
Τοσόνδ' ἐκόμπει μῦθον. Εἶτα δεύτερον
Αὐδαῖς Ἀθάνας, ἡνίκ' ὀτρύνουσά νιν
Ηὐδᾶτ' ἐπ' ἐχθροῖς χεῖρα φοινίαν τρέπειν,

tabit enim hac sola die eum divae Minervae ira, ut insana comminiscatur. Namque, praegrandia consiliique expertia corpora in graves calamitates a diis praecipitari solere, vates dicebat, si quis, naturam hominis sortitus, non tamen, hominem uti decet, sapit. Ille vero statim quum domo proficisceretur, dementiae manifestus fuit, pulchre monente patre. Hic enim his verbis illum increpavit: Fili, armis quidem stude vincere, sed vincere semper cum deo. Cui ille arroganter et stolide respondit: Pater, cum diis homo etiam nihili victoriam consequi possit: ego vero vel absque illorum ope confido me istam adepturum esse gloriam. Tam superbos ille iactabat sermones. Deinde iterum Minervae voci, ipsum incitantis, iubentisque in hostes infestam vertere manum, hoc atrox et

Τόδ' ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος·
Ἄνασσα, τοῖς ἄλλοισιν Ἀργείων πέλας
Ἵστω, καθ' ἡμᾶς δ' οὔποτ' ἐκρήξει μάχη. —
Τοιοῖςδε τοῖς λόγοισιν ἀστεργῆ θεᾶς
Ἐκτήσατ' ὀργὴν, οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονῶν.
Ἀλλ' εἴπερ ἔσται τῇδε θἠμέρᾳ, τάχ' ἂν
Γενοίμεθ' αὐτοῦ ξὺν θεῷ σωτήριοι. —
Τοσαῦθ' ὁ μάντις εἶφ'· ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἕδρας
Πέμπει με σοὶ φέροντα τάςδ' ἐπιστολὰς
Τεῦκρος φυλάσσειν. Εἰ δ' ἀπεστερήμεθα,
Οὐκ ἔστιν ὡνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δάϊ'! ὦ Τέκμησσα, δύςμορον γένος,
Ὅρα μολοῦσα τόνδ', ὁποῖ' ἔπη θροεῖ·
Ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο, μὴ χαίρειν τινά.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Τί μ' αὖ τάλαιναν, ἀρτίως πεπαυμένην

infandum retulit dictum: Regina, ceteris Argivis praesto adsis: in hanc, quam nos tutamur, partem numquam perrumpet vis pugnae. Hisce sermonibus infestam deae in se concitavit iram, animos supra humanam sortem gerens. At hanc tamen diem si vixerit, tum fortasse possimus eum, deo iuvante, sospitare. — Sic quidem locutus est vates: Teucer vero me illico ex consessu mittit, mandata haec ut observes, tibi iussurum: quae si frustra pertulimus, non amplius superest vir ille, aut nihil sapit Calchas.

Chorus. O infesta fata! o Tecmessa, infelix genus, prodi foras, et vide quos iste sermones adfert: ad vivum enim resecat, ne quis laetetur.

Tecmessa. Quid me miseram, vixdum ab inexhau-

Κακῶν ἀτρύτων, ἐξ ἕδρας ἀνίστατε;

ΧΟΡΟΣ.

Τοῦδ' εἰσάκουε τἀνδρὸς, ὡς ἥκει φέρων
Αἴαντος ἡμῖν βάξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγώ.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴ μοι, τί φῄς, ὦ ᾽νθρωπε; μῶν ὀλώλαμεν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν, Αἴαντος δ' ὅτι,
Θυραῖος εἴπερ ἐστὶν, οὐ θαρσῶ πέρι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Καὶ μὴν θυραῖος, ὥστε μ' ὠδίνειν, τί φῄς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐκεῖνον εἴργειν Τεῦκρος ἐξεφίεται
Σκηνῆς ὕπαυλον, μηδ' ἀφιέναι μόνον.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ποῦ δ' ἐστὶ Τεῦκρος, κἀπὶ τῷ λέγει τάδε;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πάρεστ' ἐκεῖνος ἄρτι· τήνδε δ' ἔξοδον

stis malis quiescentem, e sede excitatis denuo?

CHORUS. Ex viri huius ore percipe, ut nobis adfert de Aiacis sorte nuntium illaetabilem.

TECMESSA. Hei mihi! quid narras, mi homo? numnam periimus?

NUNTIUS. De te quid fiat nescio: verum de Aiace, si foras egressus est, spem amplius non habeo.

TECMESSA. Atqui egressus est, ut angar animo, quid dicas.

NUNTIUS. Illum intra tentoria cohibere, penitus mandat Teucer, nec solum egredi sinere.

TECMESSA. Ubi vero est Teucer, et cur ista dicit?

NUNTIUS. Modo ille advenit: hunc vero Aiacis egres-

Ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζειν φέρει.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴ μοι τάλαινα, τοῦ ποτ' ἀνθρώπων μαθών;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ' ἡμέραν
Τὴν νῦν ὅτ' αὐτῷ θάνατος ἢ βίος φέρει.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴ 'γώ, φίλοι, πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης,
Καὶ σπεύσαθ', οἱ μέν, Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν,
Οἱ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' ἀνθηλίους
Ζητεῖτ' ἰόντες τἀνδρὸς ἔξοδον κακήν.
Ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη,
Καὶ τῆς παλαιᾶς χάριτος ἐκβεβλημένη. —
Οἴ μοι, τί δράσω, τέκνον; οὐχ ἱδρυτέον,
Ἀλλ' εἶμι κἀγὼ κεῖσ', ὅποι περ ἂν σθένω.
Χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν (οὐχ ἕδρας ἀκμή),
Σώζειν θέλοντες ἄνδρα γ', ὃς σπεύδει θανεῖν.

sum, ne exitialis sit, metuere nos facit.

Tecmessa. Hei mihi miserae! mortalium ex quo hoc audivit?

Nuntius. Ex Thestoride vate, mortem vel vitam illius ad hunc diem spectare.

Tecmessa. Hei mihi! amici, opem ferte in urgenti hac necessitate; partimque festinate Teucrum ocius huc arcessere: alii vero ad occidentalia montium iuga, alia ad orientalia euntes, quaerite, quo sit vir inauspicato egressus. Sentio enim me a viro deceptam, et veteri apud ipsum gratia excidisse. — Hei mihi! quid agam, fili? desidendum non est, sed pergam et ego illuc, quo valebo. Eamus, acceleremus (cessato haud est opus), cupientes virum servare, qui properat mori.

ΧΟΡΟΣ.

Χωρεῖν ἕτοιμος, κοὐ λόγῳ δείξω μόνον·
Τάχος γὰρ ἔργου καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται. —

ΑΙΑΣ.

Ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν, ᾗ τομώτατος
Γένοιτ' ἄν, εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολή,
Δῶρον μὲν ἀνδρὸς Ἕκτορος, ξένων ἐμοὶ
Μάλιστα μισηθέντος, ἐχθίστου θ' ὁρᾷν·
Πέπηγε δ' ἐν γῇ πολεμίᾳ τῇ Τρῳάδι,
Σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής·
Ἔπηξα δ' αὐτὸν εὖ περιστείλας ἐγὼ,
Εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν.
Οὕτω μὲν εὐσκευοῦμεν· ἐκ δὲ τῶνδ' ἐμοὶ
Σὺ πρῶτος, ὦ Ζεῦ (καὶ γὰρ εἰκὸς), ἄρκεσον!
Αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν·
Πέμψον τιν' ἡμῖν ἄγγελον, κακὴν φάτιν
Τεύκρῳ φέροντα, πρῶτος ὥς με βαστάσῃ
Πεπτῶτα τῷδε περὶ νεοῤῥάντῳ ξίφει,

Chorus. Paratus sum ire; neque verbis id ostendam modo: consequetur enim operis pedumque celeritas. (*exeunt omnes.*)

Aiax. Stat quidem erectus occisor ensis ad eum modum, quo maxime penetrare queat, si cui et hoc considerare vacat, donum Hectoris, hospitum mihi maxime exosi et invisissimi: impactus vero est in hostili Troïco solo, ferrum vescente cote recens exacutus; eumque ego defixi curatum probe, benevolentissimum mihi, ut protinus moriar. Ita quidem bene instructi sumus; post illa vero tu primus me, Iupiter (sic enim decet), iuva! Munus vero abs te petam haud ita magnum: mitte mea gratia nuntium quempiam, Teucro qui tristem famam ferat, ut ille primus me tollat collapsum in hunc cruentum

Καὶ μὴ πρὸς ἐχθρῶν του κατοπτευθεὶς πάρος
Ῥιφθῶ κυσὶ πρόςβλεπτος οἰωνοῖς θ' ἕλωρ.
Τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προςτρέπω, καλῶ θ' ἅμα
Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι,
Ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι
Πλευρὰν διαῤῥήξαντα τῷδε φασγάνῳ.
Καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους,
Ἀεί θ' ὁρώσας πάντα τὰν βροτοῖς πάθη,
Σεμνὰς Ἐριννῦς τανύποδας, μαθεῖν ἐμὲ,
Πρὸς τῶν Ἀτρειδῶν ὡς διόλλυμαι τάλας.
Καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους
Ξυναρπάσειαν, ὥςπερ εἰςορῶσ' ἐμέ! —
Ἴτ', ὦ ταχεῖαι ποίνιμοί τ' Ἐριννύες,
Γεύεσθε, μὴ φείδεσθε, πανδήμου στρατοῦ!
Σὺ δ', ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν,
Ἥλιε, πατρῴαν τὴν ἐμὴν ὅταν χθόνα
Ἴδῃς, ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν,

gladium, et ne ab inimico aliquo exploratus prius, proiiciar canibus spectabilis alitibusque praeda. Tantum te, Iupiter, rogo: simulque invoco Mercurium Inferum, animarum deductorem, ut bene me sopiat, ubi haud palpitante celerique saltu hoc gladio latus perrupero. Quin advoco in auxilium sempervirgines, semperque intuentes omnia mortalium facta, venerandas celeripedes Erinnyas, ut cognoscant, quemadmodum ab Atridis pereo miser. Atque illos ultimum in exitium corripiant malos male, ut me vident perdi! — Ite, o veloces ultricesque Erinnyes, tentate exercitum omnem, ne parcite! Tuque, o per altum coelum qui currum agis, Sol, quum terram meam paternam videbis, inhibens aureas habenas, nuntia ca-

Ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμὰς μόρον τ' ἐμὸν
Γέροντι πατρὶ, τῇ τε δυςτήνῳ τροφῷ! —
Ἦ που τάλαινα, τήνδ' ὅταν κλύῃ φάτιν,
Ἥσει μέγαν κωκυτὸν ἐν πάσῃ πόλει. —
Ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην,
Ἀλλ' ἀρκτέον τὸ πρᾶγμα σὺν τάχει τινί.
Ὦ Θάνατε, Θάνατε, νῦν μ' ἐπίσκεψαι μολών!
Καί τοι σὲ μὲν κἀκεῖ προςαυδήσω ξυνών·
Σὲ δ', ὦ φαεννῆς ἡμέρας, τὸ νῦν, σέλας,
Καὶ τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προςεννέπω,
Πανύστατον δὴ, κοὔποτ' αὖθις ὕστερον. —
Ἀφεγγὲς ὦ γῆς ἱερὸν οἰκείας πέδον
Σαλαμῖνος, ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον,
Κλειναί τ' Ἀθῆναι, καὶ τὸ σύντροφον γένος,
Κρῆναί τε, ποταμοί θ' οἵδε, καὶ τὰ Τρωϊκὰ
Πεδία, προςαυδῶ· χαίρετ', ὦ τροφῆς ἐμοί!
Τοῦθ' ὑμὶν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ·
Τὰ δ' ἄλλ' ἐν Ἅιδου τοῖς κάτω μυθήσομαι. —

lamitates fatumque meum grandaevo patri, miseraeque matri! — Nimirum infelix illa, ubi hanc audierit famam, ingentem per totam urbem edet eiulatum. Sed nihil adtinet haec frustra deplorare: quin potius rem celeriter aggredi oportet. O Mors, Mors, nunc ades et me respice! quamquam te quidem illic una conversans adfabor; te igitur, o splendidae diei iubar, et Solem aurigam nunc adloquor, postremum sane, et numquam posthac amplius. Obscurum o patriae terrae Salaminis sacrum solum, o larium paternorum sedes, inclytaeque Athenae, et educatum una genus, fontesque, fluminaque haec, et, Troiani campi, vos appello; valete nutricii mei! Haec vobis Aiax edit ultima verba: cetera apud Orcum inferis narrabo. —

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Πόνος πόνον φέρει! — Πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ;
Κοὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος. —
Ἰδοὺ, ἰδού! δοῦπον γὰρ αὖ κλύω τινά.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἡμῶν γε ναὸς κοινόπλουν ὁμιλίαν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Τί οὖν δή;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Πᾶν ἐστίβηται πλευρὸν ἕσπερον νεῶν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἔχεις οὖν;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Πόνου γε πλῆθος, κοὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δὴ, τὴν ἀφ' ἡλίου βολῶν
Κέλευθον, ὡνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς.

Semichorus. Labor laborem affert. Quo enim non penetravi ego? nec tamen ullus est locus, qui me condocefacere queat. — Ecce, ecce! strepitum enim quemdam rursus audio.

Semichorus. Nostrûm quidem, navalium sociorum.

Semichorus. Quid igitur est?

Semichorus. Totum perlustravi nauticorum castrorum occidentale latus.

Semichorus. Habesne igitur?

Semichorus. Laboris quidem copiam, et nihil amplius, quod viderim.

Semichorus. Nec mihi sane ad orientem solem pergenti vir hic usquam conspiciendum se obtulit.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ἂν δῆτά μοι, τίς ἂν φιλοπόνων
Ἁλιαδᾶν, ἔχων ἀΰπνους ἄγρας,
Ἢ τίς Ὀλυμπιάδων θεῶν, ἢ ῥυτῶν
Βοσπορίων ποταμῶν,
Ἴδρις, τὸν ὠμόθυμον, εἴ
Ποθι πλαζόμενον λεύσσων, ἀπύοι;
Σχέτλια γὰρ, μακρῶν μ' ἀλάταν
Πόνων οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ,
Ἀμενηνὸν, ἢ λεύσσειν, ὅπου.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἰώ μοι μοι!

ΧΟΡΟΣ.

Τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἰὼ τλήμων!

ΧΟΡΟΣ.

Τὴν δουρίληπτον δύσμορον νύμφην ὁρῶ
Τέκμησσαν, οἴκτῳ τῷδε συγκεκραμένην.

horus. Quis igitur mihi laboriosis piscatoribus, turae intentus, soporis ars, aut quis deorum mpierum, vel labenti Bosporanorum Fluvio-, dicat, sciens, aut er- em forte ferum conspi- s Aiacem? Grave est n, vagantem multo cum ra irritum peregisse cursum, imbecillum me, neque, ubi sit, cernere.

Tecmessa. Hei mihi!

Chorus. Cuia vox haec proxime e nemore exiit?

Tecmessa. Heu me infelicem!

Chorus. Captivam Tecmessam, miseram sponsam video, in hos effusam questus.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Πόνος πόνον φέρει! — Πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ;
Κοὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος. —
Ἰδοὺ, ἰδού! δοῦπον γὰρ αὖ κλύω τινά.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἡμῶν γε ναὸς κοινόπλουν ὁμιλίαν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Τί οὖν δή;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Πᾶν ἐστίβηται πλευρὸν ἕσπερον νεῶν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἔχεις οὖν;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Πόνου γε πλῆθος, κοὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δὴ, τὴν ἀφ' ἡλίου βολῶν
Κέλευθον, ὡνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς.

Semichorus. Labor laborem affert. Quo enim non penetravi ego? nec tamen ullus est locus, qui me condocefacere queat. — Ecce, ecce! strepitum enim quemdam rursus audio.

Semichorus. Nostrûm quidem, navalium sociorum.

Semichorus. Quid igitur est?

Semichorus. Totum perlustravi nauticorum castrorum occidentale latus.

Semichorus. Habesne igitur?

Semichorus. Laboris quidem copiam, et nihil amplius, quod viderim.

Semichorus. Nec mihi sane ad orientem solem pergenti vir hic usquam conspiciendum se obtulit.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. α. Τίς ἂν δῆτά μοι, τίς ἂν φιλοπόνων
'Αλιαδᾶν, ἔχων ἀΰπνους ἄγρας,
Ἢ τίς 'Ολυμπιάδων θεῶν, ἢ ῥυτῶν
Βοσπορίων ποταμῶν,
Ἴδρις, τὸν ὠμόθυμον, εἴ
Ποθι πλαζόμενον λεύσσων, ἀπύοι;
Σχέτλια γὰρ, μακρῶν μ' ἀλάταν
Πόνων οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ,
'Αμενηνὸν, ἢ λεύσσειν, ὅπου.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἰώ μοι μοι!

ΧΟΡΟΣ.

Τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἰὼ τλήμων!

ΧΟΡΟΣ.

Τὴν δουρίληπτον δύσμορον νύμφην ὁρῶ
Τέκμησσαν, οἴκτῳ τῷδε συγκεκραμένην.

Chorus. Quis igitur mihi ex laboriosis piscatoribus, capturae intentus, soporis expers, aut quis deorum Olympiorum, vel labentium Bosporanorum Fluviorum, dicat, sciens, aut errantem forte ferum conspiciens Aiacem? Grave est enim, vagantem multo cum labore irritum peregisse cursum, imbecillum me, neque, ubi sit, cernere.

Tecmessa. Hei mihi!

Chorus. Cuia vox haec proxime e nemore exiit?

Tecmessa. Heu me infelicem!

Chorus. Captivam Tecmessam, miseram sponsam video, in hos effusam questus.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. ά. Ἔμελλες τάλας, ἔμελλες χρόνῳ,
Στερεόφρων, κακὰν ἐξανύσειν ἄρα
Μοῖραν ἀπειρεσίων πόνων! τοῖά μοι
Πάννυχα καὶ φαέθον-
τ᾽ ἀνεστέναζες, ὠμόφρων,
Ἐχθοδόπ᾽ Ἀτρείδαις, οὔλῳ ξὺν πάθει.
Μέγας ἄρ᾽ ἦν ἐκεῖνος ἄρχων
Χρόνος πημάτων, ἦμος ἀριστόχειρ
Ὅπλων ἔκειτ᾽ ἀγὼν πέρι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἰώ μοι μοι!

ΧΟΡΟΣ.

Χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἰώ μοι μοι!

ΧΟΡΟΣ.

Οὐδέν σ᾽ ἀπιστῶ καὶ δὶς οἰμῶξαι, γύναι,
Τοιοῦδ᾽ ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου.

Chorus. Debebas ergo infelix, debebas olim, propositi pertinax malo defungi infinitorum laborum fato! tales mihi pernox et perdius, immiti pectore, gemitus tollebas, infesta fundens Atridis verba, diro cum affectu. Magnum sane illud initium fuit tempus malorum, quando de armis certamen virtutis fuit propositum.

Tecmessa. Vae mihi!

Chorus. Ad iecur penetrat, sat novi, acer dolor.

Tecmessa. Vae mihi miserae!

Chorus. Credo sane, te, mulier, eiulatum iterare, quam tali amico orbavit recens casus.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Σοὶ μὲν δοκεῖν ταῦτ' ἔστ', ἐμοὶ δ' ἄγαν φρονεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Ξυναυδῶ.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴ μοι, τέκνον, πρὸς οἷα δουλείας ζυγὰ
Χωροῦμεν! οἷοι νῷν ἐφεστᾶσι σκοποί!

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. β'. *Ὤι μοι! ἀνάλγητον δισσῶν ἐθρόησας*
Ἔργον ἄναυδον Ἀτρειδᾶν, ὧδ' ἔχειν·
Ἀλλ' ἀπείργοι θεός!

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οὐκ ἂν τάδ' ἔστη τῇδε μὴ θεῶν μέτα.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄγαν δ' ὑπερβριθές γ' ἂν ἄχθος ἤνυσαν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Τοιόνδε μέν τοι Ζηνὸς ἡ δεινὴ θεὸς
Παλλὰς φυτεύει πῆμ', Ὀδυσσέως χάριν.

TECMESSA. Tu haec opinaris tantum, ego vero nimis sentio.

CHORUS. Fateor.

TECMESSA. Hei mihi, nate, quod servitutis iugum subimus! quales nobis imminent speculatores!

CHORUS. Eheu! immisericors nefandum factum memorasti geminorum Atridarum, si res ita se habet; sed prohibeat deus!

TECMESSA. Ne haec quidem sic se haberent, absque deis foret.

CHORUS. At sane onus nimis grave concinnatum haberent.

TECMESSA. Utique noxam hanc machinata est saeva Jovis nata, Pallas, Ulyssis gratia.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. γ΄. Ἦ ῥα κελαινώπαν θυμὸν ἐφυβρίζει
Πολύτλας ἀνὴρ,
Γελᾷ δὲ τοῖσι μαινομένοις ἄχεσιν
Πολὺν γέλωτα,
Φεῦ, φεῦ! ξύν τε διπλοῖ βασιλῆς,
Κλύοντες, Ἀτρεῖδαι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἱ δ᾽ οὖν γελώντων, κἀπιχαιρόντων κακοῖς
Τοῖς τοῦδ᾽! Ἴσως τοι, κεἰ βλέποντα μὴ ᾽πόθουν,
Θανόντ᾽ ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός·
Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν
Ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ.
Ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκὺς,
Αὑτῷ δὲ τερπνός· ὧν γὰρ ἠράσθη τυχεῖν,
Ἐκτήσαθ᾽ αὑτῷ, θάνατον, ὅνπερ ἤθελε.
Πῶς δῆτα τῷδ᾽ ἐπεγγελῷεν ἂν κακά;
Θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ.
Πρὸς ταῦτ᾽ Ὀδυσσεὺς ἐν κενοῖς ὑβριζέτω·

Chorus. Nimirum atro dolori illudit multa ausus vir, et effusis cachinnis ridet furentes calamitates, heu, heu! simulque, ista quum audiunt, gemini reges Atridae.

Tecmessa. Rideant igitur illi et gaudeant huius viri malis. Forte etsi vivum desiderarunt minus, mortuum lugebunt in pugnae negotio: nam stulti bonum tenentes manibus, non ante id animadvertunt, quam amiserint. Mihi acerbus periit magis quam illis iucundus, ipsi vero sibi lubens: quae enim optavit adsequi, adeptus est sibi, mortem, quam voluit. Quomodo, quaeso, hi recte illum irrideant? Diis occidit volentibus, non his auctoribus, neutiquam. Proinde Ulysses inanes iaciat contumelias:

Αἴας γὰρ αὐτοῖς οὐκ ἔτ' ἐστὶν, ἀλλ', ἐμοὶ
Λιπὼν ἀνίας καὶ γόους, διοίχεται.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἰώ μοι μοι!

ΧΟΡΟΣ.

Σίγησον· αὐδὴν γὰρ δοκῶ Τεύκρου κλύειν,
Βοῶντος ἄτης τῆσδ' ἐπίσκοπον μέλος.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ὦ φίλτατ' Αἴας, ὦ ξύναιμον ὄμμ' ἐμοὶ,
Ἆρ' ἠμπόληκας ὥνπερ ἡ φάτις κρατεῖ;

ΧΟΡΟΣ.

Ὄλωλεν ὡνὴρ, Τεῦκρε! τοῦτ' ἐπίστασο.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ὤι μοι, βαρείας ἆρα τῆς ἐμῆς τύχης!

ΧΟΡΟΣ.

Ὡς ὧδ' ἐχόντων.....

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ὦ τάλας ἐγὼ, τάλας!

illis enim non amplius est Aiax, sed, mihi relictis doloribusque et luctibus, periit. *(abit.)*

Teucer. Vae mihi!

Chorus. Tace. Vocem Teucri mihi videor audire, edentis clamorem huic calamitati consonum.

Teucer. O carissime Aiax, o dulce fraternum caput, itane es nactus, quae fama crepat?

Chorus. Periit vir ille, Teucer, hoc certo scito.

Teucer. Hei mihi! o gravem igitur meam fortunam!

Chorus. Haec quum ita sint, ...

Teucer. O miser ego, miser!

ΧΟΡΟΣ.

Πάρα στενάζειν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ὦ περισπερχὲς πάθος!

ΧΟΡΟΣ.

Ἄγαν γε, Τεῦκρε.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Φεῦ τάλας! — Τί γὰρ τέκνον
Τὸ τοῦδε; ποῦ μοι γῆς κυρεῖ τῆς Τρῳάδος;

ΧΟΡΟΣ.

Μόνος παρὰ σκηναῖσιν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὐχ ὅσον τάχος
Δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο, μή τις, ὡς κενῆς
Σκύμνον λεαίνης, δυςμενῶν ἀναρπάσῃ;
Ἴθ', ἐγκόνει, ξύγκαμνε! τοῖς δεινοῖσί τοι
Φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἔτι ζῶν, Τεῦκρε, τοῦδέ σοι μέλειν,

Chorus. Lugendi adest copia.

Teucer. O asperam calamitatem!

Chorus. Nimium quidem, Teucer.

Teucer. Heu miser! Quid filius autem huius? Quonam Troïcae terrae versatur in loco?

Chorus. Apud tentoria solus.

Teucer. Non eum confestim huc adduces, ne quis inimicorum, tamquam orbae catulum leaenae, eum abripiat? age festina, adiuva. Quippe valentibus solent omnes mortuis illudere.

Chorus. Et quidem quum viveret ille, ut tibi curae

Ἔφιεθ' ἀνὴρ κεῖνος, ὥςπερ σὺν μέλει.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ
Ἄλγιστον, ὧν προςεῖδον ὀφθαλμοῖς ἐγὼ,
Ὁδός θ' ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δὴ
Μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον, ἣν δὴ νῦν ἔβην,
Ὦ φίλτατ' Αἶας, τὸν σὸν ὡς ἐπῃσθόμην
Μόρον, διώκων, κἀξιχνοσκοπούμενος!
Ὀξεῖα γάρ σου βάξις, ὡς θεοῦ τινὸς,
Διῆλθ' Ἀχαιοὺς πάντας, ὡς οἴχει θανών·
Ἃ 'γὼ κλύων δείλαιος, ἐκποδὼν μὲν ὢν,
Ὑπεστέναζον, νῦν δ', ὁρῶν, ἀπόλλυμαι.
Οἴ μοι! —
Ἴθ', ἐκκάλυψον, ὡς ἴδω τὸ πᾶν κακόν.
Ὦ δυςθέατον ὄμμα καὶ τόλμης πικρᾶς,
Ὅσας ἀνίας μοι κατασπείρας φθίνεις!
Ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατὸν, ἐς ποίους βροτοὺς,
Τοῖς σοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ;

esset filius, mandabat, quemadmodum et curae est.

Teucer. O omnium, quae umquam oculis viderim, acerbissimum spectaculum! o praeter omnia, quae antea confeci, cor meum laedens iter, quo huc modo veni, te, o carissime Aiax, ut primum fatalem tuum casum audivi, persequens et investigans! celer enim de te fama, tamquam deo aliquo, pervaserat Achivos omnes, te periisse: quod ego miser ut audii, procul quidem ingemui, nunc vero intuens dispereo. Hei mihi! — Age retege mihi, ut quidquid mali est, omne conspicer. O visu horrende, et audacia mote acerba, quot morte tua tristes obsevisti animo meo curas! Quo enim, quos ad homines, adire potero, in rebus tuis afflictis qui te non iuve-

Ἦ που με Τελαμὼν, σὸς πατὴρ ἐμός θ' ἅμα,
Δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος, ἐν λεὼς τόσοις
Χωροῦντ' ἄνευ σοῦ! πῶς γὰρ οὔχ; ὅτῳ πάρα
Μηδ' εὐτυχοῦντι μηδὲν ἥδιον γελᾶν.
Οὗτος τί κρύψει; ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακόν;
Τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον,
Τὸν δειλίᾳ προδόντα καὶ κακανδρίᾳ
Σὲ, φίλτατ' Αἴας, ἢ δόλοισιν, ὡς τὰ σὰ
Κράτη θανόντος καὶ δόμους νέμοιμι σούς.
Τοιαῦτ' ἀνὴρ δύσοργος, ἐν γήρᾳ βαρὺς,
Ἐρεῖ, πρὸς οὐδὲν εἰς ἔριν θυμούμενος·
Τέλος δ' ἀπωστὸς γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι,
Δοῦλος λόγοισιν ἀντ' ἐλευθέρου φανείς.
Τοιαῦτα μὲν κατ' οἶκον· ἐν Τροίᾳ δέ μοι
Πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ, παῦρα δ' ὠφελήσιμα.
Καὶ ταῦθ' ἅπαντα σοῦ θανόντος εὑρόμην.
Οἴ μοι, τί δράσω; πῶς σ' ἀποσπάσω πικροῦ

rim? Nimirum Telamon pater tuus meusque benigno vultu excipiet, tanto in populo incedentem sine te? quippini? qui ne felici quidem adlato nuntio soleat laetius adridere. Ille quid reticebit? cui parcet convicio, nothum me ex hoste infesta susceptum increpans, qui formidine et ignavia te prodiderim, carissime Aiax, vel dolo malo, ut tuas emortui opes ac domum possiderem? Talia dicet vir irae impotens, senio morosus, nihili causa ad irascendum irritabilis; tandemque, reprobatus, patria eiiciar, pro libero servus vulgo notatus. Atque haec quidem domi: hic vero ad Troiam inimici quidem sunt mihi multi, pauca autem, quae invent. Et haec omnia te moriente nactus sum. Hei mihi! quid agam? Qui te avellam

[redacted]

Τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος, ὦ τάλας, ὑφ' οὗ
Φονέως ἄρ' ἐξέπνευσας; — Εἶδες, ὡς χρόνῳ
Ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ, καὶ θανὼν, ἀποφθίσειν; —
Σκέψασθε, πρὸς θεῶν, τὴν τύχην δυεῖν βροτοῖν.
Ἕκτωρ μὲν, ᾧ δὴ τοῦδ' ἐδωρήθη πάρα,
Ζωστῆρι πρισθεὶς, ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων
Ἐκνάπτετ' αἰὲν, ἕς τ' ἀπέψυξεν βίον·
Οὗτος δ' ἐκείνου τήνδε δωρεὰν ἔχων,
Πρὸς τοῦδ' ὄλωλε θανασίμῳ πεσήματι.
Ἆρ' οὐκ Ἐριννὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος,
Κἀκεῖνον Ἅιδης, δημιουργὸς ἄγριος;
Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ταῦτα καὶ τὰ πάντ' ἀεὶ
Φάσκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι μηχανᾷν θεούς·
Ὅτῳ δὲ μὴ τάδ' ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα,
Κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ τεῖνε μακρὰν, ἀλλ', ὅπως κρύψεις τάφῳ,

a fero hoc veloce mucrone, quo occisore, miser, animam efflasti? — Noverasne, Hectorem, tametsi mortuum, te olim perditurum? — Videte, obsecro, duorum hominum fortunam. Hector enim eodem, quo eum hic donaverat, balteo constrictus ad equestrem currum, usque laceratus est, donec exhalavit animam: hic contra munus Hectoris hoc habens, illi ipsi incubuit, letalique periit vulnere. Annon Erinnys hunc ensem fabricata est, atque illum Orcus, immanis opifex? Itaque et haec et alia omnia dixerim equidem hominibus semper struere deos: si cui vero minus ista probatur sententia, is diversis acquiescat placitis, et ego meis hisce.

Chorus. Ne sermonem longius extende; sed, quî

[redacted]

Φράζου, τὸν ἄνδρα, χῶ τι μυθήσει τάχα.
Βλέπω γὰρ ἐχθρὸν φῶτα, καὶ τάχ' ἂν κακοῖς
Γελῶν ἅδην κακοῦργος ἐξίκοιτ' ἀνήρ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Τίς δ' ἐστὶν, ὅντιν' ἄνδρα προςλεύσσεις στρατοῦ;

ΧΟΡΟΣ.

Μενέλαος, ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ὁρῶ· μαθεῖν γὰρ, ἐγγὺς ὢν, οὐ δυςπετής.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Οὗτος, σὲ φωνῶ! τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν
Μὴ ξυγκομίζειν, ἀλλ' ἐᾶν, ὅπως ἔχει.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνάλωσας λόγον;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Δοκοῦντ' ἐμοὶ, δοκοῦντά θ', ὃς κραίνει στρατοῦ.

hunc virum condas sepulchro, quibusque verbis mox respondeas, provide: virum enim conspicor inimicum, et facile eo perventurus videtur improbus, ut affatim mala irrideat.

Teucer. Quis vero est ille vir de exercitu, quem vides?

Chorus. Menelaus, cuius gratia huc navigavimus.

Teucer. Video; quippe iam propinquius agnitu facilis est.

Menelaus. Heus tu, tibi dico! hoc cadaver manibus ne componas, sed sinas ita, ut adest.

Teucer. Nam cur tanta verba insumsisti?

Menelaus. Sic decretum mihi, decretum et ei, qui exercitui imperat.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὔκουν ἂν εἴποις, ἥντιν' αἰτίαν προθείς;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ὅθ' οὕνεκ' αὐτὸν ἐλπίσαντες οἴκοθεν
Ἄγειν Ἀχαιοῖς ξύμμαχόν τε καὶ φίλον
Ἐξεύρομεν ζητοῦντες ἐχθίω Φρυγῶν·
Ὅστις στρατῷ ξύμπαντι βουλεύσας φόνον,
Νύκτωρ ἐπεστράτευσεν, ὡς ἐλοιδόρει·
Κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν,
Ἡμεῖς μὲν οὖν τήνδ', ἣν ὅδ' εἴληχεν, τύχην,
Θανόντες ἂν προὐκείμεθ' ἐχθίστῳ μόρῳ,
Οὗτος δ' ἂν ἔζη· νῦν δ' ἐνήλλαξεν θεός,
Τὴν τοῦδ' ὕβριν πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν.
Ὧν οὕνεκ' αὐτὸν οὔ τις ἔστ' ἀνὴρ σθένων
Τοσοῦτον, ὥστε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ,
Ἀλλ', ἀμφὶ χλωρὰν ψάμαθον ἐκβεβλημένος,
Ὄρνισι φορβὴ παραλίοις γενήσεται.
Πρὸς ταῦτα μηδὲν δεινὸν ἐξάρῃς μένος·

Teucer. Annon et, quo praetextu hoc iubeas, dices?

Menelaus. Quia, quem opinabamur e patria adduxisse socium et amicum Achivis, illum experti deprehendimus nobis infensiorem, quam Phrygas ipsos: qui exercitui universo machinatus necem, noctu impressionem fecit, ut opprobria fundens minabatur; et nisi deus quis hoc molimen restinxisset, nos hac ipsa, quam ille sortitus est fortunam, caesi iacuissemus invisissima morte, ipse vero viveret; nunc autem deus in pecua et greges huius furorem avertit. Quapropter nemo est adeo potens, ut humo condat illius cadaver: sed viridi arena proiectus, avibus marinis fiet pabulum. Proinde ne superbos nimis tolle

[redacted]

Εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν,
Πάντως θανόντος γ' ἄρξομεν, κἂν μὴ θέλῃς,
Χερσὶν παρευθύνοντες· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου
Λόγων ἀκοῦσαι ζῶν ποτ' ἠθέλησ' ἐμῶν·
Καί τοι κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ἄνδρα δημότην
Μηδὲν δικαιοῦν τῶν ἐφεστώτων κλύειν·
Οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν ἐν πόλει νόμοι καλῶς
Φέροιντ' ἂν, ἔνθα μὴ καθέστηκεν δέος·
Οὔτ' ἂν στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ' ἔτι,
Μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων.
Ἀλλ' ἄνδρα χρὴ, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα,
Δοκεῖν πεσεῖν ἂν, κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ.
Δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ,
Σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο·
Ὅπου δ' ὑβρίζειν, δρᾷν θ', ἃ βούλεται, πάρα,
Ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
Ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν.

spiritus: nam si viventem compescere non potuimus, utique in mortuum imperia exercebimus, etiamsi nolis, vi coërcentes: nunquam enim dictis parere vivus voluit meis; quamquam illud animi est improbi, quum homo privatus nihil se magistratibus obedire aequum censet; haud enim umquam in civitate leges pulchre serventur, soluto metu; neque exercitus iussa ducum modeste amplius capessat, omni metus et pudoris obice amoto. Cogitare igitur oportet virum, se, quamvis praeditum magna mole corporis, posse praecipitem dari, et a parvo quidem malo. Quippe cui timor adest, pudorque simul, hunc sospitari scito: at sicubi omnis iniuriae praevalet licentia, hanc crede civitatem olim recta pessum ruitu-

Ἀλλ' ἑστάτω μοι καὶ δέος τι καίριον,
Καὶ μὴ δοκῶμεν, δρῶντες ἃ 'ν ἡδώμεθα,
Οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις ἃ 'ν λυπώμεθα·
Ἕρπει παραλλὰξ ταῦτα. Πρόσθεν οὗτος ἦν
Αἴθων ὑβριστής· νῦν δ' ἐγὼ μέγ' αὖ φρονῶ,
Καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως
Μὴ, τόνδε θάπτων, αὐτὸς ἐς ταφὰς πέσῃς.

ΧΟΡΟΣ.

Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφὰς,
Εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὐκ ἄν ποτ', ἄνδρες, ἄνδρα θαυμάσαιμ' ἔτι,
Ὃς, μηδὲν ὢν γοναῖσιν, εἶθ' ἁμαρτάνει,
Ὅθ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι
Τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη.
Ἄγ', εἴπ' ἀπ' ἀρχῆς αὖθις· ἦ σὺ φῂς ἄγειν
Τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς δεῦρο σύμμαχον λαβών;
Οὐκ αὐτὸς ἐξέπλευσεν, ὡς αὑτοῦ κρατῶν;

ram. Constet itaque mihi iustus timoris modus; neque putemus, si, quae iuvent, fecerimus, nos non vicissim, quae doleant, passuros esse: mutuis enim ista vicibus alternant. Hic vir antea fervidus superbiebat: nunc ego vicissim superbio, tibique praedico, hunc ne condas sepulchro, ne, illum dum sepelire studes, ipse sepulchro incidas.

Chorus. Menelae, ne post edita sapienter effata, ipse in mortuos iniurius fias.

Teucer. Haud equidem amplius, o viri, demirabor, peccare hominem ortu ignobilem, quum qui videntur generosa stirpe prognati sic, incogitanter, peccant. Age repete ab initio. Num tu ais hunc virum Achivis socium huc adduxisse? Non ipse sua sponte enavigavit, ut sui iuris?

Ποῦ σὺ στρατηγεῖς τοῦδε; ποῦ δέ σοι λεῶν
Ἔξεστ' ἀνάσσειν ὧν ὅδ' ἡγεῖτ' οἴκοθεν;
Σπάρτης ἀνάσσων ἦλθες, οὐχ ἡμῶν κρατῶν·
Οὐδ' ἔσθ' ὅπου σοὶ τόνδε κοσμῆσαι πλέον
Ἀρχῆς ἔκειτο θεσμὸς, ἢ καὶ τῷδε σέ.
Ὕπαρχος ἄλλων δεῦρ' ἔπλευσας, οὐχ ὅλων
Στρατηγὸς, ὥστ' Αἴαντος ἡγεῖσθαί ποτε.
Ἀλλ' ὧνπερ ἄρχεις ἄρχε, καὶ τὰ σέμν' ἔπη
Κόλαζ' ἐκείνους· τόνδε δ', εἴτε μὴ σὺ φῇς,
Εἴθ' ἅτερος στρατηγὸς, ἐς ταφὰς ἐγὼ
Θήσω δικαίως, οὐ τὸ σὸν δείσας στόμα.
Οὐ γάρ τι τῆς σῆς οὕνεκ' ἐστρατεύσατο
Γυναικὸς, ὥςπερ οἱ πόνου πολλοῦ πλέῳ,
Ἀλλ' οὕνεχ' ὅρκων, οἷσιν ἦν ἐνώμοτος,
Σοῦ δ' οὐδέν· οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας.
Πρὸς ταῦτα, πλείους δεῦρο κήρυκας λαβὼν,
Καὶ τὸν στρατηγὸν, ἧκε· τοῦ δὲ σοῦ ψόφου

Ubinam tu imperator eius fuisti? ubinam tibi licuit copiis praeesse, quas ille patria eduxit? Spartae rex venisti, neutiquam in nos imperium obtinens: neque usquam plus tibi fuit in eum iuris, quam illi in te. Subditus aliis huc appulisti, non omnium dux, ut Aiaci quoque praeesses umquam. Igitur quibus imperas, impera, et eos severis huiusmodi dictis increpa: hunc vero, sive tu vetes, sive dux ille alter, ut fas est, condam ego sepulchro, verba haud veritus tua. Neutiquam enim tuae coniugis ergo militavit, sicut quidam vehementer studiosi, sed iurisiurandi ergo, quo erat obstrictus, tua vero gratia nequaquam: nihili enim homines haud curabat. Proinde plurimos tecum adducens praecones, ipsumque imperatorem, huc v i: tuam vero vaniloquen-

Οὐκ ἂν στραφείην, ἐς τ' ἂν ᾖς οἷόςπερ εἶ.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐδ' αὖ τοιαύτην γλῶσσαν ἐν κακοῖς φιλῶ·
Τὰ σκληρὰ γάρ τοι, κἂν ὑπέρδικ' ᾖ, δάκνει.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὰ φρονεῖν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Μέγ' ἄν τι κομπάσειας, ἀσπίδ' εἰ λάβοις.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Κἂν ψιλὸς ἀρκέσαιμι σοί γ' ὡπλισμένῳ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἡ γλῶσσά σου τὸν θυμὸν ὡς δεινὸν τρέφει.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ξὺν τῷ δικαίῳ γὰρ μέγ' ἔξεστι φρονεῖν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με;

tiam nihil moror, quamdiu es is, qui es.

Chorus. Nec rursus probo, si quis in afflictis rebus tales fundit sermones: dura enim, quamlibet ea iusta sint, mordent.

Menelaus. Sagittarius hic non humilia videtur sentire.

Teucer. Nempe haud sellulariam artem exerceo.

Menelaus. Altos sumeres spiritus, si tibi scutum liceret ferre.

Teucer. Veles etiam suffecerim armato tibi.

Menelaus. Lingua tua animos certe magnos alit.

Teucer. Cum iustitia enim tollere animos licet.

Menelaus. Iustumne ergo censes, bene cum hoc agi, qui me occidit?

[redacted]

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Κτείναντα; δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Θεὸς γὰρ ἐκσώζει με, τῷδε δ' οἴχομαι.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Μὴ νῦν ἀτίμα θεοὺς, θεοῖς σεσωσμένος.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἐγὼ γὰρ ἂν ψέξαιμι δαιμόνων νόμους;

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Τούς γ' αὐτὸς αὑτοῦ πολεμίους· οὐ γὰρ καλόν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἦ σοὶ γὰρ Αἴας πολέμιος προὔστη ποτέ;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Μισοῦντ' ἐμίσουν· καὶ σὺ τοῦτ' ἐπίστασο.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιὸς εὑρέθης.

Teucer. Hui occidit! Pol mirum narras, si quidem vivis mortuus.

Menelaus. Deus enim me servavit: quantum in isto erat, perii.

Teucer. Ne igitur violes deos, a diis servatus.

Menelaus. Egone temnam deorum leges?

Teucer. Ita, si mortuos tumulare non sinas, praesens.

Menelaus. Imo ipse ipsius mei hostes; haud enim decet.

Teucer. Umquamne ergo tibi Aiax hostis fuit?

Menelaus. Osorem oderam: et hoc tu scias licet.

Teucer. Quippe cuius doloso fraudatum se sensit suffragio.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἐν τοῖς δικασταῖς, οὐκ ἐμοὶ, τόδ' ἐσφάλη.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Πόλλ' ἂν κακῶς λάθρα σὺ κλέψειας κακά.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινί.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὐ μᾶλλον, ὡς ἔοικεν, ἢ λυπήσομεν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἕν σοι φράσω· τόνδ' ἐστὶν οὐχὶ θαπτέον.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Σὺ δ' ἀντακούσει τοῦτον, ὡς τεθάψεται.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἤδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσῃ θρασὺν,
Ναύτας ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν,
Ὧι φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν εὗρες, ἡνίκ' ἐν κακῷ
Χειμῶνος εἴχετ', ἀλλ', ὑφ' εἵματος κρυβεὶς,
Πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων.
Οὕτω δὲ καὶ σὲ, καὶ τὸ σὸν λάβρον στόμα,

Menelaus. Iudicum, non id culpa factum est mea.

Teucer. Tute is es, qui multa furtim male conficiat mala.

Menelaus. Haec dicta alicui cedunt dolori.

Teucer. Non tanto, ut videtur, quantum a me senties.

Menelaus. Unum tibi edicam: hic vir non tumulabitur.

Teucer. Tuque vicissim audi, tumulatum iri.

Menelaus. Iam equidem antea hominem vidi lingua audacem, qui hieme nautas excitabat ut navigarent, cuius ne vocem quidem audisses in tempestatis malo, sed pallio involutus calcandum ultro se dabat quibuslibet navitis. Ita quidem et quod ad te et os tuum petu-

[redacted]

Σμικροῦ νέφους τάχ᾽ ἄν τις ἐκπνεύσας μέγας
Χειμὼν κατασβέσειε τὴν πολλὴν βοήν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἐγὼ δέ γ᾽ ἄνδρ᾽ ὄπωπα μωρίας πλέων,
Ὃς ἐν κακοῖς ὕβριζε τοῖσι τῶν πέλας·
Κᾆτ᾽ αὐτὸν εἰσιδών τις ἐμφερὴς ἐμοί,
Ὀργήν θ᾽ ὅμοιος, εἶπε τοιοῦτον λόγον·
"Ἄνθρωπε, μὴ δρᾶ τοὺς τεθνηκότας κακῶς·
Εἰ γὰρ ποιήσεις, ἴσθι πημανούμενος. —
Τοιαῦτ᾽ ἄνολβον ἄνδρ᾽ ἐνουθέτει παρών.
Ὁρῶ δέ τοι νιν, κἄστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
Οὐδείς ποτ᾽ ἄλλος ἢ σύ. Μῶν ἠνιξάμην;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἄπειμι· καὶ γὰρ αἰσχρὸν, εἰ πύθοιτό τις,
Λόγοις κολάζειν, ᾧ βιάζεσθαι πάρα.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἄφερπέ νυν· κἀμοὶ γὰρ αἴσχιστον, κλύειν

lans, parva e nubecula ingens erumpens tempestas facile restinxerit multum clamorem.

TEUCER. Ego vero hominem vidi stultitia plenum, qui aliorum insultabat malis; dein ipsum intuitus quidam similis mei, moresque referens meos, increpuit hisce vocibus: Mi homo, in mortuos ne sis iniurius; si enim eis male feceris, malo ipse, scito, mactaberis. Sic miserum illum monebat alter, qui aderat. Atqui illum video, estque, ni fallor, nemo alius quam tu ipse. Num obscure locutus sum?

MENELAUS. Abeo: nam probrosum auditu fuerit, si quis verbis rixetur, qui vi coërcere possit.

TEUCER. Apage te ergo: nam et mihi probrum maxi-

Ἀνδρὸς ματαίου, φλαῦρ' ἔπη μυθουμένου.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔσται μεγάλης ἔριδός τις ἀγών.
Ἀλλ', ὡς δύνασαι, Τεῦκρε, ταχύνας,
Σπεῦσον κοίλην κάπετόν τιν' ἰδεῖν
Τῷδ', ἔνθα βροτοῖς τὸν ἀείμνηστον
Τάφον εὐρώεντα καθέξει!

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἐς αὐτὸν καιρὸν οἵδε πλησίον
Πάρεισιν, ἀνδρὸς τοῦδε παῖς τε καὶ γυνή,
Τάφον περιστελοῦντε δυστήνου νεκροῦ.
Ὦ παῖ, πρόσελθε δεῦρο, καί, σταθεὶς πέλας,
Ἱκέτης ἔφαψαι πατρός, ὅς σ' ἐγείνατο·
Θάκει δὲ προστρόπαιος, ἐν χεροῖν ἔχων
Κόμας ἐμάς, καὶ τῆσδε, καὶ σαυτοῦ τρίτου,
Ἱκτήριον θησαυρόν. Εἰ δέ τις στρατοῦ
Βίᾳ σ' ἀποσπάσειε τοῦδε τοῦ νεκροῦ,
Κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονός,

mum est, audire hominem nugacem, inania effutientem verba.

Chorus. Magna contentione committetur certamen quodpiam. Igitur, quantum potes, Teucer, properans, cavam fossam huic reperire festina, ubi mortalibus semper memorabile sepulchrum obtineat tenebricosum. (*Redeunt silentio Tecmessa et Eurysaces.*)

Teucer. Atqui ipso in tempore praesto adsunt isti, huius viri filius et uxor, funus infelicis mortui procuraturi. O puer, huc accede, et adstans prope, suppliciter tange patrem, qui te genuit: adsideque reus, tenens in manibus comas meas, et huius, et tuas tertii, supplicum thesaurum. Si quis vero ex exercitu vi te abstraxerit ab hoc funere, malus male ipse insepultus patria excidat, ge-

Γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος
Αὔτως, ὅπωςπερ τόνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον.
Ἔχ' αὐτὸν, ὦ παῖ, καὶ φύλασσε, μηδέ σε
Κινησάτω τις, ἀλλὰ προςπεσὼν ἔχου.
Ὑμεῖς τε μὴ γυναῖκες ἀντ' ἀνδρῶν πέλας
Παρέστατ', ἀλλ' ἀρήγετ', ἔς τ' ἐγὼ μόλω
Τάφου μεληθεὶς τῶδε, κἂν μηδεὶς ἐᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'. Τίς ἄρα νέατος; ἐς πότε λήξει πολυ-
πλάγκτων ἐτέων ἀριθμὸς,
Τὰν ἄπαυστον αἰὲν ἐμοὶ
Δορυσσοῦν ἄταν ἐπάγων
Ἀνὰ Τροίαν εὐρυεδῆ,
Δύστανον ὄνειδος Ἑλλάνων;

ἀντιστρ. α'. Ὄφελε πρότερον αἰθέρα δῦναι μέγαν,
Ἢ τὸν πολύκοινον Ἅιδαν,
Κεῖνος ὡνὴρ, ὃς στυγερῶν
Ἔδειξ' ὅπλων κοινὸν ἀράν.

nereque toto demetatur radicitus, sicut hunc ego praeseco capillum. Tene illum, puer, et serva; neque te amoveat quis, sed accidens inhaere. Vosque ne mulieres facti pro viris prope assistite, sed opitulamini, donec ego rediero, sepulchrum huic curans, etiamsi id nemo sinat.

Chorus. Ergo quis erit ultimus? quando tandem mobilium desinet annorum numerus, infinitas perpetim mihi bellicas miserias inducens, Troiam ad amplam, Achivûm infelix dedecus?

O utinam prius magni aetheris evanuisset in auras, communemve omnibus subiisset Orcum, quisquis tristium monstravit mutuam armorum perniciem.

Ὦ πόνοι πόνων πρόγονοι!
Κεῖνος γὰρ ἔπερσεν ἀνθρώπους.

στροφὴ β'. Ἐκεῖνος οὔτε στεφάνων,
Οὔτε βαθειᾶν κυλίκων νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν,
Οὔτε γλυκὺν αὐλῶν
Ὄτοβον, δύσμορος, οὔτ' ἐννύχιον
Θύρσον ἰάκχειν,
Ἐρώτων δ', ἐρώτων, ἀπέπαυσεν, ὤ μοι!
Κεῖμαι δ' ἀμέριμνος οὕτως,
Ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις
Τεγγόμενος κόμας,
Λυγρᾶς μνήματα Τροίας.

ἀντιστρ. β'. Καὶ πρὶν μὲν οὖν ἐννυχίου
Δείματος ἦν μοι προβολὰ καὶ βελέων θούριος Αἴας·
Νῦν δ' οὗτος ἀνεῖται
Στυγερῷ δαίμονι. Τίς μοι, τίς ἔτ' οὖν
Τέρψις ἐπέσται; —
Γενοίμαν, ἵν' ὑλᾶεν ἔπεστι πόντου
Πρόβλημ' ἁλίκλυστον, ἄκραν

Heu! labores laborum proavi! ille enim hominum pessum dedit genus.

Ille neque corollarum, neque capacium calicum dedit mihi voluptate frui, neque dulci tibiarum sono, infelix, nec suave perdormiscere noctes, et amores, amores, sustulit, eheu! Iaceo autem sic aerumnosissimus, crebris usque roribus madens comas, infaustae monumenta Troiae.

Et ante tamen adversus nocturnos terrores et tela munimentum erat mihi strenuus Aiax: nunc vero ipse permissus est inviso daemoni. Quae mihi igitur, quaenam posthaec voluptas erit? Utinam essem, ubi silvosum imminet ponto promontorium undisonum,

Ὑπὸ πλάκα Σουνίου,
Τὰς ἱερὰς ὅπως
Προσείποιμ' ἂν Ἀθάνας!

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἰδὼν ἔσπευσα τὸν στρατηλάτην
Ἀγαμέμνον' ἡμῖν δεῦρο τόνδ' ὁρμώμενον·
Δῆλος δ' ἐμοί 'στι σκαιὸν ἐκλύσων στόμα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Σὲ δὴ τὰ δεινὰ ῥήματ' ἀγγέλλουσί μοι
Τλῆναι καθ' ἡμῶν ὧδ' ἀνοιμωκτὶ χανεῖν!
Σέ τοι τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωτίδος λέγω.
Ἦ που τραφεὶς ἂν μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο
Ὑψήλ' ἐκόμπεις, κἀπ' ἄκρων ὡδοιπόρεις,
Ὅτ', οὐδὲν ὢν, τοῦ μηδὲν ἀντέστης ὕπερ.
Κοὔτε στρατηγοὺς, οὔτε ναυάρχους μολεῖν
Ἡμᾶς Ἀχαιῶν, οὔτε σοῦ, διωμόσω,
Ἀλλ' αὐτὸς ἄρχων, ὡς σὺ φῄς, Αἴας ἔπλει.
Ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά;

alto sub aequore Sunii, sacras ut salutarem Athenas!

Teucer. Enimvero properavi, conspicatus ducem Agamemnonem ad nos huc tendentem; patetque, illum sinistra quaedam mihi dicturum esse.

Agamemnon. Tene acerba dicta renuntiant mihi audere contra nos impune adeo profundere? te quidem dico matre captiva natum. Scilicet generosa si te peperisset mater, magnifice te iactares, summisque digitulis incederes, quandoquidem homo nihili pro nihilo adeo depugnas: et neque exercitus, neque navium duces venisse nos Achivorum, neque tui, deierasti, sed sui ipse iuris, ut ais, Aiax enavigavit. Nonne haec a servis audire ingens est dedecus? Qualis

Ποίου κέκραγας ἀνδρὸς ὧδ' ὑπέρφρονα;
Ποῖ βάντος, ἢ ποῦ στάντος, οὗπερ οὐκ ἐγώ;
Οὐκ ἆρ' Ἀχαιοῖς ἄνδρες εἰσὶ, πλὴν ὅδε;
Πικροὺς ἔοιγμεν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων
Ἀγῶνας Ἀργείοισι κηρύξαι τότε,
Εἰ πανταχοῦ φανούμεθ' ἐκ Τεύκρου κακοὶ,
Κοὐκ ἀρκέσει ποθ' ὑμὶν, οὐδ' ἡσσημένοις,
Εἴκειν, ἃ τοῖς πολλοῖσιν ἤρεσκε κριταῖς·
Ἀλλ' αἰὲν ἡμᾶς ἢ κακοῖς βαλεῖτέ που,
Ἢ ξὺν δόλῳ κεντήσεθ' οἱ λελειμμένοι.
Ἐκ τῶνδε μέντοι τῶν τρόπων οὐκ ἄν ποτε
Κατάστασις γένοιτ' ἂν οὐδενὸς νόμου,
Εἰ τοὺς δίκῃ νικῶντας ἐξωθήσομεν,
Καὶ τοὺς ὄπισθεν ἐς τὸ πρόσθεν ἄξομεν.
Ἀλλ' εἰρκτέον τάδ' ἐστίν· οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς,
Οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι·
Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ.

viri gratia adeo superba vociferatus es? Quo progressus ille, vel ubi stetit, quo non et ego? Nulline ergo Achivis sunt viri, praeter hunc? Inauspicato sane, ut videmur, de Achilleis armis certamen proposuimus Argivis, si nusquam non iniusti fuisse a Teucro convincemur, neque umquam libuerit vobis, ne victis quidem, cedere, plurimorumque iudicum sententiae acquiescere, sed semper nos vel conviciis impetetis, vel latentibus pungetis dolis, quia cecidistis causa. His profecto moribus nulla umquam lex constare poterit, si, qui iudicio superiores fuerunt, repellentur, et victi praeferentur. Scilicet prohibenda haec sunt: non enim vasta mole corporis latisque humeris viri sunt tutissimi; sed qui recta sapiunt, vincunt ubique.

Μέγας δὲ πλευρῶν βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
Μάστιγος ὀρθὸν εἰς ὁδὸν πορεύεται.
Καὶ σοὶ προςέρπον τοῦτ' ἐγὼ τὸ φάρμακον
Ὁρῶ τάχ', εἰ μὴ νοῦν κατακτήσει τινά·
Ὃς ἀνδρὸς οὐκ ἔτ' ὄντος, ἀλλ' ἤδη σκιᾶς,
Θαρσῶν ὑβρίζεις, κἀξελευθεροστομεῖς.
Οὐ σωφρονήσεις; οὐ, μαθὼν, ὃς εἶ φύσιν,
Ἄλλον τιν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρ' ἐλεύθερον,
Ὅςτις πρὸς ἡμᾶς ἀντὶ σοῦ λέξει τὰ σά;
Σοῦ γὰρ λέγοντος οὐκ ἔτ' ἂν μάθοιμ' ἐγώ·
Τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω.

ΧΟΡΟΣ.

Εἴθ' ὑμὶν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονῶν!
Τούτου γὰρ οὐδὲν σφῷν ἔχω λῷον φράσαι.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Φεῦ, τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς
Χάρις διαῤῥεῖ, καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται,
Εἰ σοῦ γ' ὅδ' ὡνὴρ οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων,

Nam et magnus latera bos ab exiguo tamen flagello rectam in viam propellitur: tibique adventare hoc remedium video protinus, nisi sapere incipies: qui hominis causa haud amplius viventis, iamque umbrae, fidenter conviciaris, et libero blateras ore. Non modestiorem te praebebis? non, quum noris, qualibus sis natalibus, alium quempiam huc adduces ingenuum virum, qui pro te verba faciat? te enim dicente, nondum ego percipere queam, ut qui barbaram linguam non intelligam.

Chorus. Utinam igitur utrique vestrûm mens foret modesta! Nihil enim vobis dicere habeo melius.

Teucer. Heu! quam cito mortui cuiusvis apud superstites effluit gratia, et prodita deprehenditur, si quidem vir hic nullam tui,

Αἴας, ἔτ' ἴσχει μνῆστιν, οὗ σὺ πολλάκις
Τὴν σὴν προτείνων προὔκαμες ψυχὴν δορί!
Ἀλλ' οἴχεται δὴ πάντα ταῦτ' ἐῤῥιμμένα.
Ὦ πολλὰ λέξας ἄρτι κἀνόνητ' ἔπη,
Οὐ μνημονεύεις οὐκ ἔτ' οὐδὲν, ἡνίκα
Ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς ἐντὸς ἐγκεκλεισμένους,
Ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας ἐν τροπῇ δορὸς,
Ἐῤῥύσατ' ἐλθὼν μοῦνος, ἀμφὶ μὲν νεῶν
Ἄκροισιν ἤδη ναυτικοῖς θ' ἑδωλίοις
Πυρὸς φλέγοντος, ἐς δ' ἐναντία σκάφη
Πηδῶντος ἄρδην Ἕκτορος τάφρων ὕπερ;
Τίς ταῦτ' ἀπεῖρξεν; Οὐχ ὅδ' ἦν ὁ δρῶν τάδε,
Ὃν οὐδαμοῦ φῂς οὐδὲ συμβῆναι ποδί;
Ἆρ' ὑμὶν οὗτος ταῦτ' ἔδρασεν, ἢ δίχα; —
Χὤτ' αὖθις αὐτὸς Ἕκτορος μόνος μόνου,
Λαχών τε κἀκέλευστος, ἦλθ' ἐναντίος,
Οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον ἐς μέσον καθεὶς

Aiax, retinet memoriam, ne quidem ut in re minima officium tibi praestet, pro quo tu saepe tuam obiiciens animam belli subiisti laborem! Sed abierunt iam cuncta haec irrita. O qui infanda multa modo prolocutus es, nihilne amplius omnino meministi, ut intra vallum vos olim conclusos, iam nullos ex clade, solus quidam adventu suo liberavit, quum iam flammis arderent summa navium et nautica transtra, Hectorque superatis fossis in adversas naves insiliret ferox? Quis haec propulsavit? Non hic est, qui ista fecit, quem nuspiam dicis hosti vel contulisse pedem? Anne vobiscum ille haec patravit, an solus? Et rursus, ut solus ipse soli Hectori, sortitus et iniussus, conseruit pugnam, non pro fugace sorte immissa inter alias

Ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον, ἀλλ᾽ ὃς εὐλόφου
Κυνῆς ἔμελλε πρῶτος ἅλμα κουφιεῖν;
Ὅδ᾽ ἦν ὁ πράσσων ταῦτα· σὺν δ᾽ ἐγὼ παρών,
Ὁ δοῦλος, οὐκ τῆς βαρβάρου μητρὸς γεγώς.
Δύςτηνε, ποῖ βλέπων ποτ᾽ αὐτὰ καὶ θροεῖς;
Οὐκ οἶσθα, σοῦ πατρὸς μὲν ὃς προὖφυ πατὴρ,
Ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα;
Ἀτρέα δ᾽, ὃς αὖ σ᾽ ἔσπειρε, δυςσεβέστατον,
Προθέντ᾽ ἀδελφῷ δεῖπνον οἰκείων τέκνων;
Αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ᾽ ᾗ
Λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ᾽ ὁ φιτύσας πατὴρ
Ἀφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν.
Τοιοῦτος ὢν, τοιῷδ᾽ ὀνειδίζεις σποράν,
Ὃς ἐκ πατρὸς μέν εἰμι Τελαμῶνος γεγὼς,
Ὅςτις, στρατοῦ τὰ πρῶτ᾽ ἀριστεύσας, ἐμὴν
Ἴσχει ξύνευνον μητέρ᾽, ἣ φύσει μὲν ἦν
Βασίλεια, Λαομέδοντος; ἔκκριτον δέ νιν

udae telluris gleba, sed quae cristata e casside prima exsultura erat? Hic est, qui ista fecit, unaque ego interfui, ego ille servus, ille matre cretus barbara. Miser, quo tandem respiciens haec etiam audes fari? Num ignoras, patris tui patrem, antiquum illum Pelopa, fuisse barbarum Phrygem? Num porro, Atrea, genitorem tuum, hominem sacerrimum fuisse, qui fratri proprios adposuit epulandos liberos? Tu autem ipse matre natus es Cressa, quicum deprehenso alieno viro pater mortem ex mutis piscibus nanciscendam inflixit. Talis quum sis, tali natales exprobras, qui patre quidem sum Telamone natus, cui propter egregiam prae ceteris virtutem hic habitus honos, ut sociam tori matrem meam abduceret, regia prognatam stirpe, Laomedontis filiam? ipsam-

Δώρημ' ἐκείνῳ 'δωκεν Ἀλκμήνης γόνος.
Ἆρ' ὧδ', ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυεῖν
Βλαστὼν, ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος,
Οὓς νῦν σὺ τοιοῖσδ' ἐν πόνοισι κειμένους
Ὠθεῖς ἀθάπτους, οὐδ' ἐπαισχύνει λέγων;
Εὖ νῦν τόδ' ἴσθι, τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που,
Βαλεῖτε χ' ἡμᾶς τρεῖς ὁμοῦ ξυγκειμένους·
Ἐπεὶ καλόν μοι τοὐδ' ὑπερπονουμένῳ
Θανεῖν προδήλως μᾶλλον, ἢ τῆς σῆς ὕπερ
Γυναικὸς, ἢ τοῦ σοῦ γ' ὁμαίμονος λέχους.
Πρὸς ταῦθ' ὅρα μὴ τοὐμὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ σόν·
Ὡς εἴ με πημανεῖς τι, βουλήσει ποτὲ
Καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθὼς,
Εἰ μὴ ξυνάψων, ἀλλὰ συλλύσων πάρει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τί δ' ἔστιν, ἄνδρες; τηλόθεν γὰρ ᾐσθόμην

que illi munus eximium dedit Hercules. Siccine ergo, optimus duobus optimis satus, dedecori futurus videar cognatis meis, quos tu nunc tantis depressos malis proiicis insepultos, neque edicere hoc revereris? At hoc iam scito: si quo hunc abiicietis, abiicietis et nos tres una iacentes: quippe honestius est mihi pro illo decertanti praeclaram mortem oppetere, quam tua pro uxore aut pro germani tui muliere. Proinde vide, non quod mea, sed quod intersit tua: namque si me quidpiam laeseris, optabis aliquando te vel timidum fuisse potius, quam erga me ferocem.

Chorus. O rex Ulysse, tempori te venisse scias, si non commissurus hoc, sed litem diremturus nobiscum ades.

Ulysses. Quid rei est, viri? Procul enim audivi vo-

Βοὴν Ἀτρειδῶν τῷδ' ἐπ' ἀλκίμῳ νεκρῷ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους,
Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ποίους; ἐγὼ γὰρ ἀνδρὶ συγγνώμην ἔχω,
Κλύοντι φλαῦρα, συμβαλεῖν ἔπη κακά.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἤκουσεν αἰσχρά· δρῶν γὰρ ἦν τοιαῦτ' ἐμέ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τί γάρ σ' ἔδρασεν, ὥστε καὶ βλάβην ἔχειν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Οὔ φησ' ἐάσειν τόνδε τὸν νεκρὸν ταφῆς
Ἄμοιρον, ἀλλὰ πρὸς βίαν θάψειν ἐμοῦ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἔξεστιν οὖν, εἰπόντι τἀληθῆ, φίλῳ,
Σοὶ μηδὲν ἧσσον ἢ πάρος ξυνηρετμεῖν;

cem Atridarum super hoc viri fortis cadavere.

Agamemnon. Nonne enim, rex Ulysse, turpissima verba audimus istoc ab homine iamdudum?

Ulysses. Qualia? Equidem viro ignosco, qui, maledictis provocatus, maledicta regerit.

Agamemnon. Turpia quidem audiit, qualia erant ipsius in me facta.

Ulysses. Quid ergo tibi fecit, quod tibi damno sit?

Agamemnon. Negat se hoc cadaver insepultum relicturum: quin sepulturum se ait ingratiis meis.

Ulysses. Licetne igitur vera dicenti amico, tua, non minus quam ante, manere in concordia?

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Εἶπ'· ἦ γὰρ εἴην οὐκ ἂν εὖ φρονῶν, ἐπεὶ
Φίλον σ' ἐγὼ μέγιστον Ἀργείων νέμω.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἄκουέ νυν. Τὸν ἄνδρα τόνδε, πρὸς θεῶν,
Μὴ τλῇς ἄθαπτον ὧδ' ἀναλγήτως βαλεῖν·
Μηδ' ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω
Τοσόνδε μισεῖν, ὥςτε τὴν δίκην πατεῖν.
Κἀμοὶ γὰρ ἦν ποθ' οὗτος ἔχθιστος στρατοῦ,
Ἐξ οὗ 'κράτησα τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων·
Ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδ' ἐμοὶ
Οὔκουν ἀτιμάσαιμ' ἄν, ὥςτε μὴ λέγειν
Ἕν' ἄνδρ' ἰδεῖν ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι
Τροίαν ἀφικόμεσθα, πλὴν Ἀχιλλέως·
Ὥςτ' οὐκ ἂν ἐνδίκως γ' ἀτιμάζοιτό σοι·
Οὐ γάρ τι τοῦτον, ἀλλὰ τοὺς θεῶν νόμους
Φθείροις ἄν· ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνοι,

Agamemnon. Dic: nec si vetarem, mentis essem sanae, siquidem amicum te maximum ex Argivis duco.

Ulysses. Audi igitur. Virum hunc, per deos te obtestor, ne sustineas insepultum adeo inclementer abiicere: neque vis allata te ullo modo vincat usque adeo odisse, ut fas susque deque habeas. Nam erat et mihi olim inimicissimus ille ex omni exercitu, ex quo mihi addicta fuerunt Achillis arma: at illum tamen, etsi eo in me animo, non ita despicatui habeam, ut non fatear, unum me vidisse illum fortissimum Argivorum, quotquot ad Troiam venimus, excepto Achille. Proinde iniurius sis, si eum suo prives honore: non enim hunc, sed deorum leges violaveris; virumque strenuum nefas

Βλάπτειν τὸν ἐσθλὸν, οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Σὺ ταῦτ', Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπερμαχεῖς ἐμοί;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἔγωγ'· ἐμίσουν δ', ἡνίκ' ἦν μισεῖν καλόν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Οὐ γὰρ θανόντι καὶ προςεμβῆναί σε χρή;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Μὴ χαῖρ', Ἀτρείδη, κέρδεσιν τοῖς μὴ καλοῖς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν, οὐ ῥᾴδιον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀλλ', εὖ λέγουσι τοῖς φίλοις τιμὰς νέμειν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Κλύειν τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Πῶς σὺ κρατεῖς τοι, τῶν φίλων νικώμενος;

est post mortem laedere, ne quidem si oderis.

Agamemnon. Tune ad hunc modum, Ulysse, huius gratia mihi resistis?

Ulysses. Sane equidem: oderam vero, quum odisse fas erat.

Agamemnon. Non itaque et mortuo insultare te par est?

Ulysses. Ne gaudeas, Atrida, impio lucro.

Agamemnon. Pietatem igitur colere, haud facile est regi.

Ulysses. At facile, bene monentibus amicis obsequi.

Agamemnon. Regibus parere oportet probum virum.

Ulysses. Quomodo vero tu imperas, a cupiditatibus victus?

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Μέμνησ', ὁποίῳ φωτὶ τὴν χάριν δίδως.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀνὴρ ὅδ' ἐχθρὸς, ἀλλὰ γενναῖός ποτ' ἦν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Τί ποτε ποιήσεις; ἐχθρὸν ὧδ' αἰδεῖ νέκυν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Νικᾷ γὰρ ἡ 'ρετή με τῆς ἔχθρας πολύ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Τοιοίδε μέντοι φῶτες ἔμπληκτοι βροτοῖς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἦ κάρτα πολλοὶ νῦν φίλοι, καὖθις πικροί.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Τοιούσδ' ἐπαινεῖς δῆτα σὺ κτᾶσθαι φίλους;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Σκληρὰν ἐπαινεῖν οὐ φιλῶ ψυχὴν ἐγώ.

Agamemnon. Memento, in quem virum hanc confers gratiam.

Ulysses. Inimicus hic quidem, at olim praestabat virtute.

Agamemnon. Quid ages? mortuum inimicum adeo revereris?

Ulysses. Virtus nempe apud me multo plus quam odium valet.

Agamemnon. Hac qui sunt mente, vecordes solent perhiberi vulgo.

Ulysses. Atqui multi sunt nunc amicissimi, qui postmodo odia inter se exercebunt.

Agamemnon. Talesne, quaeso, postules amicos parare?

Ulysses. Equidem praefractum animum laudare non soleo.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἡμᾶς σὺ δειλοὺς τῇδε θἠμέρᾳ φανεῖς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἄνδρας μὲν οὖν Ἕλλησι πᾶσιν ἐνδίκους.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἄνωγας οὖν με, τὸν νεκρὸν θάπτειν ἐᾷν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἔγωγε· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνθάδ' ἵξομαι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἦ πάνθ' ὁμοῖα πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τῷ γάρ με μᾶλλον εἰκὸς, ἢ 'μαυτῷ πονεῖν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Σόν γ' ἆρα τοὔργον, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὡς ἂν ποιήσῃς, πανταχῇ χρηστός γ' ἔσει.

Agamemnon. Tu quidem facies, ut ignavi hodie videamur.

Ulysses. Immo ut Achivis omnibus iusti.

Agamemnon. Suades ergo, ut hoc cadaver sepeliri sinam?

Ulysses. Equidem: nam et ipse illuc deveniam.

Agamemnon. Sane quisque aequaliter, sibi quae conducunt, facit.

Ulysses. Cui enim me magis convenit, quam mihi studere?

Agamemnon. Tuum igitur hoc factum, non meum vocabitur.

Ulysses. Ut feceris, ita bonus habeberis ubique.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἀλλ' εὖ γε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασ', ὡς ἐγὼ
Σοὶ μὲν νέμοιμ' ἂν τήνδε καὶ μείζω χάριν·
Οὗτος δὲ κἀκεῖ κἀνθάδ' ὢν, ἔμοιγ' ὁμῶς
Ἔχθιστος ἔσται· σοὶ δὲ δρᾷν ἔξεσθ', ἃ χρή.

ΧΟΡΟΣ.

Ὅςτις σ', Ὀδυσσεῦ, μὴ λέγει γνώμῃ σοφὸν
Φῦναι, τοιοῦτον ὄντα, μῶρος ἔστ' ἀνήρ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Καὶ νῦν γε Τεύκρῳ τἀπὸ τοῦδ' ἀγγέλλομαι,
Ὅσον τότ' ἐχθρὸς ἦν, τοσόνδ' εἶναι φίλος·
Καὶ τὸν θανόντα τόνδε συνθάπτειν θέλω,
Καὶ ξυμπονεῖν, καὶ μηδὲν ἐλλείπειν, ὅσον
Χρὴ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν πονεῖν βροτούς.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἄριστ' Ὀδυσσεῦ, πάντ' ἔχω σ' ἐπαινέσαι

Agamemnon. At hoc quidem certo scias, me in hac et maiori in re tibi gratum facere velle; hic vero mortuus et vivus pariter mihi erit invisissimus. Porro tibi facere licet, quod facto est opus. (*abit.*)

Chorus. Si quis te, Ulysse, hac mente praeditum, haud sapientem praedicat, nae ille stultus est homo.

Ulysses. At vero nunc Teucro id in posterum denuntio, me, quam antea inimicus fuerim, tam denuo amicum esse; et mortui huius funus una curare volo, omnemque conferre operam, nec quidquam omittere, quod fortissimis viris omnes praestare mortales addecet.

Teucer. Optime Ulysse, omnibus te modis laudare

Λόγοισι, καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ·
Τούτῳ γὰρ ὢν ἔχθιστος Ἀργείων ἀνὴρ,
Μόνος παρέστης χερσὶν, οὐδ' ἔτλης παρὼν
Θανόντι τῷδε ζῶν ἐφυβρίσαι μέγα,
Ὡς ὁ στρατηγὸς οὑπιβρόντητος μολὼν,
Αὐτός τε χὠ ξύναιμος, ἠθελησάτην
Λωβητὸν αὐτὸν ἐκβαλεῖν, ταφῆς ἄτερ.
Τοιγάρ σφ' Ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ,
Μνήμων τ' Ἐριννὺς, καὶ τελεσφόρος Δίκη,
Κακοὺς κακῶς φθείρειαν, ὥσπερ ἤθελον
Τὸν ἄνδρα λώβαις ἐκβαλεῖν ἀναξίοις.
Σὲ δ', ὦ γεραιοῦ σπέρμα Λαέρτου πατρὸς,
Τάφου μὲν ὀκνῶ τοῦδ' ἐπιψαύειν ἐᾶν,
Μὴ τῷ θανόντι τοῦτο δυσχερὲς ποιῶ·
Τὰ δ' ἄλλα καὶ ξύμπρασσε, κεἴ τινα στρατοῦ
Θέλεις κομίζειν, οὐδὲν ἄλγος ἕξομεν.
Ἐγὼ δὲ τἄλλα πάντα πορσυνῶ· σὺ δὲ

possim, ut qui longe meam fefelleris opinionem: qui enim huic eras Achivorum inimicissimus, tu solus ei opem tulisti, nec mortuo huic vivus illudere sustinuisti, ut imperator ille lymphatus veniens, ipseque et frater eum voluerunt ignominiose abiicere insepultum. Quare illos Olympi huius rector Iupiter, memorque Erinnys, et poenarum exactrix Iustitia malos male perdant, sicut voluerunt hunc virum contumeliis abiicere indignis. Te vero, o longaevi proles Laërtae patris, vereor equidem sinere, ut hoc funus contingas, ne, hoc si faciam, mortuo ingratum sit; cetera vero et ipse nos adiuva, et si quem de exercitu alium adducere voles, non grave nobis erit. Ego igitur reliqua omnia administrabo; tu autem te viri

Ἀνὴρ καθ' ἡμᾶς ἐσθλὸς ὢν ἐπίστασο.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀλλ' ἤθελον μέν· εἰ δὲ μὴ 'στί σοι φίλον
Πράσσειν τάδ' ἡμᾶς, εἶμ', ἐπαινέσας τὸ σόν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἅλις· ἤδη γὰρ πολὺς ἐκτέταται
Χρόνος. Ἀλλ' οἱ μὲν κοίλην κάπετον
Χερσὶ ταχύνετε, τοὶ δ' ὑψίβατον
Τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν ὁσίων
Θέσθ' ἐπίκαιρον· μία δ' ἐκ κλισίας
Ἀνδρῶν ἴλη τὸν ὑπασπίδιον
Κόσμον φερέτω.
Παῖ, σὺ δὲ πατρός γ', ὅσον ἰσχύεις,
Φιλότητι θίγων, πλευρὰς ξὺν ἐμοὶ
Τάσδ' ἐπικούφιζ'· ἔτι γὰρ θερμαὶ
Σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν
Μένος. Ἀλλ' ἄγε πᾶς, φίλος ὅστις ἀνὴρ
Φησὶ παρεῖναι, σούσθω, βάτω,

in nos boni officio functum esse scito.

Ulysses. At volui equidem; at si tibi minus gratum est, haec me curare, abeo, et approbo tuam sententiam. (*abit.*).

Teucer. Satis est: iam enim multum elapsum est temporis. At vos alii cavam fossam properate manibus; alii vero altum tripodem igni imponite, piis aptum lavacris: at una e tentorio militum turma ornatum bellicum adferat. Tu vero, puer, amanter patrem quantum potes apprehendens, una mecum latera haec alleva; adhuc enim calidae venae sursum efflant atrum cruorem. Age igitur, quisquis se amicum ait adesse, properato, ito, huic viro

Τῷδ' ἀνδρὶ πονῶν τῷ πανταγάθῳ!
Κἄπ' οὐδενί πω λῴονι θνητῶν
Αἴαντος ὀτλεῖν τόδε, φωνῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ πολλὰ βροτοῖς ἐστιν ἰδοῦσι
Γνῶναι· πρὶν ἰδεῖν δ', οὐδεὶς μάντις,
Τῶν μελλόντων ὅ τι πράξει.

operam dans in omnibus bono! nullique umquam mortalium meliori Aiace hanc vos operam navasse, dico.

Chorus. Sane multa homines experientia docet; priusquam vero eventum videas, nullus est vates, futurorum quid patraturus sit.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΦΙΛΟΚΤΗΤΟΥ.

Ἀπαγωγὴ Φιλοκτήτου ἐκ Λήμνου εἰς Τροίαν ὑπὸ Νεοπτολέμου καὶ Ὀδυσσέως καθ' Ἑλένου μαντείαν, ὃς κατὰ μαντείαν Κάλχαντος, ὡς εἰδὼς χρησμοὺς συντελοῦντας πρὸς τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, ὑπὸ Ὀδυσσέως νύκτωρ ἐνεδρευθεὶς, δέσμιος ἤχθη τοῖς Ἕλλησιν. Ἡ δὲ σκηνὴ ἐν Λήμνῳ. Ὁ δὲ Χορὸς ἐκ γερόντων τῶν Νεοπτολέμῳ συμπλεόντων. Κεῖται δὲ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἡ μυθοποιΐα. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου. Πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς.

ARGUMENTUM PHILOCTETAE.

Abductio Philoctetae ex Lemno insula Troiam, auctoribus Ulysse et Neoptolemo, secundum Heleni vaticinium, qui, monitu Calchantis, ut gnarus oraculorum ad expugnationem Troiae pertinentium, nocte correptus ab Ulysse fuit, et ad Graecos abductus. Scena est in Lemno. Chorus constat ex Neoptolemi nautis. Aeschylus quoque fabulam exsecutus est. Docta est archonte Glaucippo. Primas tulit Sophocles.

[redacted]

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΜΜΕΤΡΟΣ.

Χρύσης Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον,
Ἐφ' οὗπερ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θῦσαι, μόνος
Ποίαντος ἤδη παῖς ποθ' Ἡρακλεῖ συνών·
Ζητῶν δὲ τοῦτον ναυβάτῃ δεῖξαι στόλῳ,
Πληγεὶς ὑπ' ἔχεως, ἐλίπετ' ἐν Λήμνῳ νοσῶν.
Ἕλενος δ' Ἀχαιοῖς εἶφ' ἁλώσεσθ' Ἴλιον
Τοῖς Ἡρακλέους τόξοισι, παιδί τ' Ἀχιλλέως.
Τὰ τόξ' ὑπῆρχε παρὰ Φιλοκτήτῃ μόνῳ·
Πεμφθεὶς δ' Ὀδυσσεὺς ἀμφοτέρους συνήγαγεν.

ARGUMENTUM METRICUM.

Chryses Minervae, sacra ubi facienda sint,
Altare Danaïs, solus olim ab Hercule,
Quem invenerat, Poeantis edidicit puer,
Monstrare cupiens classi id Argivae, miser,
Ab angue morsus, Lemni in oris linquitur.
Graecis sed Helenus Ilium praedixerat
Gnatoque Achillis Herculisque arcu capi,
Curare quem non nisi Philoctetes queat.
Adducit hunc et arma Laërta satus.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ΣΚΟΠΟΣ ʽΩΣ ΕΜΠΟΡΟΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ.

DRAMATIS PERSONAE.

ULYSSES.
NEOPTOLEMUS.
CHORUS.
PHILOCTETES.
SPECULATOR MERCATORIS HABITU.
HERCULES.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονὸς
Λήμνου, βροτοῖς ἄστειπτος, οὐδ' οἰκουμένη,
Ἔνθ', ὦ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς,
Ἀχιλλέως παῖ, Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ
Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε,
Ταχθεὶς τόδ' ἔρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο,
Νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα,
Ὅτ' οὔτε λοιβῆς ἡμὶν, οὔτε θυμάτων
Παρῆν ἑκήλοις προςθίγειν, ἀλλ' ἀγρίαις
Κατεῖχ' ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυςφημίαις,

SOPHOCLIS
PHILOCTETES.

ULYSSES. Litus quidem hoc est circumfluae terrae Lemni, mortalibus nec tritum neque habitatum, ubi, o patre Achivorum fortissimo crete, Achillis fili, Neoptoleme, Meliensem Poeantis natum, iussus a Regibus, exposui ego olim, tabo fluentem, ex ulcere pedem depascente: quum nec libamina aris imponere, neque exta tangere quietis nobis liceret, sed tota castra diro omine impleret querelis, clamans

Βοῶν, στενάζων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
Λέγειν; ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων,
Μὴ καὶ μάθῃ μ' ἥκοντα, κἀκχέω τὸ πᾶν
Σόφισμα, τῷ νιν αὐτίχ' αἱρήσειν δοκῶ.
Ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν, τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν,
Σκοπεῖν θ', ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα
Τοιάδ', ἵν' ἐν ψύχει μὲν ἡλίου διπλῆ
Πάρεστιν ἐνθάκησις, ἐν θέρει δ' ὕπνον
Δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου πέμπει πνοή·
Βαιὸν δ' ἔνερθεν ἐξ ἀριστερᾶς τάχ' ἂν
Ἴδοις ποτὸν κρηναῖον, εἴπερ ἐστὶ σῶν.
Ἅ μοι, προσελθὼν σῖγα, σήμαιν', εἴτ' ἔχει
Χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ,
Ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς,
Ἐγὼ δὲ φράζω, κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις·

semper gemensque. Sed quid haec memoro? quippe longis sermonibus haud opus est, ne venisse me hic sentiat, dolusque omnis subvertatur mihi, quo me illum mox capturum arbitror. Tuae vero partes sunt, in ceteris ut subservias, dispiciasque, ubinam hic sit gemino patens ostio petra, ubi hieme utraque sedes solem excipit, aestate vero apertum utrinque antrum permeans aura somnos eiet: ac paulum infra ad laevam videre possis aquae limpidae fontem, siquidem scaturit adhuc. Silentio te confer ad ista loca, atque mihi renuntia, utrum illic an alibi habitet, ut consiliorum meorum quod superest me dicente percipias, communique amborum opera ad exitum res perducatur.

Neoptolemus. Haud longe absunt, rex Ulysse, quae me inspicere iubes:

Δοκῶ γὰρ, οἷον εἶπας, ἄντρον εἰσορᾷν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τόδ' ἐξύπερθε. Καὶ στίβου γ' οὐδεὶς τύπος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ορα, καθ' ὕπνον μὴ κατακλιθεὶς κυρῇ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὁρῶ κενὴν οἴκησιν, ἀνθρώπων δίχα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Στειπτή γε φυλλὰς, ὡς ἐναυλίζοντί τῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα, κοὐδέν ἐστ' ὑπόστεγον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρούργου τινὸς
Τεχνήματ' ἀνδρὸς, καὶ πυρεῖ' ὁμοῦ τάδε.

videor enim specum, qualem dixisti, videre.

Ulysses. Superne, an inferne? non enim discerno.

Neoptolemus. Illum superne. Et nulla vestigii apparet nota.

Ulysses. Vide, num humi recumbit dormiens.

Neoptolemus. Vacuam habitationem video, ubi nemo est homo.

Ulysses. Neque intus domestica ulla apparet vita?

Neoptolemus. Substrata foliis humus, ut cuipiam ibi incubanti.

Ulysses. Ceterane sunt vacua, nec quidquam sub tecto est?

Neoptolemus. Poculum quidem e ligno nativo, pravi artificis opus, unaque haec igniaria.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Κείνου τὸ θησαύρισμα σημαίνεις τόδε.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἰοὺ, ἰού! καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται,
Ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέω.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὡνὴρ κατοικεῖ τούσδε τοὺς τόπους σαφῶς,
Κἄστ' οὐχ ἑκάς που· πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴ[
Κῶλον παλαιᾷ κηρὶ, προσβαίη μακράν;
Ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν,
Ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ που.
Τὸν οὖν παρόντα πέμψον ἐς κατασκοπὴν,
Μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών· ὡς μᾶλλον ἂν
Ἕλοιτ' ἔμ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους λαβεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' ἔρχεταί τε, καὶ φυλάξεται στίβος·
Σὺ δ', εἴ τι χρῄζεις, φράζε δευτέρῳ λόγῳ.

Ulysses. Illius hanc supellectilem narras.

Neoptolemus. Eheu, eheu! Praeterea hic alia siccantur, laceri panni, foeda fanie pleni.

Ulysses. Plane in hisce locis vir habitat, atque alicubi haud procul abest; qui enim veteri morbo pedem aeger altius ascendat? Sed vel cibum quaesitum ingressus est viam, vel herbam si quam alicubi, qua sedet do[
carpturus. Hunc i[
socium, qui adest,
speculatum, ne in n[
prudentem incidat:
pe unum me malit pı[
dere, quam ceteros
vos omnes.

Neoptolemus. At iv[
et semita custodietu[
vero, si quid vis,
expedi.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

'Αχιλλέως παῖ, δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας
Γενναῖον εἶναι μὴ μόνον τῷ σώματι,
'Αλλ', ἤν τι καινὸν, ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας,
Κλύῃς, ὑπουργεῖν, ὡς ὑπηρέτης πάρει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί δῆτ' ἄνωγας;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τὴν Φιλοκτήτου, σε δεῖ,
Ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λόγων,
Ὅταν σ' ἐρωτᾷ, τίς τε καὶ πόθεν πάρει,
Λέγειν, 'Αχιλλέως παῖς, τόδ' οὐχὶ κλεπτέον·
Πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον (ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν
Στράτευμ' 'Αχαιῶν, ἔχθος ἐχθήρας μέγα,
Οἵ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες ἐξ οἴκων μολεῖν,
Μόνην ἔχοντες τήνδ' ἅλωσιν 'Ιλίου,
Οὐκ ἠξίωσαν τῶν 'Αχιλλείων ὅπλων

ULYSSES. Achillis nate, oportet te in his, quorum gratia huc venisti, strenuum esse non solum corpore, sed si quid novum, neque ante compertum tibi, audias, ministrare in eo, uti minister ades.

NEOPTOLEMUS. Quid ergo iubes?

ULYSSES. Oportet te, ut Philoctetae animum verborum fallas insidiis, quando te rogabit, quis es, et unde ades, dicere, filium te esse Achillis; hoc enim celare haud necesse est; navigas autem domum, deserto navali Achivorum exercitu, quos impense oderis, qui postquam te supplicibus precibus arcessivissent domo, hanc solam habentes capiundi spem Ilii, venienti tamen haud dignati sint tibi Achillis quicquam

Ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ,
Ἀλλ' αὔτ' Ὀδυσσεῖ παρέδοσαν), λέγων, ὅσ' ἂν
Θέλῃς, καθ' ἡμῶν ἔσχατ' ἐσχάτων κακά·
Τούτων γάρ οὐδέν μ' ἀλγυνεῖς, εἰ δ' ἐργάσει
Μὴ ταῦτα, λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς·
Εἰ γὰρ τὰ τοῦδε τόξα μὴ ληφθήσεται,
Οὐκ ἔστι σοι πέρσαι τὸ Δαρδάνου πέδον.
Ὡς δ' ἔστ' ἐμοὶ μὲν οὐχὶ, σοὶ δ', ὁμιλία
Πρὸς τόνδε πιστὴ καὶ βέβαιος, ἔκμαθε.
Σὺ μὲν πέπλευκας οὔτ' ἔνορκος οὐδενὶ,
Οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τοῦ πρώτου στόλου·
Ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν ἐστ' ἀρνήσιμον·
Ὥστ', εἴ με, τόξων ἐγκρατὴς, αἰσθήσεται,
Ὄλωλα, καὶ σὲ προσδιαφθερῶ ξυνών.
Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ σοφισθῆναι, κλοπεὺς
Ὅπως γενήσει τῶν ἀνικήτων ὅπλων.
Ἔξοιδα, καὶ φήσεις, σε μὴ πεφυκότα

armorum dare, quod iure tuo peteres, sed Ulyssi tradiderint, ea; simulque in me dic, ut voles, quidquid probri et maledicti est; neque est quod inde me quidquam laedas, ista vero ni feceris, Achivis omnibus conficies aerumnas: nisi enim huius arcus et sagittae capientur, haud sane umquam Dardani expugnabitur terra. Disce autem, cur mihi quidem non liceat, tibi vero fas sit, fidenter et tuto cum hoc viro colloqui. Tu quidem navigasti, nemini iuramento obstrictus, nec vi coactus, neque in prima expeditione: horum autem nihil est infitiandum mihi; quare, si, potitus arcum, me adesse senserit, perii, et te simul mecum perdam. Quocirca comminisci debes, quî furto auferas invicta arma. Novi equidem (et hoc tu dices), te non esse eo ingenio natum, ne-

Τοιαῦτα φωνεῖν, μηδὲ τεχνᾶσθαι κακά·
Ἀλλ' (ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν)
Τόλμα· δίκαιοι δ' αὖθις ἐκφανούμεθα·
Νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ
Δός μοι σεαυτὸν, κᾆτα τὸν λοιπὸν χρόνον
Κέκλησο πάντων εὐσεβέστατος βροτῶν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγὼ μὲν οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων,
Λαερτίου παῖ, τούςδε καὶ πράσσειν στυγῶ·
Ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς,
Οὔτ' αὐτὸς, οὔθ', ὥς φασιν, οὑκφύσας ἐμέ·
Ἀλλ' εἴμ' ἕτοιμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ' ἄγειν,
Καὶ μὴ δόλοισιν· οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς
Ἡμᾶς τοσούςδε πρὸς βίαν χειρώσεται.
Πεμφθεὶς γε μέντοι σοὶ ξυνεργάτης, ὀκνῶ
Προδότης καλεῖσθαι, βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς
Δρῶν ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον, ἢ νικᾶν κακῶς.

que, ut falsa loquaris, neque, ut dolo struas alii malum: at (quoniam iucundum est, potiri victoria) aude: iusti enim post rursus erimus; sed nunc ad huius diei partem exiguam da te mihi ad impudentiam, et deinde reliquum tempus vocator omnium sanctissimus mortalium.

Neoptolemus. Ego vero, Laërtis fili, quas res non audio lubenti animo, easdem exsequi haud minus odi: hoc enim a natura habeo, ut nihil fraude faciam mala, neque ego, neque, ut aiunt, qui me genuit pater; sed paratus sum virum vi abducere, et non dolis: non enim unus vir nos tantos vi devicerit. Missus equidem tecum ut adiutor, nolim proditor vocari, maloque, o rex, honesta faciendo spe excidere, quam vincere turpiter.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ
Γλῶσσαν μὲν ἀργὸν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν·
Νῦν δ', εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν, ὁρῶ βροτοῖς
Τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα, πάνθ' ἡγουμένην.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Λέγω σ' ἐγὼ δόλῳ Φιλοκτήτην λαβεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί δ' ἐν δόλῳ δεῖ μᾶλλον, ἢ πείσαντ', ἄγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὐ μὴ πίθηται· πρὸς βίαν δ' οὐκ ἂν λάβοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἰοὺς ἀφύκτους, καὶ προπέμποντας φόνον.

Ulysses. Optimi patris fili, et ipse, iuvenis quum essem olim, linguam quidem otiosam, manum vero habebam ad opera promtam: nunc autem, re perspecta, video inter mortales linguam esse, non opera, quae omnia gubernat.

Neoptolemus. Quid igitur aliud me iubes, quam mentiri?

Ulysses. Aio Philocteten dolo tibi capiundum esse.

Neoptolemus. Cur dolo potius quam persuadendo abducam?

Ulysses. Haud persuadebitur; vi autem capere nequeas.

Neoptolemus. Estne illi tantum, quo confidat, robur?

Ulysses. Sunt certae sagittae, letum ferentes.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ ἆρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προςμίξαι θρασύ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὔ, μὴ δόλῳ λαβόντα γ', ὡς ἐγὼ λέγω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ δῆτα τὸ ψευδῆ λέγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὔκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς οὖν βλέπων τις ταῦτα τολμήσει λαλεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, οὐκ ὀκνεῖν πρέπει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Κέρδος δ' ἐμοὶ τί, τοῦτον ἐς Τροίαν μολεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Αἱρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ ἆρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἴμ' ἐγώ;

NEOPTOLEMUS. Non igitur ad eum ne accedere quidem tutum est?

ULYSSES. Neutiquam, nisi dolo ceperis, ut dico.

NEOPTOLEMUS. At, quaeso, mentiri non turpe censes?

ULYSSES. Non, si mendacium quidem salutem adferat.

NEOPTOLEMUS. At qua fronte quis haec audebit loqui?

ULYSSES. Quum lucri causa quid inceptas, pudere haud decet.

NEOPTOLEMUS. Quid vero lucri est mihi, si hic ad Troiam venerit?

ULYSSES. Solae hae sagittae capient Troiam.

NEOPTOLEMUS. Atqui nonne eam ego, ut dicebatis, expugnaturus sum?

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὔτ' ἂν σὺ κείνων χωρὶς, οὔτ' ἐκεῖνα σοῦ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Θηρατέ' οὖν γίγνοιτ' ἂν, εἴπερ ὧδ' ἔχει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὡς, τοῦτό γ' ἔρξας, δύο φέρει δωρήματα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ποίω; μαθὼν γὰρ, οὐκ ἂν ἀρνοίμην τὸ δρᾷν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Σοφός τ' ἂν αὑτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ ἅμα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἴτω· ποιήσω, πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς!

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἦ μνημονεύεις οὖν, ἅ σοι παρῄνεσα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σάφ' ἴσθ', ἐπείπερ εἰςάπαξ ξυνῄνεσα;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Σὺ μὲν μένων νυν κεῖνον ἐνθάδ' ἐκδέχου·

Ulysses. Nec tu sine illis, neque illae sine te.

Neoptolemus. Captandae itaque sunt, quandoquidem ita se res habet.

Ulysses. Porro si hoc feceris, gemina auferes praemia.

Neoptolemus. Quaenam, cedo? si enim sciero, nihil renuam exsequi.

Ulysses. Catus idem et fortis voceris simul.

Neoptolemus. Age ergo, faciam quod iubes, omni pudore amoto.

Ulysses. Tenesne animo igitur, quae te monui?

Neoptolemus. Ne dubita, postquam semel adsensi.

Ulysses. Tu quidem ergo hic opperiens venientem eum

Ἐγὼ δ' ἄπειμι, μὴ κατοπτευθῶ παρὼν,
Καὶ τὸν σκοπὸν πρὸς ναῦν ἀποστελῶ πάλιν,
Καὶ δεῦρ', ἐάν μοι τοῦ χρόνου δοκῆτέ τι
Κατασχολάζειν, αὖθις ἐκπέμψω πάλιν
Τοῦτον τὸν αὐτὸν ἄνδρα, ναυκλήρου τρόπον
Μορφὴν δολώσας, ὡς ἂν ἄγνοια προσῇ·
Οὗ δῆτα, τέκνον, ποικίλως αὐδωμένου,
Δέχου τὰ συμφέροντα τῶν ἀεὶ λόγων.
Ἐγὼ δὲ πρὸς ναῦν εἶμι, σοὶ παρεὶς τάδε·
Ἑρμῆς δ', ὁ πέμπων δόλιος, ἡγήσαιτο νῷν,
Νίκη τ' Ἀθάνα Πολιὰς, ἥ σώζει μ' ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. α'. Τί χρὴ, τί χρή με, δέσποτα, ξένῳ ξένον
Στέγειν, ἢ τί λέγειν πρὸς ἄνδρ' ὑπόπταν,
Φράζε μοι· τέχνα γὰρ
Τέχνας ἑτέρας προὔχει,
Καὶ γνώμα, παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον
Διὸς σκᾶπτον ἀνάσσεται.

excipe: ego vero abeo, ne coram me cernat: et speculatorem ad navem reducam, hucque, si diutius cessare mihi videamini, eumdem ipsum virum remittam, naucleri habitu concinnatum formam callide, ut pro ignoto haberi possit; qui quum commentitia loquetur, tu, fili, ex eius sermone, quaecumque tibi semper ex usu erunt, arripe. Ego igitur ad navem abeo, his tibi commissis: Mercurius autem, qui dolose adduxit, nos dirigat, et victrix Minerva arcium praeses, quae me servat semper. *(abit.)*

Chorus. Quid hospes hospiti reticeam, o rex, quidve dicam homini suspicaci, edoce me: solertia enim et consilio ceteris praestat, quicumque divinum Iovis sceptrum regit.

Σὲ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθε
Πᾶν κράτος ὠγύγιον· τό μοι ἔννεπε,
Τί σοι χρεὼν ὑπουργεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Νῦν μὲν (ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς
Προςιδεῖν ἐθέλεις, ὅντινα κεῖται)
Δέρκου θαρσῶν· ὁπόταν δὲ μόλῃ
Δεινὸς ὁδίτης, τῶνδ' ἐκ μελάθρων
Πρὸς ἐμὴν, αἰεὶ, χεῖρα προχωρῶν,
Πειρῶ τὸ παρὸν θεραπεύειν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. ά. Μέλον πάλαι μέλημά μοι λέγεις, ἄναξ,
Φρουρεῖν ὄμμ' ἐπὶ σῷ μάλιστα καιρῷ·
Νῦν δέ μοι λέγ', αὐλὰς
Ποίας ἔνεδρος ναίει,
Καὶ χῶρον τίν' ἔχει· τὸ γάρ μοι
Μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον,
Μή προςπεσών με λάθῃ ποθέν.

Ad te quidem, o fili, summum hoc imperium avis ab ultimis pervenit; quare age dic, quo modo tibi subserviam.

Neoptolemus. Nunc quidem (fortasse enim cupis extremos fines invisere loci, quo ille cubile habet) nunc quidem ergo adspice fidenter; at ubi veniet viator formidabilis, hocce ex antro regredere, et ad me procedens, da ubique operam, ut quod facto opus fuerit facias.

Chorus. Rem iubes, o rex, iamdudum meditatam mihi, oculus ut observet tua maxime commoda: nunc vero dic mihi, quonam in recessu abditus habitat, quemve tenet locum: id enim doceri operae pretium est mihi, ne imprudenti alicunde superveniat. Quis

Τίς τόπος, ἢ τίς ἕδρα; τίν' ἔχει στίβον,
Ἔναυλον, ἢ θυραῖον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οἶκον μὲν ὁρᾷς τόνδ' ἀμφίθυρον
Πετρίνης κοίτης.

ΧΟΡΟΣ.

Ποῦ γὰρ ὁ τλήμων αὐτὸς ἄπεστιν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Δῆλον ἔμοιγ', ὡς φορβῆς χρείᾳ
Στίβον ὀγμεύει τόνδε πέλας που·
Ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν
Λόγος ἐστὶ φύσιν, θηροβολοῦντα
Πτηνοῖς ἰοῖς στυγερὸν στυγερῶς,
Οὐδέ τιν' αὐτῷ
Παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β'. Οἰκτείρω νιν ἔγωγ', ὅπως,
Μή του κηδομένου βροτῶν,
Μηδὲ ξύντροφον ὄμμ' ἔχων,

locus, aut quae sedes? qua carpit viam, intusne an foris?

Neoptolemus. Hoc quidem cernis illius domicilium, gemino patentem ostio rupem.

Chorus. Sed quo ipse miser abiit?

Neoptolemus. Nullus dubito, quin cibi quaerendi gratia proximam hanc semitam ingressus ambulet alicubi: hac enim vitae ratione uti dicitur, alatis sagittis feras conficiens infensus infense, nemine quidem ad eum accedente, qui dolores sedare possit.

Chorus. Miseror equidem illius vicem, quem nemo curat mortalium, nec convictor ullus respicit, ut

Δύςτανος, μόνος αἰεὶ,
Νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν,
Ἀλύει δ' ἐπὶ παντί τῳ
Χρείας ἱσταμένῳ. Πῶς ποτε, πῶς δύςμορος ἀντέχει;
Ὦ παλάμαι θανάτων!
Ὦ δύςτανα γένη βροτῶν,
Οἷς μὴ μέτριος αἰών!

ἀντιστρ. β'. Οὗτος πρωτογόνων ἴσως
Ἥκων οὐδενὸς ὕστερος,
Πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ
Κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων,
Στικτῶν ἢ λασίων μετὰ
Θηρῶν, ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ
Λιμῷ τ' οἰκτρὸς, ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων·
Ἁ δ' ἀθυροστομία
Ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς
Οἰμωγᾶς ὑπόκειται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐδὲν τούτων θαυμαστὸν ἐμοί·

infelix, solus semper, laborat atroci morbo, inopsque consilii despondet animum, sicubi eum cuiusvis rei ad vitam necessariae urget egestas. Quo tandem, quo modo miser resistit? O mortis remedia! O infelicia hominum genera, quibus modica non est vita!

Hic maiorum forte nulli secundus, rerum, quibus usus vitae indiget, omnium expers, deserto in loco iacet solus inter pictas hirsutasve feras, doloribus simul et fame cruciatus, miser, insanabiles curas alens; et loquax, procul resonans, Echo ex acerbis eiulatibus suspensa est.

Neoptolemus. Nihil est horum quod valde mirer;

Θεῖα γάρ, εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ,
Καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν
Τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη,
Καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων
Οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ θεῶν μελέτῃ,
Τοῦ μὴ πρότερον τόνδ' ἐπὶ Τροίᾳ
Τεῖναι τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη,
Πρὶν ὅδ' ἐξήκοι χρόνος, ᾧ λέγεται
Χρῆναί σφ' ὑπὸ τῶνδε δαμῆναι.

ΧΟΡΟΣ.

Εὔστομ' ἔχε, παῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί τόδε;

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ γ'. Προὐφάνη κτύπος
Φωτὸς ξύντροφος ὡς τειρομένοιο.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἦ που τῇδ' ἢ τῇδε τόπων;
Βάλλει, βάλλει μ' ἐτύμα

divûm enim numine, si quid ego intelligo, et haec mala ex immitis Chryses ira eum invaserunt, quodque nunc, curante nemine, adflictatur, non est ut hoc absque deorum consilio fiat, ne prius hic in Troiam dirigat diis invicta tela, quam venerit tempus, quo dicitur ab illis expugnanda esse.

Chorus. Comprime vocem, fili.

Neoptolemus. Quid est?

Chorus. Strepitum audivi, qualis afflicti esse hominis solet.

Neoptolemus. Numquid hinc, an illinc loci? Accidit mihi, accidit revera vox

Φθογγά του, στίβον κατ' ἀνάγκαν
Ἕρποντος, οὐδέ με λάθει
Βαρεῖα τηλόθεν αὐδὰ
Τρυσάνωρ· διάσημα γὰρ θροεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἔχε, τέκνον.....

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Λέγ', ὅ τι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. γ'. Φροντίδας νέας·
Ὡς οὐκ ἔξεδρος, ἀλλ' ἔντοπος ἀνὴρ,
Οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων,
Ὡς ποιμὴν ἀγροβότας,
Ἀλλ' ἤ που, πταίων, ὑπ' ἀνάγκας
Βοᾷ τηλωπὸν ἰωὰν,
Ἢ ναὸς ἄξενον ὅρμον
Αὐγάζων· προβοᾷ γὰρ αἴλινον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἰὼ ξένοι,
Τίνες ποτ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ

alicuius aegre viam carpentis, neque me fallit procul auditus flebilis questus viri malis confecti: clare enim sonat.

Chorus. Sed concipe, fili —

Neoptolemus. Quidnam? cedo.

Chorus. Aliam cogitationem: non procul, sed prope adest vir, haud carmen fistula recinens, agrestis ut pastor: sed aut alicubi, pedem offendens, prae cruciatu vociferatur ingenti eiulatu, aut inhospitalem navibus portum adspiciens: misere enim clamat.

Philoctetes. Ehem hospites, quinam, quaeso, ad hanc insulam importuo-

Κατέσχετ', οὔτ' εὔορμον, οὔτ' οἰκουμένην;
Ποίας πάτρας ὑμᾶς ἂν ἢ γένους ποτὲ
Τύχοιμ' ἂν εἰπών; Σχῆμα μὲν γὰρ Ἑλλάδος
Στολῆς ὑπάρχει προςφιλεστάτης ἐμοί·
Φωνῆς δ' ἀκοῦσαι βούλομαι· καὶ μή μ' ὄκνῳ
Δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον,
Ἀλλ', οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον μόνον,
Ἔρημον ὧδε καὶ φίλων κεκλεμμένον,
Φωνήσατ', εἴπερ ὡς φίλοι προςήκετε. —
Ἀλλ' ἀνταμείψασθ'· οὐ γὰρ εἰκὸς οὔτ' ἐμὲ
Ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦτό γ', οὔθ' ὑμᾶς ἐμοῦ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ', ὦ ξέν', ἴσθι τοῦτο πρῶτον, οὕνεκα
Ἕλληνές ἐσμεν· τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ φίλτατον φώνημα φωτὶ καταλαβεῖν,
Πρόςφθεγμα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἐν χρόνῳ μακρῷ!

sam et inhabitatam appulistis natantem navem? Qua ex patria quove vos ex genere esse dixerim? Forma quidem apparet vestitus Graeci, quo nihil mihi visu est iucundius; at vocem audire cupio; nec segnes me adloqui vereamini, ita efferatum exhorrescentes, sed, miserati hominem unum infelicissimum, sic desertum et ab amicis proditum, vocem edite, si amici quidem adestis! — At respondete, amabo: haud enim par est, vel me a vobis, vel vos vicissim a me, hoc non impetrare.

Neoptolemus. At scito hoc primum, hospes, nos Graecos esse, quandoquidem hoc scire cupis.

Philoctetes. O carissima vox, quae homini accidere possit, talis viri alloquium post tam longum

Τίς σ', ὦ τέκνον, προσέσχε, τίς προσήγαγε
Χρεία; τίς ὁρμή; τίς ἀνέμων ὁ φίλτατος;
Γέγωνέ μοι πᾶν τοῦθ', ὅπως εἰδῶ, τίς εἶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγὼ γένος μέν εἰμι τῆς περιῤῥύτου
Σκύρου, πλέω δ' ἐς οἶκον· αὐδῶμαι δὲ παῖς
Ἀχιλλέως, Νεοπτόλεμος. Οἶσθα δὴ τὸ πᾶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ φιλτάτου παῖ πατρὸς, ὦ φίλης χθονὸς,
Ὦ τοῦ γέροντος θρέμμα Λυκομήδους, τίνι
Στόλῳ προσέσχες τήνδε γῆν, πόθεν πλέων;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐξ Ἰλίου τοι δῆτα νῦν γε ναυστολῶ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πῶς εἶπας; οὐ γὰρ δὴ σύ γ' ἦσθα ναυβάτης
Ἡμῖν κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἦ γὰρ μετέσχες καὶ σὺ τοῦδε τοῦ πόνου;

tempus! Quae te huc, o fili, appulit, quae adduxit, necessitas? quod consilium? quis ventus amicissimus? Omne hoc mihi declara, ut sciam, quis es.

Neoptolemus. Natus sum equidem in insula Scyro, domumque navigo: vocor autem Achillis filius, Neoptolemus. Rem totam tenes.

Philoctetes. O carissimi patris nate, o cara edite patria, o senis alumne Lycomedis, quonam suscepto itinere huc appulisti? undenam navigas?

Neoptolemus. Nunc quidem ex Ilio.

Philoctetes. Quid ais? Non enim tu nobiscum classem conscendisti, quum primum ad Ilium profecti fuimus.

Neoptolemus. An et tu particeps fuisti istius laboris?

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ τέκνον, οὐ γάρ οἶσθά μ', ὅντιν' εἰσορᾷς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς γὰρ κάτοιδ', ὅν γ' εἶδον οὐδεπώποτε;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐδ' ὄνομά γ', οὐδὲ τῶν ἐμῶν κακῶν κλέος,
Ἤισθου ποτ' οὐδὲν, οἷς ἐγὼ διωλλύμην;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ', ὧν ἀνιστορεῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρὸς, ὦ πικρὸς θεοῖς,
Οὗ μηδὲ κληδὼν ὧδ' ἔχοντος οἴκαδε,
Μηδ' Ἑλλάδος γῆς μηδαμοῦ, διῆλθέ που!
Ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ
Γελῶσι σῖγ' ἔχοντες, ἡ δ' ἐμὴ νόσος
Ἀεὶ τέθηλε, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται.
Ὦ τέκνον εὖπαι πατρὸς ἐξ Ἀχιλλέως,

Philoctetes. O puer, non me ergo nosti, quem intueris?

Neoptolemus. Quomodo enim noverim, quem vidi numquam?

Philoctetes. Nempe nec nomen, neque calamitatum mearum famam ullam umquam audisti, quibus perii miser?

Neoptolemus. Scito me nihil eorum nosse, de quibus rogas.

Philoctetes. O multa me calamitosum, o invisum diis, cuius ne fama quidem sic habentis domum, neque usquam Graeciae, pervenit! sed, qui me huc eiecerunt impie, derident me taciti, lues autem mea usque integrascit, inque dies fit gravior. O generosa patris Achillis proles, en

Ὅδ' εἴμ' ἐγώ σοι κεῖνος, ὃν κλύεις ἴσως
Τῶν Ἡρακλείων ὄντα δεσπότην ὅπλων,
Ὁ τοῦ Ποίαντος παῖς, Φιλοκτήτης, ὃν οἱ
Δισσοὶ στρατηγοὶ χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ
Ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον, ὠχρίᾳ
Νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς ἀνδροφθόρου
Πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι·
Ξὺν ᾗ μ' ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε,
Ὤιχοντ', ἔρημον, ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας
Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ.
Τότ' ἄσμενοί μ' ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου
Εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ
Λιπόντες ᾤχονθ', οἷα φωτὶ δυσμόρῳ,
Ῥάκη προθέντες βαιὰ, καί τι καὶ βορᾶς
Ἐπωφέλημα σμικρὸν, οἷ' αὐτοῖς τύχοι!
Σὺ δὴ, τέκνον, ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς,
Αὐτῶν βεβώτων, ἐξ ὕπνου στῆναι τότε,

ille ego sum tibi, quem fando forte audiisti Herculearum dominum sagittarum, filius Poeantis, Philoctetes, quem gemini duces, rexque Cephallenum abiecere turpiter, pallido tabescentem morbo, letiferae excetrae infesto morsu vulneratum. quo me malo laborantem, o fili, hic expositum solum reliquerunt atque abierunt, postquam e circumflua Chrysa huc appulerunt. Scilicet ubi me viderunt ex multa maris iactatione dormientem in cava litoris rupe, laeti solverunt naves, me deserto, adpositisque mihi, ut mendico viro, pannis pauculis, cibique subsidio tenui; qualia ipsis utinam contingant! Tu vero, o fili, qualem me e somno excitatum, postquam illi profecti fuerunt, surrexisse putas,

Ποῖ' ἐκδακρῦσαι, ποῖ' ἀποιμῶξαι κακὰ,
Ὁρῶντα μὲν ναῦς, αἷς ἑκὼν ἐναυστόλουν,
Πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον,
Οὐχ, ὅστις ἀρκέσειεν, οὐδ', ὅστις νόσου
Κάμνοντι συλλάβοιτο; πάντα δὲ σκοπῶν,
Εὕρισκον οὐδὲν πλὴν ἀνιᾶσθαι παρὸν,
Τούτου δὲ πολλὴν εὐμάρειαν, ὦ τέκνον.
Ὁ μὲν χρόνος δὴ διὰ χρόνου προὔβαινέ μοι,
Κἄδει τι βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ μόνον
Διακονεῖσθαι. Γαστρὶ μὲν τὰ ξύμφορα
Τόξον τόδ' ἐξεύρισκε; τὰς ὑποπτέρους
Βάλλον πελείας· πρὸς δὲ τῷδ' ὅ μοι βάλοι
Νευροσπαδὴς ἄτρακτος, αὐτὸς ἂν τάλας
Ἠιλυόμην, δύστηνον ἐξέλκων πόδα,
Πρὸς τοῦτ' ἄν. Εἴ τ' ἔδει τι καὶ ποτὸν λαβεῖν,
Καί που πάγου χυθέντος, οἷα χείματι,
Ξύλον τι θραῦσαι, ταῦτ' ἂν ἐξέρπων τάλας

quas effudisse lacrimas, quibus lamentis mea deplorasse mala, quum cernerem naves, quibuscum sponte navigaveram, omnes abactas, hominemque in loco neminem, nec, qui victus curam gereret, nec, qui aegroto morbi levamen adferret? omniaque circumspiciens, nihil vidi praeter aerumnas adesse; harum vero, adolescens, ingentem copiam. Interea tempus mihi procedebat, die diem excipiente, oportebatque solum me hoc sub parvo tecto mihi ministrare omnia. Alimenta quidem suppeditabat hic arcus, quo volatiles petebam columbas, et praeterea quodcumque mihi adtigisset emissa nervo sagitta, hoc ut tollerem, provolvebam me, aegre trahens miserum pedem. Atque etiam quum potu usus erat, vel si, pruinis fusis, ut hieme solet, necesse erat parumper ligni caedere, haec prorepens-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Θυμῷ γένοιτο χεῖρά πληρῶσαί ποτε,
Ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν, ἡ Σπάρτη θ', ὅτι
Χ' ἡ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ!

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Εὖ γ', ὦ τέκνον! τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν
Χόλον κατ' αὐτῶν ἐκχολῶν ἐλήλυθας;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὦ παῖ Ποίαντος, ἐξερῶ, μόλις δ' ἐρῶ,
Ἅγωγ' ὑπ' αὐτῶν ἐξελωβήθην μολών.
Ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα, θανεῖν . . . .

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἴ μοι! φράσῃς μοι μὴ πέρα, πρὶν ἂν μάθω
Πρῶτον τόδ', ἦ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τέθνηκεν, ἀνδρὸς οὐδενὸς, θεοῦ δ' ὕπο
Τοξευτὸς, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.

Neoptolemus. O si irae contingat, aliquando ut expleatur, quo Mycenae intelligant Spartaque, fortium virorum genetricem esse Scyron quoque!

Philoctetes. Euge, o fili: sed quamobrem tam gravem istis iram irascens advenisti?

Neoptolemus. O fili Poeantis, dicam, tametsi vix dicere queo, quibus illi me ad eos venientem contumeliis affecerunt. Nam postquam Achillem vis fati cohibuit, ut moreretur —

Philoctetes. Hei mihi! ne quod ultra verbum facias, priusquam didicero hoc primum, quomodo obierit Pelei proles.

Neoptolemus. Occidit, neminis hominis, sed dei, ut aiunt, manu, Phoebi percussus arcu.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἀλλ' εὐγενὴς μὲν ὁ κτανών τε χὠ θανών·
Ἀμηχανῶ δὲ, πότερον, ὦ τέκνον, τὸ σὸν
Πάθημ' ἐλέγχω πρῶτον, ἢ κεῖνον στένω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οἶμαι μὲν ἀρκεῖν σοί γε καὶ τὰ σ', ὦ τάλας,
Ἀλγήμαθ', ὥςτε μὴ τὰ τῶν πέλας στένειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὀρθῶς ἔλεξας· τοιγὰρ οὖν τὸ σὸν φράσον
Αὖθις πάλιν μοι πρᾶγμ', ὅτῳ σ' ἐνύβρισαν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἦλθόν με νηῒ ποικιλοστόμῳ μέτα
Δῖός τ' Ὀδυσσεὺς χὠ τροφεὺς τοῦ 'μοῦ πατρὸς,
Λέγοντες, εἴτ' ἀληθὲς, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην,
Ὡς οὐ θέμις γίγνοιτ', ἐπεὶ κατέφθιτο
Πατὴρ, τὰ Πέργαμ' ἄλλον ἀντ' ἐμοῦ γ' ἑλεῖν.
Ταῦτ', ὦ ξέν', οὕτως ἐννέποντες, οὐ πολὺν

Philoctetes. At generosus quidem peremtorque et peremtus; dubius autem, o fili, haereo, primumne perconter caussam querelae tuae, an illius vicem deplorem.

Neoptolemus. Tibi quidem arbitror satis esse, o miser, si tua ipsius deplores infortunia, aliorum ut missa facias.

Philoctetes. Recte sane dicis: quare de integro rursus rem tuam mihi narra, quibus te modis iniuria affecerint.

Neoptolemus. Venere ad me picta vecti nave divus Ulysses, altorque mei patris, dicentes, verene an falso nescio, haud fas esse, postquam periisset pater meus, alium quam me Troianam arcem expugnare. Haec, o hospes, illis dictitantibus

Χρόνον μ' ἐπέσχον, μή με ναυστολεῖν ταχὺ,
Μάλιστα μὲν δὴ τοῦ θανόντος ἱμέρῳ,
Ὅπως ἴδοιμ' ἄθαπτον (οὐ γὰρ εἰδόμην),
Ἔπειτα μέν τοι χὠ λόγος καλὸς προςῆν,
Εἰ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' αἱρήσοιμ' ἰών.
Ἦν δ' ἦμαρ ἤδη δεύτερον πλέοντί μοι,
Κἀγὼ πικρὸν Σίγειον οὐρίῳ πλάτῃ
Κατηγόμην· καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς
Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες, βλέπειν
Τὸν οὐκ ἔτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.
Κεῖνος μὲν οὖν ἔκειτ'· ἐγὼ δ' ὁ δύςμορος,
Ἐπεὶ 'δάκρυσα κεῖνον, οὐ μακρῷ χρόνῳ
Ἐλθὼν Ἀτρείδας προςφιλῶς, ὡς εἰκὸς ἦν,
Τά θ' ὅπλ' ἀπῄτουν τοῦ πατρὸς, τά τ' ἄλλ' ὅσ' ἦν.
Οἱ δ' εἶπον, οἴ μοι! τλημονέστατον λόγον·
Ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, τἄλλα μὲν πάρεστί σοι

haud longa fui in mora, quin, statim conscensa nave, celerem contenderem cursum; idque maxime mortui patris desiderio, ut, quem numquam videram, saltem, antequam tumulo conderetur, intuerer; praetereaque et causa accedebat optima, laudum cupido, eo si profectus Troiae turres everterem. Iamque naviganti mihi dies alter agebatur, quum ad invisum Sigeum cursu secundo applicavi; atque statim egressum nave circumfusi omnes me salutaverunt, iurantes, se redivivum Achillem cernere defunctum. Atque ille quidem compositus iacebat; ego vero infelix, postquam eum deflevi, mox accedens amice, ut par erat, Atridas et arma et alia quaecumque fuerant patris poposci. At eheu! responsum illi dederunt impudentissimum mihi: O nate Achillis, cetera

Πατρῷ' ἑλέσθαι, τῶν δ' ὅπλων κείνων ἀνὴρ
Ἄλλος κρατύνει νῦν, ὁ Λαέρτου γόνος. —
Κἀγὼ, ἀκούσας, εὐθὺς ἐξανίσταμαι
Ὀργῇ βαρείᾳ, καὶ καταλγήσας λέγω·
Ὦ σχέτλι'! ἦ 'τολμήσατ' ἀντ' ἐμοῦ τινι
Δοῦναι τὰ τεύχη τἀμὰ, πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ; —
Ὁ δ' εἶπ' Ὀδυσσεὺς, πλησίον γὰρ ὢν κυρεῖ·
Ναὶ, παῖ, δεδώκασ' ἐνδίκως οὗτοι τάδε·
Ἐγὼ γὰρ αὔτ' ἔσωσα κἀκεῖνον παρών. —
Κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς
Τοῖς πᾶσιν, οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος,
Εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με.
Ὁ δ' ἐνθάδ' ἥκων, καίπερ οὐ δύσοργος ὤν,
Δηχθεὶς πρὸς ἃ 'ξήκουσεν, ὧδ' ἠμείψατο·
Οὐκ ἦσθ', ἵν' ἡμεῖς, ἀλλ' ἀπῆσθ', ἵν' οὔ σ' ἔδει·
Καὶ ταῦτ', ἐπειδὴ καὶ λέγεις θρασυστομῶν,
Οὐ μή ποτ' ἐς τὴν Σκῦρον ἐκπλεύσεις ἔχων. —

quidem licet tibi paterna sumere, armorum autem illorum potitur iam vir alius, Laërtae filius. Quibus ego auditis, illico exsurgo ira percitus gravi, atque indignabundus, O scelesta, inquam, facta! eone processistis audaciae, ut cuiquam arma mea traderetis, me non rogato? Ad quae Ulysses, qui forte ibi aderat, Nae, inquit, adolescens, hi iure dederunt ea mihi: namque ego praesens ea, corpusque ipsum servavi. Atque ego iratus statim probri quodcumque est ei ingessi, extrema omnia imprecatus, si mea ille arma eriperet mihi. Ille vero sic lacessitus, tametsi alias haud promtus est succensere, maledictis dolens, ita respondit: Non eras, ubi nos, sed aberas, ubi te non oportebat abesse: haecque arma, quandoquidem et ferociter loqueris, reportans numquam Scyron naviga-

Τοιαῦτ' ἀκούσας κἀξονειδισθεὶς κακὰ,
Πλέω πρὸς οἴκους, τῶν ἐμῶν τητώμενος
Πρὸς τοῦ κακίστου, κἀκ κακῶν, 'Οδυσσέως.
Κοὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον, ὡς τοὺς ἐν τέλει·
Πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων,
Στρατός τε σύμπας, οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν,
Διδασκάλων λόγοισι γίγνονται κακοί.
Λόγος λέλεκται πᾶς· ὁ δ' Ἀτρείδας στυγῶν
Ἐμοί θ' ὁμοίως καὶ θεοῖς εἴη φίλος!

ΧΟΡΟΣ.

στροφή. Ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶ-
τερ αὐτοῦ Διός,
Ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις,
Σὲ κἀκεῖ, μᾶτερ πότνι', ἐπηυδώμαν,
Ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει,
Ὅτε τὰ πάτρια τεύχεα παρεδίδοσαν
(Ἰὼ μάκαιρα ταυροκτόνων

bis. His auditis probris, acceptisque iniuriis, navigo domum, meis spoliatus a pessimo, pessimisque orto, Ulysse. Quamquam non eius tam crimen est, quam principum: civitas enim universa, simulque totus exercitus, pendet ex magistratibus, et, qui flagitiose agunt homines, magistrorum sermonibus edocti fiunt improbi. Rem totam dixi: qui vero Atridas odit, mihique pariter et diis sit amicus!

Chorus. Montibus gaudens, nutrix omnium Terra, mater ipsius Iovis, quae magnum Pactolum auriferum colis, te illic quoque, veneranda mater, imploravi, quando in hunc Atridarum omnis iniuria ivit, ubi (o beata, tauricidis vecta leonibus!) arma paterna,

Λεόντων ἔφεδρε!) τῷ Λαερτίου,
Σέβας ὑπέρτατον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἔχοντες, ὡς ἔοικε, σύμβολον σαφὲς
Λύπης, πρὸς ἡμᾶς, ὦ ξένοι, πεπλεύκατε,
Κἀμοὶ προςᾴδεθ', ὥςτε γιγνώσκειν, ὅτι
Ταῦτ' ἐξ 'Ατρειδῶν ἔργα κἀξ 'Οδυσσέως·
Ἔξοιδα γάρ νιν παντὸς ἂν λόγου κακοῦ
Γλώσσῃ θιγόντα καὶ πανουργίας, ἀφ' ἧς
Μηδὲν δίκαιον ἐς τέλος μέλλει ποιεῖν.
'Αλλ' οὔ τι τοῦτο θαῦμ' ἔμοιγ', ἀλλ', εἰ παρὼν
Αἴας ὁ μείζων ταῦθ' ὁρῶν ἠνείχετο.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ ἦν ἔτι ζῶν, ὦ ξέν'· οὐ γὰρ ἄν ποτε
Ζῶντός γ' ἐκείνου ταῦτ' ἐσυλήθην ἐγώ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πῶς εἶπας; ἀλλὰ χ' οὗτος οἴχεται θανών;

summum honoris insigne, tradidere Laërtis filio.

Philoctetes. Doloris tesseram, ut videtur, manifestam habentes, huc appulistis, hospites, mihique ita accinitis, ut agnoscam facinora ista Atridarum esse et Ulyssis: hunc enim probe novi semper paratum quidvis falsi dicere, fraudemque omnem experiri, unde nihil iustum ad finem sit effecturus. Nempe nihil id est mirum mihi, sed, si praesens ista cernens Aiax maior tulerit.

Neoptolemus. Non erat in vivis amplius, o hospes: numquam enim illo vivente eis spoliatus fuissem.

Philoctetes. Quid ais? an et ille mortem obiit?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὡς μηκέτ' ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἴ μοι τάλας! Ἀλλ' οὐχ ὁ Τυδέως γόνος,
Οὐδ' οὑμπόλητος Σισύφου Λαερτίῳ,
Οὐ μὴ θάνωσι! τούςδε γὰρ μὴ ζῆν ἔδει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐ δῆτ' (ἐπίστω τοῦτό γ'), ἀλλὰ καὶ μέγα
Θάλλοντές εἰσι νῦν ἐν Ἀργείων στρατῷ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τί δ'; ὃς παλαιὸς, κἀγαθὸς, φίλος τ' ἐμὸς,
Νέστωρ ὁ Πύλιός, ἔστιν; οὗτος γὰρ τά γε
Κείνων κάκ' ἐξήρυκε, βουλεύων σοφά.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Κεῖνός γε πράσσει νῦν κακῶς, ἐπεὶ θανὼν
Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος, ὃς παρῆν, γόνος.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἴ μοι! δύ' αὖ τώδ' ἐξέδειξας, οἷν ἐγὼ

Neoptolemus. Scito, eum non amplius lucis adspectu frui.

Philoctetes. Vae mihi misero! At non morietur Tydei filius, nec Sisyphi proles acquisita Laërti! Hos enim non decebat vivere.

Neoptolemus. Non sane (hoc certo scias), sed et maxime nunc florent in Argivorum exercitu.

Philoctetes. Quid vero? Qui senex et strenuus erat, amicusque meus, Nestor Pylius, vivitne? hic enim facta eorum improba sapientibus consiliis cohibere solebat.

Neoptolemus. Misere nunc ille agit, postquam Antilochus mortem oppetiit, qui affuit, gnatus.

Philoctetes. Hei mihi!

Ἥκιστ' ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότοιν κλύειν.
Φεῦ, φεῦ! τί δῆτα δεῖ σκοπεῖν, ὅθ' οἵδε μὲν
Τεθνᾶσ', Ὀδυσσεὺς δ' ἐστὶν οὐκ ἐνταῦθ', ἵνα
Χρῆν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρόν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σοφὸς παλαιστὴς κεῖνος, ἀλλὰ χ' αἱ σοφαὶ
Γνῶμαι, Φιλοκτῆτ', ἐμποδίζονται θαμά.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Φέρ' εἰπὲ πρὸς θεῶν, ποῦ γὰρ ἦν ἐνταῦθά σοι
Πάτροκλος, ὃς σοῦ πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Χ' οὗτος τεθνηκὼς ἦν· λόγῳ δέ σε βραχεῖ
Τοῦτ' ἐκδιδάξω· πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν
Αἱρεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ξυμμαρτυρῶ σοι· καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτό γε
Ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι,

Duos hos porro memorasti, quos ego minime vellem absumtos audire. Eheu, eheu! quonam obsecro, respiciendum est, quando hi quidem periere, Ulysses vero ibi non est, ubi oportebat horum vice ipsum mortuum perhiberi?

Neoptolemus. Astutus est ille luctator, sed vel callida consilia, o Philocteta, labefactantur saepe.

Philoctetes. Age dic obsecro, ubinam tum erat tibi Patroclus, qui patri tuo fuit in deliciis?

Neoptolemus. Et ille mortuus erat; remque in pauca conferam: Bellum neminem hominem lubens perimit malum, sed optimos semper.

Philoctetes. Huius rei testis tibi sum; et ad ipsam illam vocem de homine te rogabo nullius quidem pre-

Γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ, τί νῦν κυρεῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ποίου δὲ τοῦτο, πλήν γ' Ὀδυσσέως, ἐρεῖς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐ τοῦτον εἶπον, ἀλλὰ Θερσίτης τις ἦν,
Ὃς οὐκ ἂν εἵλετ' εἰςάπαξ εἰπεῖν, ὅτου
Μηδεὶς ἐρῴη· τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ εἶδον αὐτὸν, ᾐσθόμην δ' ἔτ' ὄντα νιν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἔμελλ'· ἐπεὶ οὔτι πω κακόν γ' ἀπώλετο,
Ἀλλ' εὖ περιστέλλουσιν αὐτὸ δαίμονες,
Καί πως τὰ μὲν πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ
Χαίρουσ' ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου, τὰ δὲ
Δίκαια καὶ τὰ χρήστ' ἀποστέλλουσ' ἀεί.
Ποῦ χρὴ τίθεσθαι ταῦτα, πῶς δ' αἰνεῖν, ὅταν
Τὰ θεῖ' ἀπηνῆ, τοὺς θεούς θ' εὕρω κακούς;

tii, sed lingua promto et callido, quid nunc agat.

Neoptolemus. An quopiam de alio quam Ulysse rogas?

Philoctetes. Non hunc volui: sed Thersites erat quidam, qui sibi nunquam solebat temperare, quin plus semel diceret, quod nemo audire vellet. Scin' hunc an vivit adhuc?

Neoptolemus. Ipsum non vidi, sed audivi superstitem esse.

Philoctetes. Ita fieri consentaneum erat, siquidem nunquam malum interiit, sed id omni cura tutantur dii; et si quis est malitiosus et fraudulentus, eum libenter reducunt ab Orco, qui autem iusti et probi sunt, illos eo solent demittere. Quo sunt haec censenda loco, et quo nomine laudanda, si deorum facta inepta, ipsosque deos deprehendo malos?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγὼ μὲν, ὦ γένεθλον Οἰταίου πατρὸς,
Τὸ λοιπὸν ἤδη τηλόθεν τό τ' Ἴλιον
Καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι·
Ὅπου δ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει,
Κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ, χὡ δειλὸς κρατεῖ,
Τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ.
Ἀλλ' ἡ πετραία Σκῦρος ἐξαρκοῦσά μοι
Ἔσται τὸ λοιπὸν, ὥςτε τέρπεσθαι δόμῳ.
Νῦν δ' εἶμι πρὸς ναῦν, καὶ σὺ, Ποίαντος τέκνον,
Χαῖρ' ὡς μέγιστα, χαῖρε, καί σε δαίμονες
Νόσου μεταστήσειαν, ὡς αὐτὸς θέλεις!
Ἡμεῖς δ' ἴωμεν, ὡς, ὁπηνίκ' ἂν θεὸς
Πλοῦν ἡμὶν εἴκῃ, τηνικαῦθ' ὁρμώμεθα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἤδη, τέκνον, στέλλεσθε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Καιρὸς γὰρ καλεῖ,
Πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν.

NEOPTOLEMUS. Equidem, o patre Oetaeo sate, in posterum dehinc Iliumque et Atridas procul intuens, ab iis mihi cavebo; et ubi deterior bono plus valet, peritque virtus, et ignavus rerum potitur, numquam ego tales viros amavero. Nempe saxosa Scyros suffecerit mihi posthac, ut me meae domi oblectem. Atque nunc quidem pergo ad navem; et tu, Poeantis fili, vale quam maxime, vale, et te dii morbo liberent, ut ipse postulas. Nos autem abeamus, ut, ubi deus nobis ventum concedet, illico vela in altum demus.

PHILOCTETES. Iamne, o fili, disceditis?

NEOPTOLEMUS. Tempus enim monet, ut ne potius sero cursum, quam statim, respiciamus.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πρὸς νύν σε πατρὸς, πρός τε μητρὸς, ὦ τέκνον,
Πρός τ', εἴ τι σοι κατ' οἶκόν ἐστι προςφιλὲς,
Ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον,
Ἔρημον, ἐν κακοῖσι τοῖςδ', οἵοις ὁρᾷς
Ὅσοισί τ' ἐξήκουσας ἐνναίοντά με,
Ἀλλ' ἐν παρέργῳ θοῦ με. Δυςχέρεια μὲν,
Ἔξοιδα, πολλὴ τοῦδε τοῦ φορήματος,
Ὅμως δὲ τλῆθι! Τοῖσι γενναίοισί τοι
Τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρὸν, καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές·
Σοὶ δ', ἐκλιπόντι τοῦτ', ὄνειδος οὐ καλὸν,
Δράσαντι δ', ὦ παῖ, πλεῖστον εὐκλείας γέρας,
Ἐὰν μόλω 'γὼ ζῶν πρὸς Οἰταίαν χθόνα.
Ἴθ' (ἡμέρας τοι μόχθος οὐχ ὅλης μιᾶς)
Τόλμησον! ἐμβαλοῦ μ' ὅποι θέλεις ἄγων,
Ἐς ἀντλίαν, ἐς πρῶραν, ἐς πρύμναν, ὅπου
Ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.

Philoctetes. Per ego te patrem igitur, perque matrem, o fili, perque si quid tibi domi est carum, supplex rogo, ne relinquas me solum adeo, malis in hisce desertum, quot quantisque colluctari me vides, atque audiisti, sed tamquam appendicem me habe. Molestia quidem, sat scio, gravis erit huius oneris; tamen sustine! Siquidem apud generosos quodvis turpe odiosum habetur, et bonum decorum; ac tibi quidem praetermissum hoc officium laudi non erit, servatum vero, puer, te gloria cumulabit maxima, si vivus ego venero ad Oetaeam terram. Age (diei aerumna est haud unius integri) aude! abductum me quocumque voles abiice, in sentinam, in proram, in puppim, ubi minime futurus sim convectoribus molestus.

Νεῦσον, πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίου, τέκνον,
Πείσθητι! προςπιτνῶ σε γόνασι, καίπερ ὢν
Ἀκράτωρ, ὁ τλήμων χωλός. Ἀλλὰ μή μ' ἀφῇς
Ἔρημον οὕτω, χωρὶς ἀνθρώπων στίβου,
Ἀλλ' ἢ πρὸς οἶκον τὸν σὸν ἔκσωσόν μ' ἄγων,
Ἢ πρὸς τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίᾳ σταθμά·
Κἀκεῖθεν οὔ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος,
Τραχινίαν τε δεράδα, καὶ τὸν εὔροον
Σπερχειὸν ἔσται, πατρί μ' ὡς δείξῃς φίλῳ,
Ὃν δὴ παλαί' ἂν ἐξότου δέδοικ' ἐγώ.
Μή μοι βεβήκῃ· πολλὰ γὰρ τοῖς ἱγμένοις
Ἔστελλον αὐτὸν, ἱκεσίους πέμπων λιτὰς,
Αὐτόστολον πέμψαντά μ' ἐκσῶσαι δόμοις,
Ἀλλ' ἢ τέθνηκεν, ἢ τὰ τῶν διακόνων,
Ὡς εἰκὸς, οἶμαι, τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρει
Ποιούμενοι, τὸν οἴκαδ' ἤπειγον στόλον.
Νῦν δ' (ἐς σὲ γὰρ πομπόν τε καὐτὸν ἄγγελον

Adnue, per ipsum te Iovem obtestor vindicem supplicum, sine te exorem, o fili! advolvor genibus tuis, tametsi infirmus sum miser ego claudus. Age ne me relinquas, obsecro, desertum adeo, ubi hominum nulla sunt vestigia, sed vel ad domum tuam vectum me sospita, vel ad Chalcodontis in Euboea sedes; atque inde non longa erit mihi ad Oetam navigatio, Trachiniumque iugum, et pulchre fluentem Spercheum, quo patri me exhibeas meo, quem iamdudum metuo, ne mihi mortuus sit: saepe enim per hinc solventes eum arcessivi, supplices mittens preces, ut ipse navi huc advectus domum me salvum abduceret; at vel fato functus est, vel quibus haec commisi, ut fieri solet, opinor, ii me parvi pendentes, domum redire properarunt. Nunc vero (ad te enim deductorem, simul et nun-

Ἥκω) σὺ σῶσον, σύ μ' ἐλέησον, εἰσορῶν,
Ὡς πάντα δεινὰ κἀπικινδύνως βροτοῖς
Κεῖται, παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θάτερα.
Χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δείν' ὁρᾶν·
Χὤταν τις εὖ ζῇ, τηνικαῦτα τὸν βίον
Σκοπεῖν μάλιστα, μή τ' ἀκροσφαλὴς λάθῃ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφή. Οἴκτειρ', ἄναξ! πολλῶν ἔλεξε
Δυσοίστων πόνων
Ἆθλ', ὅσσα μηδεὶς τῶν ἐμῶν τύχοι φίλων.
Εἰ δὲ πικροὺς, ἄναξ, ἔχθεις Ἀτρείδας,
Ἐγὼ μὲν, τὸ κείνων κακὸν τῷδε κέρδος
Μετατιθέμενος, ἔνθαπερ ἐπιμέμονεν,
Ἐπ' εὐστόλου ταχείας νεὼς
Πορεύσαιμ' ἂν ἐς δόμους, τὰν θεῶν
Νέμεσιν ἐκφυγών.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὅρα σὺ, μὴ νῦν μέν τις εὐχερὴς παρῇς,

tium devenio) tu me serva, tu mei miserere, considerans, quam cuncta sunt mortalibus timenda ac periculosa, seu bene quis agat, seu secus. Oportet autem eum, cui res secundae sunt, acerba respicere; et si quis feliciter degit, tunc opes tueri maxime, ne imprudenti pereant.

Chorus. Miserere, o rex! multos recensuit vix tolerabilium aerumnarum conflictus, quantos utinam nullus meorum amicorum experiatur! Si vero inimicos, o rex, oderis Atridas, ego sane illorum iniquitatem in huius lucrum convertens, eum, uti expectat, in bene instructa celeri nave reducerem domum, deorum vindictam effugiens.

Neoptolemus. Vide tu, ne nunc quidem facilior sis,

Ὅταν δὲ πλησθῇς τῆς νόσου ξυνουσίᾳ,
Τότ' οὐκ ἔθ' ὡὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς.

ΧΟΡΟΣ.

Ἥκιστα· τοῦτ' οὐκ ἔσθ' ὅπως ποτ' εἰς ἐμὲ
Τοὔνειδος ἕξεις ἐνδίκως ὀνειδίσαι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' αἰσχρὰ μέντοι, σοῦ γ' ἔμ' ἐνδεέστερον
Ξένῳ φανῆναι πρὸς τὸ καίριον πονεῖν.
Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πλέωμεν! ὁρμάσθω ταχύς·
Χ' ἡ ναῦς γὰρ ἄξει, κοὐκ ἀπαρνηθήσεται.
Μόνον θεοὶ σώζοιεν ἔκ τε τῆσδε γῆς
Ἡμᾶς, ὅποι τ' ἐνθένδε βουλόμεσθα πλεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ φίλτατον μὲν ἦμαρ, ἥδιστος δ' ἀνὴρ,
Φίλοι δὲ ναῦται, πῶς ἂν ὑμῖν ἐμφανὴς
Ἔργῳ γενοίμην, ὥς μ' ἔθεσθε προσφιλῆ!
Ἴωμεν, ὦ παῖ, προσκύσαντε, τὴν ἔχω,

ubi vero taedio morbi vinceris in consuetudine, tunc non amplius hisce dictis consentias.

Chorus. Minime: non est, ut umquam mihi iure id exprobres.

Neoptolemus. At indecorum est mihi sane, minus promtum me videri quam te, ad opem ferendam hospiti in tempore. Proinde, si sic videtur, abnavigemus; veniat protinam: quippe navi accipietur, nec repulsam feret. Solummodo dii dent nobis, ut incolumes hac terra egrediamur, eoque perveniamus, quo navigationem instituimus.

Philoctetes. O diem laetissimum! o virum omnium suavissimum! o amicos remiges! utinam vobis re ostendere possim, quam vobis amicum me reddideritis! Eamus, o fili, salutata prius illa, quam

Ἄοικον εἰσοίκησιν, ὥς με καὶ μάθῃς
Ἀφ' ὧν διέζων, ὥς τ' ἔφυν εὐκάρδιος·
Οἶμαι γὰρ οὐδ' ἂν ὄμμασιν μόνην θέαν
Ἄλλον λαβόντα, πλὴν γ' ἐμοῦ, τλῆναι τάδε·
Ἐγὼ δ' ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν κακά.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπίσχετον! μάθωμεν· ἄνδρε γὰρ δύο,
Ὁ μὲν νεώς σοι ναυβάτης, ὁ δ' ἀλλόθρους,
Χωρεῖτον, ὧν μαθόντες, αὖθις εἴσιτον.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ἀχιλλέως παῖ, τόνδε τὸν ξυνέμπορον,
Ὃς ἦν νεὼς σῆς ξὺν δυεῖν ἄλλοιν φύλαξ,
Ἐκέλευσ' ἐμοί σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι,
Ἐπείπερ ἀντέκυρσα, δοξάζων μὲν οὔ,
Τύχῃ δέ πως πρὸς ταυτὸν ὁρμισθεὶς πέδον.
Πλέων γάρ, ὡς ναύκληρος, οὐ πολλῷ στόλῳ
Ἀπ' Ἰλίου πρὸς οἶκον, ἐς τὴν εὔβοτρυν

colo, inhabitabili habitatione, ut et cognoscas, quibus subsidiis vitam toleraverim, quoque fuerim animi robore: horum enim me adspectum quidem neminem alium praeter me passurum fuisse arbitror; me vero mala boni consulere docuit necessitas.

Chorus. Resistite! discamus, quid sit novi: namque viri duo, alter navis tuae socius, alter autem exterus, huc accedunt, quos quum audieritis, postea ingrediemini.

Mercator. Achillis fili, socium tuum hunc, qui cum duobus aliis apud navem tuam stationem agebat, iussi mihi, ubi locorum esses, demonstrare, quandoquidem praeter opinionem in te incidi, forte fortuna ad idem litus appulsus. Navigans enim, ut nauclerus, haud magno commeatu ab Ilio domum, ad vini fera-

Πεπάρηθον, ὡς ἤκουσα τοὺς ναύτας, ὅτι
Σοὶ πάντες εἶεν οἱ νεναυστοληκότες,
Ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι,
Τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προστυχόντι, τῶν ἴσως
Οὐδὲν σύ που κάτοισθα, τῶν σαυτοῦ πέρι,
Ἃ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶς σοῦ 'νεκα
Βουλεύματ' ἐστὶ, κοὐ μόνον βουλεύματα,
Ἀλλ' ἔργα δρώμεν', οὐκ ἔτ' ἐξαργούμενα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' ἡ χάρις μὲν τῆς προμηθείας, ξένε,
Εἰ μὴ κακὸς πέφυκα, προσφιλὴς μενεῖ·
Φράσον δ', ἅπερ γ' ἔλεξας, ὡς μάθω τί μοι
Νεώτερον βούλευμ' ἀπ' Ἀργείων ἔχεις.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Φροῦδοι διώκοντές σε ναυτικῷ στόλῳ
Φοίνιξ θ' ὁ πρέσβυς, οἵ τε Θησέως κόροι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὡς ἐκ βίας μ' ἄξοντες, ἢ λόγοις, πάλιν;

cem Peparethum, ubi audivi nautas, qui huc appulerant, tuos esse omnes, visum est mihi, cum semel incidissem, haud tacite praeternavigare, priusquam tibi aperirem, de quibus tu nihil fortasse nosti, quae tua intersunt, Achivorum de te seorsim habita consilia, nec consilia tantum, sed res iam susceptas, neque dilatas amplius.

Neoptolemus. At tibi quidem, hospes, pro benevolentia, condigna apud me, nisi improbus sim, reposita manebit gratia; itaque, quae dixti, narra mihi, ut sciam, quid novi consilii ab Argivis adfers.

Mercator. Abiere, classe te persequentes, Phoenixque senex et Thesei filii.

Neoptolemus. Vine, an verbis me reducturi?

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Οὐκ οἶδ'· ἀκούσας δ' ἄγγελος πάρειμί σοι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἦ ταῦτα δὴ Φοίνιξ τε χ' οἱ ξυνναυβάται
Οὕτω καθ' ὁρμὴν δρῶσιν Ἀτρειδῶν χάριν;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ὡς ταῦτ' ἐπίστω δρώμεν', οὐ.μέλλοντ' ἔτι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς οὖν Ὀδυσσεῦς πρὸς τάδ' οὐκ αὐτάγγελος
Πλεῖν ἦν ἕτοιμος; ἤ φόβος τις εἶργέ νιν;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Κεῖνός γ' ἐπ' ἄλλον ἄνδρ', ὁ Τυδέως τε παῖς,
Ἔστελλον, ἡνίκ' ἐξανηγόμην ἐγώ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πρὸς ποῖον οὖν τῷδ' αὐτὸς οὐδυσσεὺς ἔπλει;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ην δή τις..... ἀλλὰ τόνδ' ἐμοὶ πρῶτον φράσον,

Mercator. Non novi; quod audivi, eius adsum tibi nuntius.

Neoptolemus. Istucne, quaeso, tanto impetu animi aggrediuntur Atridarum gratia Phoenixque et qui una conscenderunt navem?

Mercator. Haec scito iam agi, neque amplius in agendis esse.

Neoptolemus. Quî vero non Ulysses opera sua ultro oblata paratus fuit navigare? numquis illum prohibuit metus?

Mercator. At ille et Tydei filius in alium virum proficiscebantur, quando solvebam e portu.

Neoptolemus. Quisnam ille sit, ad quem simul cum isto Ulysses navigabat?

Mercator. Sane erat aliquis..... Sed huncce primum dic mihi, quis est;

Τίς ἐστιν· ἃ ᾿ν λέγῃς δὲ, μὴ φώνει μέγα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὅδ᾽ ἔσθ᾽ ὁ κλεινός σοι Φιλοκτήτης, ξένε.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Μή νύν μ᾽ ἔρῃ τὰ πλείον᾽, ἀλλ᾽ ὅσον τάχος
Ἔκπλει, σεαυτὸν ξυλλαβὼν ἐκ τῆςδε γῆς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τί φησιν, ὦ παῖ; τί με κατὰ σκότον ποτὲ
Διεμπολᾷ λόγοισι πρός σ᾽ ὁ ναυβάτης;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ οἶδά πω, τί φησι· δεῖ δ᾽ αὐτὸν λέγειν
Ἐς φῶς ὃ λέξει, πρὸς σὲ, κἀμὲ, τούςδε τε.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ὦ σπέρμ᾽ Ἀχιλλέως, μή με διαβάλῃς στρατῷ,
Λέγονθ᾽, ἃ μὴ δεῖ· πόλλ᾽ ἐγὼ κείνων ὕπο
Δρῶν ἀντιπάσχω, χρηστά γ᾽, οἷ᾽ ἀνὴρ πένης.

quod dixeris vero, ne effer clare.

Neoptolemus. Hic est inclytus tibi Philoctetes, hospes.

Mercator. Ergo ne plura me roges, sed quam ocissime solve navem, atque ex hac terra te abripe.

Philoctetes. Quid autumat, o fili? cur me, obsecro, dictis tenebricosis prodit tibi hic navita?

Neoptolemus. Nondum intellexi, quid sibi velit: oportet autem eum, quae dicet, perspicue eloqui adversum me, et te, et hos quoque.

Mercator. O nate Achillis, ne me infamem reddas Graecorum in exercitu, quod tacenda dixerim: magnis enim lucris augeri soleo, ob officia quae eis ego, quantum quidem potest homo pauper, praesto.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυσμενής· οὗτος δέ μοι
Φίλος μέγιστος, οὕνεκ' Ἀτρείδας στυγεῖ·
Δεῖ δή σ', ἔμοιγ' ἐλθόντα προσφιλῆ, λόγων
Κρύψαι πρὸς ἡμᾶς μηδέν', ὧν ἀκήκοας.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ὅρα τί ποιεῖς, παῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σκοπῶ κἀγὼ πάλαι.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ποιοῦ, λέγων.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Λέγω. 'πὶ τοῦτον ἄνδρε τώδ', ὥπερ κλύεις,
Ὁ Τυδέως παῖς ἥ τ' Ὀδυσσέως βία
Διώμοτοι πλέουσιν, ἦ μὴν ἢ λόγῳ
Πείσαντέ γ' ἄξειν, ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος.

NEOPTOLEMUS. Ego sum Atridis infensus; hic autem vir amicus est mihi summus, quia Atridas odit. Proinde oportet te, qui amico ad me venisti animo, nihil nos eorum celare, quae audiisti.

MERCATOR. Vide quid agis, fili.

NEOPTOLEMUS. Iamdudum ego id vidi.

MERCATOR. In te crimen omne transferam.

NEOPTOLEMUS. Esto; dic modo.

MERCATOR. Dico. Duo illi, quos audisti, viri, Tydei filius, visque Ulyssea, in hunc navigant, ut qui iurati fidem suam obligarunt, se eum vel sermonibus persuasum, vel vi adducturos.

Καὶ ταῦτ' Ἀχαιοὶ πάντες ἤκουον σαφῶς
Ὀδυσσέως λέγοντος· οὗτος γὰρ πλέον
Τὸ θάρσος εἶχε θατέρου, δράσειν τάδε.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τίνος δ' Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω, χρόνῳ
Τοσῷδ', ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν;
Ὃν τ' εἶχον ἤδη χρόνιον ἐκβεβληκότες,
Τίς ὁ πόθος αὐτοῦ σφ' ἵκετ', ἢ θεῶν βία
Καὶ νέμεσις, οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακά;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ἐγώ σε τοῦτ' (ἴσως γὰρ οὐκ ἀκήκοας)
Πᾶν ἐκδιδάξω. Μάντις ἦν τις εὐγενής,
Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο
Ἕλενος, ὃν οὗτος, νυκτὸς ἐξελθὼν μόνος,
Ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβήτ' ἔπη
Δόλιος Ὀδυσσεὺς εἷλε, δέσμιόν τ' ἄγων
Ἔδειξ' Ἀχαιοῖς ἐς μέσον, θήραν καλήν·

Atque haec Achivi omnes audiere Ulyssem aperte dicentem: ille enim plus fiduciae habebat altero, se haec effecturum.

Neoptolemus. Quanam vero gratia post tam longum tempus Atridae tantam huius rei curam gerunt? quemque dudum eiecere, eius quae cupido illos incessit, aut vis ultioque deorum, qui sceleste factorum poenas exigunt?

Mercator. Istud tibi ego (forte enim haud inaudisti) omne expediam. Vates erat quidam claro sanguine genitus, Priami quidem filius, nomine vero Helenus appellabatur; quem noctu egressus solus, qui ubique pessime audit, probrisque oneratur omnibus, versutus ille Ulysses cepit, vinctumque in medios Achivos agens, cunctis monstravit, opimam praedam.

Ὃς δὴ τά τ' ἄλλ' αὐτοῖσι πάντ' ἐθέσπισε,
Καὶ, τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' ὡς οὐ μή ποτε
Πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε, πείσαντες λόγῳ,
Ἄγοιντο νήσου τῆσδ', ἐφ' ἧς ναίει τανῦν.
Καὶ ταῦθ' ὅπως ἤκουσ' ὁ Λαέρτου τόκος
Τὸν μάντιν εἰπόντ', εὐθέως ὑπέσχετο
Τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·
Οἴοιτο μὲν μάλισθ', ἑκούσιον λαβών·
Εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα· καὶ τούτων, κάρα
Τέμνειν ἐφεῖτο τῷ θέλοντι, μὴ τυχών.
Ἤκουσας, ὦ παῖ, πάντα· τὸ σπεύδειν δέ σοι
Καὐτῷ παραινῶ, κεἴ τινος κήδει πέρι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἴ μοι τάλας! ἦ κεῖνος, ἡ πᾶσα βλάβη,
Ἔμ' εἰς Ἀχαιοὺς ὤμοσεν πείσας στελεῖν;
Πεισθήσομαι γὰρ ὧδε κἀξ Ἅιδου θανὼν
Πρὸς φῶς ἀνελθεῖν, ὥσπερ οὑκείνου πατήρ.

Is, inquam, et alia omnia illis vaticinatus est, hocque inprimis, Troiae turres numquam eos diruturos, nisi hunc persuasum abducant ab hac insula, in qua nunc habitat. Atque hoc simul ex vate audivit Laërtae filius, statim recepit, virum hunc adductum Achivis se exhibiturum, idque, ut maxime se opinari dicebat, volentem, sin renueret, invitum: haecque si non daret effecta, caput suum cuilibet amputandum permittebat. Audiisti, adolescens, omnia; propere autem abire et te ipsum moneo, et si quis alius tibi curae est.

Philoctetes. Hei mihi misero! Illene, mera labes, me ad Achivos iuravit persuasum se abducturum? Nempe sic persuadebor, ut ab inferis mortuus ad lucem redeam, quemadmodum illius pater.

ΕΜΠΟΡΟΣ.[1]

Οὐκ οἶδ' ἐγὼ ταῦτ'. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἶμ' ἐπὶ
Ναῦν· σφῷν δ' ὅπως ἄριστα συμφέροι θεός.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐκοῦν τάδ', ὦ παῖ, δεινὰ, τὸν Λαερτίου
Ἔμ' ἐλπίσαι ποτ' ἂν λόγοισι μαλθακοῖς
Δεῖξαι νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις;
Οὔ! θᾶσσον ἂν τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐμοὶ
Κλύοιμ' ἐχίδνης, ἥ μ' ἔθηκεν ὧδ' ἄπουν.
Ἀλλ' ἔστ' ἐκείνῳ πάντα λεκτὰ, πάντα δὲ
Τολμητά· καὶ νῦν οἶδ' ὅθ' οὕνεχ' ἵξεται.
Ἀλλ', ὦ τέκνον, χωρῶμεν, ὡς ἡμᾶς πολὺ
Πέλαγος ὁρίζῃ τῆς Ὀδυσσέως νεώς.
Ἴωμεν! ἥ τοι καίριος σπουδὴ, πόνου
Λήξαντος, ὕπνον κἀνάπαυλαν ἤγαγεν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκοῦν, ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρώρας ἀνῇ,
Τότε στελοῦμεν· νῦν γὰρ ἀντιοστατεῖ.

[1] Mercator. Ista equidem nescio. Sed pergo ad navem, vobisque optima conferat deus!

Philoctetes. Nonne hoc, o fili, magnum est, Laërtis filium sperare, fore umquam, ut me dictis mollibus delinitum abducat nave, et mediis in Achivis ostendat? Haud sane fiet. Facilius invisissimae mihi auscultarem excetrae, quae me ita claudum reddidit. Sed nullum est nefas, quod ille indictum vel infectum velit: nuncquè, satis scio, veniet. Age, o fili, abeamus, ut nos plurimum pelagi ab Ulyssis nave disterminet. Eamus: quippe opportuna festinatio, labore exhausto, somnum et quietem adducere solet.

Neoptolemus. Itaque quum ventus in proram spirans remittet, solvemus navem: nunc enim adversus est.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἀεὶ καλὸς πλοῦς ἔσθ', ὅταν φεύγῃς κακά.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὔκ· ἀλλὰ κἀκείνοισι ταῦτ' ἐναντία.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐκ ἔστι λῃσταῖς πνεῦμ' ἐναντιούμενον,
Ὅταν παρῇ κλέψαι τε χ' ἁρπάσαι βίᾳ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, χωρῶμεν, ἔνδοθεν λαβὼν
Ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἀλλ' ἔστιν ὧν δεῖ, καίπερ οὐ πολλῶν ἄπο.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί τοῦθ', ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Φύλλον τι μοι πάρεστιν, ᾧ μάλιστ' ἀεὶ
Κοιμῶ τόδ' ἕλκος, ὥστε πραΰνειν πάνυ.

Philoctetes. Quilibet ventus secundus est, quum fugias mala.

Neoptolemus. Non sic est; at haec illis quoque contraria sunt flamina.

Philoctetes. Nullus praedonibus flatus est contrarius, si furto aut vi quidquam auferre detur.

Neoptolemus. Age ergo, si placet, eamus, quum primum intus sumseris quibus tibi maxime usus est, quaeque optas magis.

Philoctetes. Enimvero quibusdam opus est, admodum ex paucis licet.

Neoptolemus. Quid illud est, quod in nave mea tibi non suppeditet?

Philoctetes. Est mihi quaedam herba, qua soleo maxime mulcere hoc ulcus, ita ut valde mitigetur dolor.

[redacted]

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' ἔκφερ' αὐτό. Τί γὰρ ἔτ' ἄλλ' ἐρᾷς λαβεῖν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Εἴ μοι τι τόξων τῶνδ' ἀπημελημένον
Παρεῤῥύηκεν, ὡς λίπω μή τῳ λαβεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἦ ταῦτα γὰρ τὰ κλεινὰ τόξ', ἃ νῦν ἔχεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ταῦτ'· οὐ γὰρ ἄλλα γ' ἔσθ', ἃ βαστάζω χεροῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἆρ' ἐστὶν ὥςτε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν,
Καὶ βαστάσαι με, προςκύσαι θ', ὥςπερ θεόν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Σοί γ', ὦ τέκνον, καὶ τοῦτο, κἄλλο τῶν ἐμῶν,
Ὁποῖον ἄν σοι ξυμφέρῃ, γενήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Καὶ μὴν ἐρῶ γε· τὸν δ' ἔρωθ' οὕτως ἔχω·
Εἴ μοι θέμις, θέλοιμ' ἄν, εἰ δὲ μὴ, πάρες.

Neoptolemus. Age effer illam. Numquid et aliud adsumere cupis?

Philoctetes. Si forte quid mihi harum sagittarum neglectum exciderit, ne cui auferendum relinquam.

Neoptolemus. Estne ergo nobilis ille arcus, quem nunc habes?

Philoctetes. Hic ipse: non enim alius est, quem manibus gero.

Neoptolemus. Fasne est mihi eum contemplari prope, et gestare, atque osculari tamquam deum?

Philoctetes. Tibi quidem, o nate, et hoc continget, et mearum rerum quodcumque aliud tibi erit commodum.

Neoptolemus. Equidem cupio: sed ita temperata est cupido: si fas mihi sit, velim; sin minus, omitte.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

"Οσιά τε φωνεῖς, ἔστι τ', ὦ τέκνον, θέμις;
"Ος γ' ἡλίου τόδ' εἰςορᾷν ἐμοὶ φάος
Μόνος δέδωκας, ὃς χθόν' Οἰταίαν ἰδεῖν,
'Ος πατέρα πρέσβυν, ὃς φίλους, ὃς τῶν ἐμῶν
'Εχθρῶν μ' ἔνερθεν ὄντ' ἀνέστησας πέρα.
Θάρσει· παρέσται ταῦτά σοι καὶ θιγγάνειν,
Καὶ δὴ τιταίνειν, κἀξεπεύξασθαι, βροτῶν
'Αρετῆς ἕκατι τῶνδ' ἐπιψαῦσαι μόνον·
Εὐεργετῶν γὰρ καὐτὸς αὔτ' ἐκτησάμην,
Οὐδ' ἄχθομαί σ' ἰδεῖν τε καὶ λαβεῖν, φίλον·
"Οςτις γὰρ εὖ δρᾷν εὖ παθὼν ἐπίσταται,
Παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Χωροῖς ἂν εἴσω.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Καὶ σέ γ' εἰςάξω· τὸ γὰρ
Νοσοῦν ποθεῖ σε ξυμπαραστάτην λαβεῖν.

Philoctetes. Et pie loqueris, et fas tibi est, qui solis hoc iubar adspicere solus mihi dedisti, qui terram Oetaeam videre, qui patrem senem, qui amicos, qui inimicorum subiectum pedibus me superiorem iis reddidisti. Confide; licebit tibi hunc arcum attingere, ac tendere quoque, et gloriari, solum te mortalium virtutis ergo illum adtrectasse: beneficio enim meo et ipse eum comparavi. Haud mihi grave est, amicum te meum inspicere illum et capere: qui enim beneficiis vicem reddere novit, quibusvis opibus praestantior amicus fuerit.

Neoptolemus. Ingredere.

Philoctetes. Et te introducam: vis enim morbi adiutorem te postulat.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. α'. Λόγῳ μὲν ἐξήκουσ', ὄπωπα δ' οὐ μάλα,
Τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διὸς
Κατ' ἄμπυκα δὴ δρομοδέσμιον ὡς
Ἔλαβ' ὁ παγκρατὴς Κρόνου παῖς·
Ἄλλον δ' οὔ τιν' ἔγωγ' οἶδα κλύων, οὐδ' ἐσίδον, μοίρᾳ
Τοῦδ' ἐχθίονι συντυχόντα θνατῶν,
Ὃς, οὔτ' ἀνάρξας οὔτε νοσφίσας,
Ἀλλ' ἴσος εἰν ἴσοις ἀνὴρ,
Ὤλλυτ' ἀναξίως. Τόδε θαῦμ' ἔχει με,
Πῶς ποτε, πῶς ποτ' ἀμφιπλάκτων
Ῥοθίων μένος κλύων, πῶς
Ἆρα πανδάκρυτον οὕτω
Βιοτὰν κατέσχεν,

ἀντ. α'. Ἵν' αὐτὸς ἦν, πρόσουρον οὐκ ἔχων βάσιν,
Οὐδέ τιν' ἐγχώρων κακογείτονα,
Παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρὸν,
Οὐδ', ὃς θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων

CHORUS. Fando quidem audivi, haud vidi tamen, ut Iovis insidiatum thalamis ceperit olim, ut rotae adstrictus curreret, omnipotens Saturni filius: alium vero neminem audivi, nec vidi mortalium, qui in tristius fatum inciderit, quam hic, qui neque inobediens fuit, neque ullum suo fraudavit, sed, iustitiam colens cum iustis semper, indignis periit modis. Hoc demiror, quo pacto tandem, quo pacto fluctuum undique adlisorum vim audiens, quo pacto, inquam, lacrimosam sic egit vitam,

Ubi solus erat, gressum haud firmum habens, neque vicinorum quenquam, infortunii affinem sui, apud quem resonante gemitu deploraret edacis sanguineae luis graves dolores, nec, qui fervidissimum sanguinem, ebullientem

Ἐνθήρου ποδὸς ἠπίοισι φύλλοις
Κατευνάσειεν, εἴ τισ' ἐμπέσοι
Φορβάδος ἔκ γε γᾶς ἑλεῖν.
Εἷρπ' ἄλλοτ' ἄλλα, τότ' ἂν εἰλυόμενος
(Παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας,
Ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρχει
Πόρου), ἀνίκ' ἐξανίῃ
Δακέθυμος ἄτα,

στρ. β'. Οὐ φοῖβόν γ' ἱερᾶς γᾶς σπόρον, οὐκ ἄλλων,
Αἴρων, τῶν νεμόμεσθ' ἀνέρες ἀλφησταί,
Πλὴν ἐξ ὠκυβόλων εἴ ποτε τόξων
Πτανῶν πτανοῖς
Ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν.
Ὦ μελέα ψυχά,
Ὃς μηδ' οἰνοχύτου πώματος ἥσθη δεκέτη χρόνον,
Λευκὸν δ', εἴ που γνοίη, στατὸν εἰς ὕδωρ
Αἰεὶ πόδ' ἐνώμα.

ἀντ. β'. Νῦν δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν παιδὸς ὑπαντήσας,

ex ulcere pedis, in quo bestiae latet virus, lenibus herbis sopiret, si quibus forte incidisset, quas ex terra altrice carperet. Alias alio se conferebat, quando remitteret fera morbi lues, repens aliquando, velut infans, quem cara destituit nutrix, quo facili proficiat via;

Non almae telluris fruges pro cibo puras capiens, neque aliud quidquam eorum, quibus vescimur homines industrii, nisi siquando velocibus sagittis pennigeris pennipotentes configens ventri victum compararet. O infelicem animam, quem toto decennio non delectavit vini potus, pellucidam sed stagnantem aquam si quam alicubi nosset, ad eam semper pedem admovebat.

Nunc autem fortium virorum nactus filium, feli-

Εὐδαίμων ἀνύσει καὶ μέγας ἐκ κείνων,
Ὃς νιν ποντοπόρῳ δούρατι, πλήθει
Πολλῶν μηνῶν
Πατρῴαν ἄγει πρὸς αὐλὰν
Μαλιάδων Νυμφᾶν,
Σπερχειοῦ τε παρ' ὄχθαις, ἵν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ θεοῖς
Πλάθει, πανσοδύνῳ πυρὶ παμφαὴς,
Οἴτας ὑπὲρ ὄχθων.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἕρπ', εἰ θέλεις· τί δή ποθ' ὧδ' ἐξ οὐδενὸς
Λόγου σιωπᾷς, κἀπόπληκτος ὧδ' ἔχει;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἃ ἆ ἆ ἆ!

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί ἐστιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐδὲν δεινὸν, ἀλλ' ἴθ', ὦ τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Μῶν ἄλγος ἴσχεις τῆς παρεστώσης νόσου;

citer in posterum aget, magnusque evadet, qui illum pontigrada nave post multos menses revehet ad patriam aulam Meliadum Nympharum, Spercheique ad ripas, ubi vir bellicosus deorum accessit coetui, dolores sedante igne combustus, in Oetae iugis.

NEOPTOLEMUS. Prodi sis: quid tandem ita nulla de caussa siles, et sic attonitus stupes?

PHILOCTETES. Ah, ah, ah, ah!

NEOPTOLEMUS. Quid est?

PHILOCTETES. Nihil grave, sed perge, o fili.

NEOPTOLEMUS. Num te dolor incessit ex praesenti morbo?

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐ δῆτ' ἔγωγ', ἀλλ' ἄρτι κουφίζειν δοκῶ. —
Ἰὼ θεοί!

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί τοὺς θεοὺς οὕτως ἀναστένων καλεῖς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Σωτῆρας αὐτοὺς ἠπίους θ' ἡμῖν μολεῖν. —
Ἆ ἆ ἆ ἆ!

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί ποτε πέπονθας; οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ὧδ' ἔσει
Σιγηλός; Ἐν κακῷ δέ τῳ φαίνει κυρῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἀπόλωλα, τέκνον, κοὐ δυνήσομαι κακὸν
Κρύψαι παρ' ὑμῖν. — Ἀτταταῖ! διέρχεται,
Διέρχεται δύστηνος..... ὢ τάλας ἐγώ!
Ἀπόλωλα, τέκνον! βρύκομαι, τέκνον! παπαῖ,
Ἀπαππαπαῖ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπαῖ!
Πρὸς θεῶν, πρόχειρον εἴ τι σοι, τέκνον, πάρα
Ξίφος χεροῖν, πάταξον εἰς ἄκρον πόδα!

Philoctetes. Haud sane, sed iam, ut videtur, remittit. O dii!

Neoptolemus. Quid ita gemens deos invocas?

Philoctetes. Ut servatores propitiique nobis veniant. — Ah, ah, ah, ah!

Neoptolemus. Quid accidit tibi? non dices, sed ita usque silebis? Videris enim in malo quopiam esse.

Philoctetes. Disperii, o fili, nec potis ero malum hoc apud vos celare. — Attate! penetrat, penetrat infelix..... o miser ego! Disperii, nate! discerpor edaci morbo! Papae, papae, papae, papae, papae! Per ego te deos obtestor, fili, si quis tibi in promtu gladius est, ferito summum pedem!

'Απάμησον ὡς τάχιστα! μὴ φείσῃ βίου!
"Ιθ', ὦ παῖ!

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί δ' ἐστὶν οὕτω νεοχμὸν ἐξαίφνης, ὅτου
Τοσήνδ' ἰυγὴν καὶ στόνον σαυτοῦ ποιεῖς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἶσθ', ὦ τέκνον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί ἐστιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἶσθ', ὦ παῖ;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί σοι; —
Οὐκ οἶδα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πῶς οὐκ οἶσθα; — Παππαπαππαπαῖ!

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Δεινόν γε τοὐπίσαγμα τοῦ νοσήματος.

amputa quam celerrime! vitae ne parcito! age, rogo, o fili!

Neoptolemus. Quid adeo novi derepente accidit, cuius gratia tanto eiulatu totque gemitibus te defles?

Philoctetes. Scis, o nate?

Neoptolemus. Quid est?

Philoctetes. Scis, o fili?

Neoptolemus. Quid est tibi? Haud equidem scio.

Philoctetes. Qui nescias? — Papae, papae!

Neoptolemus. Terribilem in modum aggravescit hic morbus.

Rr

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Δεινὸν γάρ, οὐδὲ ῥητόν· ἀλλ' οἴκτειρέ με.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί δῆτα δράσω;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Μή με ταρβήσας προδῷς·
Ἥκει γὰρ αὐτὴ διὰ χρόνου, πλάνοις ἴσοις
Ὡς ἐξεπλήσθη. Φεῦ!

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἰὼ δύστηνε σύ!

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἰὼ, ἰώ!

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Δύστηνε δῆτα διαπόνως πάντων φανείς!
Βούλει λάβωμαι δῆτα καὶ θίγω τί σου;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Μὴ δῆτα τοῦτό γ', ἀλλά μοι τὰ τόξ' ἑλὼν
Τάδ', ὥσπερ ᾔτου μ' ἀρτίως, ἕως ἀνῇ

Philoctetes. Terribilem sane, et ineffabilem; quare misereat te mei.

Neoptolemus. Quid ergo faciam?

Philoctetes. Ne me formidine prodas: cessat enim sponte per vices, postquam paribus vagationibus satiatus est. Eheu!

Neoptolemus. O miser!

Philoctetes. Eheu, heu!

Στυγεῖς, πολέμιον δυςμενῆ θ' ἡγούμενος·
Ὅμως δὲ λέξω (Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ),
Καὶ ταῦτ' ἐπίστω καὶ γράφου φρενῶν ἔσω.
Σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης,
Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ
Σηκὸν φυλάσσει, κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις·
Καὶ παῦλαν ἴσθι τῆςδε μή ποτ' ἐντυχεῖν
Νόσου βαρείας, ἕς τ' ἂν οὗτος ἥλιος
Ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν,
Πρὶν ἂν τὰ Τροίας πεδί' ἑκὼν αὐτὸς μόλῃς,
Καὶ τοῖν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδαῖν,

ne accidunt hominibus calamitates, eas ferre necesse est: quicumque vero sponte arcessitis iacent in malis, ut tu facis, hi nec venia digni sunt, nec misericordia. Tu igitur efferaris, nec consultorem admittis, et quum quis animo benevolo monet, odisti, hostem et infensum tibi existimans: nihilominus dicam (ac Iovem testem advoco), tuque ista scito et in animum inscribito. Enimvero morbo hoc adflictaris divinitus, postquam ad Chryses custodem accessisti, qui subdiale fanum custodit, in occulto servans anguis; nullumque levamen gravis huius morbi scito te umquam adepturum, donec sol hicce hac quidem exorietur, et illac rursus occidet, priusquam ad Troiae campos sponte tua veneris, Aesculapiique duorum filiorum,

Νόσου μαλαχθῇς τῆσδε, καὶ τὰ Πέργαμα
Ξὺν τοῖσδε τόξοις ξύν τ' ἐμοὶ πέρσας φανῇς.
Ὡς δ' οἶδα ταῦτα τῇδ' ἔχοντ', ἐγὼ φράσω·
Ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐκ Τροίας ἁλοὺς,
Ἕλενος ἀριστόμαντις, ὃς λέγει σαφῶς,
Ὡς δεῖ γενέσθαι ταῦτα, καὶ πρὸς τοῖσδ' ἔτι,
Ὡς ἔστ' ἀνάγκη τοῦ παρεστῶτος θέρους
Τροίαν ἁλῶναι πᾶσαν, ἢ δίδωσ' ἑκὼν
Κτείνειν ἑαυτὸν, ἢν τάδε ψευσθῇ λέγων.
Ταῦτ' οὖν ἐπεὶ κάτοισθα, συγχώρει θέλων·
Καλὴ γὰρ ἡ 'πίκτησις, Ἑλλήνων ἕνα
Κριθέντ' ἄριστον τοῦτο μὲν παιωνίας
Ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, εἶτα, τὴν πολύστονον
Τροίαν ἑλόντα, κλέος ὑπέρτατον λαβεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ στυγνὸς αἰὼν, τί μ' ἔτι δῆτ' ἔχεις ἄνω
Βλέποντα, κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅιδου μολεῖν;

qui apud nos sunt, opem expertus, hoc liberatus morbo, et Pergama hoc arcu simul et mecum exscindas. Quî vero haec sic esse norim, iam eloquar: nempe Troianum cepimus virum, Helenum, vatem eximium, qui clare praedicat haec ita fieri oportere, praetereaque prorsus necessarium esse, ut hac ipsa aestate magna capiatur Troia: sin minus, ultro se occidendum permittit, si haec mentitus fuerit. Haec ergo quum scias, concede lubens: quippe pulchrum est lucrum, si unus inter Graecos praestantissimus iudicatus, tum quidem medicas in manus venias, deinde, luctifica Troia expugnata, summam gloriam consequaris.

Philoctetes. O vita odiosa, cur etiam me retines apud superos videntem, nec sinis ad Orcum abire?

Οἴ μοι, τί δράσω; πῶς ἀπιστήσω λόγοις
Τοῖς τοῦδ', ὃς εὔνους ὢν ἐμοὶ παρῄνεσεν;
Ἀλλ' εἰκάθω δῆτ'; εἶτα πῶς ὁ δύσμορος
Ἐς φῶς, τάδ' ἔρξας, εἶμι, τῷ προσήγορος;
Πῶς, ὦ τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοὶ κύκλοι,
Ταῦτ' ἐξανασχήσεσθε, τοῖσιν Ἀτρέως
Ἐμὲ ξυνόντα παισὶν, οἵ μ' ἀπώλεσαν;
Πῶς τῷ πανώλει παιδὶ τῷ Λαερτίου;
Οὐ γάρ με τἄλγος τῶν παρελθόντων δάκνει,
Ἀλλ', οἷα χρὴ παθεῖν με πρὸς τούτων ἔτι,
Δοκῶ προλεύσσειν· οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν
Μαστὴρ γένηται, πάντα παιδεύει κακά.
Καὶ σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τάδε·
Χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν,
Ἡμᾶς τ' ἀπείργειν, οἵτε σοι καθύβρισαν,
Πατρὸς γέρας συλῶντες, εἶτα τοῖσδε σὺ

Hei mihi, quid faciam? qui possim non obtemperare huius sermonibus, qui benevolo me hortatur animo? Sed fac me cessisse: qua fronte deinde prodibo in lucem infelix, hoc quum fecero, cuius alloquio dignus habitus? Vosque, o qui calamitates meas omnes cernitis, oculi mei, quomodo hoc videre sustinebitis, me cum Atridis conversantem, qui me perdiderunt? quomodo cum sceleratissimo Laërtae filio? Non enim me praeteritorum dolor adeo mordet, sed quae ab illis mihi sunt adhuc patienda, prospicere videor: quibus enim mens est malorum indagatrix, omnia docet mala. Teque adeo demiror hac in re: haud enim te decuit umquam ire Troiam, meque etiam prohibere debebas: qui contumelia te affecerunt, decore paternorum armorum te spoliantes, iisne vero tu

[redacted]

Εἴ ξυμμαχήσων, κἄμ' ἀναγκάζεις τάδε;
Μὴ δῆτα, τέκνον, ἀλλ' (ἅ μοι ξυνώμοσας)
Πέμψον πρὸς οἴκους, καὐτὸς ἐν Σκύρῳ μένων
Ἔα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς·
Χ' οὕτω διπλῆν μὲν ἐξ ἐμοῦ κτήσει χάριν,
Διπλῆν δὲ πατρὸς, κοὐ, κακοὺς ἐπωφελῶν,
Δόξεις ὅμοιος τοῖς κακοῖς πεφυκέναι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Λέγεις μὲν εἰκότ', ἀλλ' ὅμως σε βούλομαι,
Θεοῖς τε πιστεύσαντα τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις,
Φίλου μετ' ἀνδρὸς τοῦδε τῆσδ' ἐκπλεῖν χθονός.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἡ πρὸς τὰ Τροίας πεδία καὶ τὸν Ἀτρέως
Ἔχθιστον υἱὸν, τῷδε δυστήνῳ ποδί;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πρὸς τοὺς μὲν οὖν σε τήνδε τ' ἔμπυον βάσιν

auxilium ferre cogitas, meque eodem compellis? Ne, quaeso, fili, sed, ut mihi iurasti, duc me domum, et ipse in Scyro manens, sinito perire malos illos male: hacque ratione duplicem a me inibis gratiam, duplicem a patre; nec, malos insuper adiuvando, videberis malorum similis esse indole.

Neoptolemus. Consentanea quidem dicis, at tamen te velim, deorum fatis meisque dictis auscultantem, amico cum viro hoc ex hac terra navigare.

Philoctetes. Num ad Troiae campos et Atrei inimicissimum filium, hoc misero pede?

Neoptolemus. Utique ad eos, qui te atque hunc purulentum pedem liberabunt

Παύσοντας ἄλγους, κἀποσώσοντας νόσου.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας, τί φῄς ποτε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὃ σοί τε κἀμοὶ καλὸν ὁρῶ τελούμενον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Καὶ ταῦτα λέξας, οὐ καταισχύνει θεούς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς γάρ τις αἰσχύνοιτ᾽ ἂν ὠφελούμενος;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Λέγεις δ᾽ Ἀτρείδαις ὄφελος, ἢ 'π᾽ ἐμοὶ, τόδε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σοί που φίλος γ᾽ ὢν, χὠ λόγος τοιόσδ᾽ ἐμοῦ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πῶς, ὅν γε τοῖς ἐχθροῖσιν ἐκδοῦναι θέλεις;

dolore, sanitatique restituent.

Philoctetes. O facti mirandi suasor, quid dicis, obsecro?

Neoptolemus. Quae tibi mihique decori futura video.

Philoctetes. Et quum ista dixeris, non te pudet deorum?

Neoptolemus. Cur enim pudeat, qui utilitatem percipit?

Philoctetes. Atridarumne, an meam utilitatem hanc dicis?

Neoptolemus. Quippe amicus tuus, itidemque amica est oratio mea.

Philoctetes. Quidum, quem inimicis prodere cupis?

[redacted]

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὦ 'τὰν, διδάσκου μὴ θρασύνεσθαι κακοῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὀλεῖς με· γιγνώσκω σε τοῖσδε τοῖς λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὔκουν ἔγωγε· φημὶ δ' οὔ σε μανθάνειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἔγωγ' Ἀτρείδας ἐκβαλόντας οἶδά με.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ', ὅρα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐδέποθ', ἑκόντα γ' ὥστε τὴν Τροίαν ἰδεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί δῆτ' ἂν ἡμεῖς δρῶμεν, εἴ σέ γ' ἐν λόγοις
Πείσειν δυνησόμεσθα μηδὲν, ὧν λέγω;
Ὡς ῥᾷστ' ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων λῆξαι, σὲ δὲ

Neoptolemus. O bone, isce non ferocire rebus in ialis.

Philoctetes. Perdes me: robe te novi de hisce tuis ictis.

Neoptolemus. Haud sane go; aio vero te illa non ntelligere.

Philoctetes. Equidem ab Atridis scio me eiectum uisse.

Neoptolemus. Sed vide, an, qui eiecere, servabunt denuo.

Philoctetes. Numquam hoc modo, ut volens Troiam conspicer.

Neoptolemus. Quid ergo nos faciamus, si te nihil quidquam eorum quae dico, flectere possit? Mihi quidem facillimum est verbis parcere, tibi vero vive-

[redacted]

Ζῆν, ὥςπερ ἤδη ζῆς, ἄνευ σωτηρίας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἔα με πάσχειν ταῦθ', ἅπερ παθεῖν με δεῖ·
Ἃ δ' ᾔνεσάς μοι, δεξιᾶς ἐμῆς θιγὼν,
Πέμπειν πρὸς οἴκους, ταῦτά μοι πρᾶξον, τέκνον,
Καὶ μὴ βράδυνε, μηδ' ἐπιμνησθῇς ἔτι
Τροίας· ἅλις γάρ μοι τεθρήνηται γόοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Εἰ δοκεῖ, στείχωμεν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀντέρειδέ νυν βάσιν σήν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Εἰς ὅσον γ' ἐγὼ σθένω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Αἰτίαν δὲ πῶς Ἀχαιῶν φεύξομαι;

re, ut vivis nunc, sine salute.

PHILOCTETES. Sine me pati haec, quae me oportet pati: quae vero promisisti mihi dextrae fide data, domum ut me reducas, haec mihi confice, fili, nec mora sit tibi ulla, nec memineris amplius Troiae: satis enim mihi deplorata est fletibus.

NEOPTOLEMUS. Eamus e go, si videtur.

PHILOCTETES. O gener sum locute verbum!

NEOPTOLEMUS. Nitere nu obfirmato gressu.

PHILOCTETES. Quantu quidem ego valeo.

NEOPTOLEMUS. Qui ve criminationem Achivoru effugiam?

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Μὴ Φροντίσῃς.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί γάρ, ἐὰν πορθῶσι χώραν τὴν ἐμήν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἐγὼ παρὼν....

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τίνα προςωφέλησιν ἔρξεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Βέλεσι τοῖς Ἡρακλίοις....

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς λέγεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Εἴρξω πελάζειν σῆς γε τουτουςὶ πάτρας.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλὰ δρᾷν ταῦθ', ὥςπερ αὐδᾷς. — Στεῖχε, προςκύσας χθόνα.

Philoctetes. Nihil cura.

Neoptolemus. Quid si regnum populentur meum?

Philoctetes. Ibi praesens ego....

Neoptolemus. Quid opis praestabis?

Philoctetes. Herculeis sagittis....

Neoptolemus. Quomodo inquis?

Philoctetes. Hosce arcebo a finibus patriae tuae.

Neoptolemus. Quin fac ista facias, ut dicis. — Vade, osculata prius terra.

[redacted]

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Μήπω γε, πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων
Ἀΐῃς μύθων, παῖ Ποίαντος·
Φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους
Ἀκοῇ τε κλύειν, λεύσσειν τ' ὄψιν·
Τὴν σὴν δ' ἥκω χάριν, οὐρανίας
Ἕδρας προλιπὼν, τὰ Διός τε φράσων
Βουλεύματά σοι, κατερητύσων
Θ' ὁδὸν, ἣν στέλλει·
Σὺ δ' ἐμῶν μύθων ἐπάκουσον.
Καὶ πρῶτα μέν σοι τὰς ἐμὰς λέξω τύχας,
Ὅσος, πονήσας καὶ διεξελθὼν πόνους,
Ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον, ὡς πάρεσθ' ὁρᾷν·
Καὶ σοὶ (σάφ' ἴσθι) ταῦτ' ὀφείλεται παθεῖν,
Ἐκ τῶν πόνων τῶνδ' εὐκλεᾶ θέσθαι βίον.
Ἐλθὼν δὲ σὺν τῷδ' ἀνδρὶ πρὸς τὸ Τρωϊκὸν
Πόλισμα, πρῶτον μὲν νόσου παύσει λυγρᾶς,

Hercules. Nondum, priusquam nostros audieris sermones, Poeantis fili: scias autem vocem te Herculis auribus haurire, vultumque cernere: tua vero gratia huc venio, relicta coelesti sede, Iovis tibi declaraturus consilia, prohibiturusque iter, quod inire paras: proinde tu audi mea dicta. Et primum quidem meas tibi fortunas dicam, qui susceptis emensisque laboribus decus immortale adeptus sum, ut cernere licet. Atqui tibi (certo scias) idem evenire destinatum est, post hos labores ut gloriosa fruaris vita. Postquam ergo cum hoc viro Troianam ad urbem veneris, primum quidem tetro morbo

Ἄρει τε πρῶτος ἐκκριθεὶς στρατεύματος,
Πάριν μὲν, ὃς τῶνδ' αἴτιος κακῶν ἔφυ,
Τόξοισι τοῖς ἐμοῖσι νοσφιεῖς βίου,
Πέρσεις τε Τροίαν, σκῦλά τ' ἐς μέλαθρα σὰ
Πέμψεις, ἀριστεῖ' ἐκλαβὼν στρατεύματος,
Ποίαντι πατρὶ πρὸς πάτρας Οἴτης πλάκας.
Ἃ δ' ἂν λάβῃς σὺ σκῦλα τοῦδε τοῦ στρατοῦ,
Τόξων ἐμῶν μνημεῖα, πρὸς πυρὰν ἐμὴν
Κόμιζε. Καὶ σοὶ ταῦτ', Ἀχιλλέως τέκνον,
Παρῄνεσ'· οὔτε γὰρ σὺ τοῦδ' ἄτερ σθένεις
Ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον, οὔθ' οὗτος σέθεν·
Ἀλλ' ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον
Οὗτος σὲ, καὶ σὺ τόνδ'. Ἐγὼ δ' Ἀσκληπιὸν
Παυστῆρα πέμψω σῆς νόσου πρὸς Ἴλιον·
Τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν
Τόξοις ἁλῶναι. Τοῦτο δ' ἐννοεῖσθ', ὅταν

levaberis, princepsque in bello habitus totius exercitus, Paridem, malorum istorum auctorem, sagittis meis leto dabis, et Troiam vastabis, spoliaque, quae tibi ut fortissimo exercitus eximia dabuntur, tuam domum mittes Poeanti patri, ad patriae campos Oetae. Quae vero tu ceperis spolia hoc ab exercitu, sagittarum mearum monumenta ad meum rogum adfer. Teque, Achillis fili, haec moneo: neque enim tu sine isto vales Troiam expugnare, neque iste sine te: quare, velut leones una pascentes observate vos invicem, ille te, et tu illum. At ego Aesculapium, qui te morbo liberet, mittam ad Ilium: iterum enim illud meis sagittis capi fatale est. Hoc autem memineritis,

Πορθῆτε γαῖαν, εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς·
Ὡς τἄλλ' ἅπαντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ
Ζεύς· ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθήκῃ βροτοῖς
Κἂν ζῶσι κἂν θάνωσιν οὐκ ἀπόλλυται.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ φθέγμα ποθεινὸν ἐμοὶ πέμψας,
Χρόνιός τε φανεὶς, οὐκ ἀπιθήσω
Τοῖς σοῖς μύθοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Μή νυν χρόνιοι μέλλετε πράσσειν·
Καιρὸς καὶ πνοῦς
Ὅδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμναν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Φέρε νυν στείχων, χώραν καλέσω.

quum urbem vastatis, ut pietatem erga deos colatis: huic enim alia omnia, posteriora ducit pater Iupiter: siquidem lege sancitum est, pietas vel viventium vel mortuorum ut nunquam pereat.

Philoctetes. O qui vocem optatam mihi misisti, longoque post tempore conspiciendum te dedisti, tuis dictis immorigerum me praebebo.

Neoptolemus. Huic c quo ego consilio ad tior.

Hercules. Ne longa go nectite moras; u enim opportunum t pus, surgensque a p ventus.

Philoctetes. Age procedens terram salut

Χαῖρ', ὦ μέλαθρον ξύμφρουρον ἐμοὶ,
Νύμφαι τ' ἔνυδροι λειμωνιάδες,
Καὶ κτύπος ἄρσην πόντου, προβλὴς
Θ', οὗ πολλάκι δὴ τοὐμὸν ἐτέγχθην
Κρᾶτ' ἐνδόμυχον πληγῇσι νότου,
Πολλὰ δὲ φωνῆς τῆς ἡμετέρας
Ἑρμαῖον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ
Στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ!
Νῦν δ', ὦ κρῆναι, Λύκιόν τε ποτὸν,
Λείπομεν ὑμᾶς, λείπομεν ἤδη,
Δόξης οὔποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.
Χαῖρ', ὦ Λήμνου πέδον ἀμφίαλον,
Κἄμ' εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως,
Ἔνθ' ἡ μεγάλη μοῖρα κομίζει,
Γνώμη τε φίλων, χὠ πανδαμάτωρ
Δαίμων, ὃς ταῦτ' ἐπέκρανεν!

Vale, o tectum, mea custodia, Nymphaeque irriguis in pratis degentes, et fragor vehemens illisorum fluctuum, ac promontorium, ubi sane crebro meum caput absconditum, pulsante noto, maduit in antri recessu; saepe et vocis meae mons Hermaeus repercussum gemitum remisit mihi, tempestate vexato! Nunc igitur vos, o fontes Lyciusque potus, relinquimus, relinquimus iam, quod ita fore numquam antea speravimus. Vale, o Lemni terra mari cincta, meque secundo cursu dimitte incolumem, quo potens fatum fert, sententiaque amicorum, et omnia domans deus, qui haec comprobavit.

ΧΟΡΟΣ.

Χωρῶμέν νυν πάντες ἀολλεῖς,
Νύμφαις ἁλίαισιν ἐπευξάμενοι,
Νόστου σωτῆρας ἱκέσθαι.

Chorus. Abeamus ergo marinas precati, ut red omnes simul, Nymphas servatrices adsint.

Η Λ Ε Κ Τ Ρ Α

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
ΧΟΡΟΣ.
ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

DRAMATIS PERSONAE.

PAEDAGOGUS.
ORESTES.
ELECTRA.
CHORUS.
CHRYSOTHEMIS.
CLYTAEMNESTRA.
AEGISTHUS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΗΛΕΚΤΡΑΣ.

Ὑπόκειται ὧδε τροφεύς, δεικνὺς Ὀρέστῃ τὰ ἐν Ἄργει. μικρὸν γὰρ ὄντα αὐτὸν κλέψασα Ἠλέκτρα, ἡνίκα ὁ πατὴρ ἐσφάζετο, δέδωκε τῷ τροφεῖ, δείσασα μὴ καὶ αὐτὸν κτείνωσιν. ὁ δὲ ὑπεξέθετο αὐτὸν εἰς Φωκίδα πρὸς τὸν Στρόφιον· νῦν δὲ μετὰ εἴκοσιν ἔτη ἐπανιὼν σὺν αὐτῷ πρὸς τὸ Ἄργος, δείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἐν Ἄργει.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ἄργει. ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων παρθένων. προλογίζει δὲ ὁ παιδαγωγὸς Ὀρέστου.

ARGUMENTUM ELECTRAE.

Inducitur paedagogus, demonstrans Orestae interiora urbis Argorum. puerum enim clam ereptum, cum pater trucidatus est, paedagogo tradidit Electra, ne ipse quoque interimeretur. quem ille in Phocidem abstulit ad Strophium, nunc vero viginti annos natum reducit Argos.

Scena dramatis est Argis, chorusque ex virginibus constat indigenis. prologum agit Orestae paedagogus.

Πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε,
Ὅθεν σε πατρὸς ἐκ φόνων ἐγώ ποτε,
Πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαβὼν,
Ἤνεγκα, κἀξέσωσα, κἀξεθρεψάμην
Τοσόνδ' ἐς ἥβης, πατρὶ τιμωρὸν φόνου.
Νῦν οὖν, Ὀρέστα, καὶ σὺ, φίλτατε ξένων
Πυλάδη, τί χρὴ δρᾷν, ἐν τάχει βουλευτέον·
Ὡς ἡμὶν ἤδη λαμπρὸν ἡλίου σέλας
Ἑῷα κινεῖ φθέγματ' ὀρνίθων σαφῆ,
Μέλαινά τ' ἄστρων ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη.
Πρὶν οὖν τιν' ἀνδρῶν ἐξοδοιπορεῖν στέγης,
Ξυναπτέον λόγοισιν· ὡς ἐνταῦθ' ἐμὲν,
Ἵν' οὐκ ἔτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν προσπόλων, ὥς μοι σαφῆ
Σημεῖα φαίνεις ἐσθλὸς εἰς ἡμᾶς γεγώς.
Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων,

que Pelopidarum domum, unde te olim e paterna caede ereptum, traditumque mihi a germana tua sorore abstuli, et servavi, et educavi huc usque aetatis, paternae necis ultorem. Nunc igitur, Oresta, tuque hospitum carissime, Pylade, quid facto opus sit, ocius deliberandum: namque iam nobis lucidum solis iubar matutinos excitat alitum cantus claros, et astra reliquit atra nox. Priusquam igitur hominum quisquam foras egrediatur, conferenda sunt consilia: nam in eo sumus, ubi segnitiae nihil est amplius loci, sed properato opus est.

Orestes. O famulorum carissime, quam certa mihi indicia exhibes benivoli in nos animi! Quemadmodum enim generosus equus, etsi iam consenuit, in periculo tamen non deficit animo,

Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
Ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν, ὡσαύτως δὲ σὺ
Ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις, καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.
Τοιγὰρ τὰ μὲν δόξαντα δηλώσω· σὺ δὲ
Ὀξεῖαν ἀκοὴν τοῖς ἐμοῖς λόγοις διδοὺς,
Εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω, μεθάρμοσον.
Ἐγὼ γὰρ ἡνίχ' ἱκόμην τὸ Πυθικὸν
Μαντεῖον, ὡς μάθοιμ' ὅτῳ τρόπῳ πατρὸς
Δίκας ἀροίμην τῶν φονευσάντων πάρα,
Χρῇ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος, ὧν πεύσει τάχα·
Ἄσκευον αὐτὸν ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ,
Δόλοισι κλέψαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς.
Ὅτ' οὖν τοιόνδε χρησμὸν εἰσηκούσαμεν,
Σὺ μὲν μολὼν, ὅταν σε καιρὸς εἰσάγῃ,
Δόμων ἔσω τῶνδ', ἴσθι πᾶν τὸ δρώμενον,
Ὅπως ἂν εἰδὼς ἡμὶν ἀγγείλῃς σαφῆ·
Οὐ γάρ σε μὴ γήρᾳ τε καὶ μακρῷ χρόνῳ

sed aures arrigit, sic et tu nosque incitas, et ipse inter primos incedis. Proinde quae decrevi tibi exponam: tu vero acutis auribus dicta mea hauriens, si quid a re aberro, corrige. Ego enim postquam Delphicum adii oraculum, ut discerem, quonam modo poenas sumerem patris ab occisoribus, hoc mihi responsum edidit Apollo, quod iam audies: *Solum me, neque armorum neque exercitus instructum apparatu, clam ex insidiis meritam inferre manu necem.* Quoniam igitur tale oraculum audivimus, tu quidem, ubi te inducet temporis opportunitas, has aedes ingressus, fac resciscas quidquid intus agitur, ut, cognitis omnibus, certa nobis renunties; neutiquam enim te senecta adeo immutatum post tam longum tempus

[redacted]

Γνῶσ', οὐδ' ὑποπτεύσουσιν ὧδ' ἠνθισμένον.
Λόγῳ δὲ χρῶ τοιῷδ', ὅτι ξένος μὲν εἶ,
Φωκέως παρ' ἀνδρὸς, Φανοτέως, ἥκων (ὁ γὰρ
Μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων)·
Ἄγγελλε δ', ὅρκον προστιθεὶς, ὅθ' οὕνεκα
Τέθνηκ' Ὀρέστης ἐξ ἀναγκαίας τύχης,
Ἄθλοισι Πυθικοῖσιν ἐκ τροχηλάτων
Δίφρων κυλισθείς. ὧδ' ὁ μῦθος ἑστάτω.
Ἡμεῖς δὲ πατρὸς τύμβον, ὡς ἐφίετο,
Λοιβαῖσι πρῶτον καὶ καρατόμοις χλιδαῖς
Στέψαντες, εἶτ' ἄψοῤῥον ἥξομεν πάλιν,
Τύπωμα χαλκόπλευρον ἠρμένοι χεροῖν.
Ὃ καὶ σὺ θάμνοις οἶσθά που κεκρυμμένον,
Ὅπως λόγῳ κλέπτοντες, ἡδεῖαν φάτιν
Φέρωμεν αὐτοῖς, τοὐμὸν ὡς ἔῤῥει δέμας
Φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον.
Τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ', ὅταν λόγῳ θανὼν

adgnoscent, aut suspectum habebunt sic efflorescentem. Sermone autem tali utere, *hospitem te quidem esse, missum a viro Phocense, Phanoteo;* namque is summus est illis amicus: nuntia vero, iureiurando fidem dictis adstruens, *cessisse fatis Orestem violenta morte, rapido curru delapsum Pythico in certamine.* Haec summa sit orationis tuae. Nos vero quum primum patris tumulm uti iussit Apollo, libatioi et tonsis vertice comis c naverimus, huc revertemu manibus ferentes aerea urnam, quam scis et ip in virgultis alicubi not abditam, ut fallaci serm ne deceptis laetum adfer mus nuntium, *periisse m crematum iam et in ciner redactum.* Quid enim h mihi doleat, quando ve bis mortuus re ipsa vivas

[redacted]

Ἔργοισι σωθῶ, κἀξενέγκωμαι κλέος;
Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν·
Ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς σοφοὺς
Λόγῳ μάτην θνήσκοντας· εἶθ', ὅταν δόμους
Ἔλθωσιν αὖθις, ἐκτετίμηνται πλέον.
Ὡς κἄμ' ἐπαυχῶ τῆσδε τῆς φήμης ἄπο
Δεδορκότ', ἐχθροῖς ἄστρον ὣς, λάμψειν ἔτι.
Ἀλλ', ὦ πατρῴα γῆ, θεοί τ' ἐγχώριοι,
Δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα ταῖσδε ταῖς ὁδοῖς,
Σύ τ', ὦ πατρῷον δῶμα· σοῦ γὰρ ἔρχομαι
Δίκῃ καθαρτὴς, πρὸς θεῶν ὡρμημένος·
Καὶ μή μ' ἄτιμον τῆσδ' ἀποστείλητε γῆς,
Ἀλλ' ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων.
Εἴρηκα μέν νυν ταῦτα· σοὶ δ' ἤδη, γέρον,
Τὸ σὸν μελέσθω βάντι φρουρῆσαι χρέος.
Νὼ δ' ἔξιμεν· καιρὸς γὰρ, ὅσπερ ἀνδράσι
Μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης.

gloriamque reportabo? censeo enim male ominatum non esse dictum, quod lucrum adferat: quippe iam saepius vidi etiam sapientes, mortuos falso dictos, qui quum domum rediere, magis honorati fuerunt. Ita et me confido ex hac fama viventem, ut sidus, obfulsurum posthac inimicis meis. At o patria terra, diique indigetes, excipite me fausto omine reducem, tuque o paterna domus: venio enim a diis impulsus, ut iuste te expiem: neque me inhonoratum dimittite ex hac terra, sed efficite, ut avitas opes possidens stator fiam domus. Et haec quidem hactenus. Tibi vero iam, senex, curae sit eunti tuum ut exsequaris munus: nos vero exibimus: occasio enim adest, quae hominum coeptis omnibus optima est adiutrix.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἰώ μοι δύστηνος!

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Καὶ μὴν θυρῶν ἔδοξα προσπόλων τινὸς
Ὑποστενούσης ἔνδον αἰσθέσθαι, τέκνον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἆρ' ἐστὶν ἡ δύστηνος Ἠλέκτρα; θέλεις
Μείνωμεν αὐτοῦ, κἀνακούσωμεν γόων;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ἥκιστα· μηδὲν πρόσθεν, ἢ τὰ Λοξίου,
Πειρώμεθ' ἔρδειν, κἀπὸ τῶνδ' ἀρχηγετεῖν,
Πατρὸς χέοντες λουτρά· ταῦτα γὰρ φέρει
Νίκην τ' ἐφ' ἡμῖν καὶ κράτος τῶν δρωμένων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

στροφὴ α'. Ὦ φάος ἁγνὸν καὶ γῆς ἰσόμοιρος ἀὴρ,
Ὥς μοι πολλὰς μὲν θρήνων ᾠδὰς, πολλὰς δ' ἀντήρεις ᾔσθου
Στέρνων πληγὰς αἱμασσομένων,

Electra. (*intus.*) Hei mihi miserae!

Paedagogus. Et quidem visus sum famularum aliquam suspirantem intra aedes audire, o fili.

Orestes. Num misera est Electra? vis hic maneamus, et lamenta audiamus?

Paedagogus. Minime. Rebus aliis omnibus posthabitis, Apollinis iussa conemur exsequi; hisce praeverti decet, patrique inferias facere: ista enim victoriam nobis conferent, coeptorumque felicem exitum.

Electra. O lux alma, et caligo, terram aequaliter cum luce partiens, quam multos sensisti meos lamentorum lessus, crebrosque adversi pectoris planctus cruentatos, quum nox tene-

Ὁπόταν δνοφερὰ νὺξ ὑπολειφθῇ·
Τὰ δὲ παννυχίδων, ἤδη στυγεραὶ
Ξυνίσασ' εὐναὶ μογερῶν οἴκων,
Ὅσα τὸν δύστηνον ἐμὸν θρηνῶ
Πατέρ', ὃν κατὰ μὲν βάρβαρον αἶαν
Φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν,
Μήτηρ δ' ἡ 'μὴ χὡ κοινολεχὴς
Αἴγισθος, ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι,
Σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.
Κοὐδεὶς τούτων οἶκτος ἀπ' ἄλλης
Φέρεται, σοῦ, πάτερ,
Αἰκῶς οἰκτρῶς τε θανόντος.

ἀντιστρ. α'. Οὐ λήξω θρήνων δή, στυγερῶν τε γόων,
Ἔς τ' ἂν λεύσσω παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπάς, λεύσσω δὲ τόδ' ἦμαρ,
Μὴ οὐ, τεκνολέτειρ' ὥς τις ἀηδών,
Ἐπὶ κωκυτῷ, τῶνδε πατρῴων
Πρὸ θυρῶν, ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν.

brosa recessit! At quid longis noctibus agam, novit iam invisus torus aerumnosae domus, quantopere miserum meum lugeam patrem, quem in barbara terra non Mars cruento excepit hospitio, sed mater mea, thalamique consors Aegisthus, ut quercum solent lignarii, ita illius diffidere caput cruenta securi. Nec quemquam, praeter me, horum miseret, te, o pater, foeda et miserabili nece exstincto.

Numquam sane desinam lugere, acerbosque fletus edere, dum rutilantia videbo siderum lumina, hancque videbo lucem; sed, ut luscinia pullis orbata, ante fores harum paternarum aedium eiulans miserationis

Ὦ δῶμ' Ἀΐδου καὶ Περσεφόνης,
Ὦ χθόνι' Ἑρμῆ, καὶ πότνι' Ἀρὰ,
Σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐριννῦς,
Αἳ τοὺς θνήσκοντας ὁρᾶτ' ἀδίκως,
Τοὺς τὰς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους,
Ἔλθετ', ἀρήξατε, τίσασθε πατρὸς
Φόνον ἡμετέρου, καί μοι τὸν ἐμὸν
Πέμψατ' ἀδελφόν! μούνη γὰρ ἄγειν
Οὐκ ἔτι σωκῶ
Λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β'. Ὦ παῖ, παῖ δυστανοτάτας
Ἠλέκτρα ματρὸς, τίν' ἀεὶ
Τάκεις ὧδ' ἀκόρεστ' οἰμωγὰν,
Τὸν πάλαι ἐκ δολερᾶς ἀθεώτατα
Ματρὸς ἁλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα,
Κακᾷ τε χειρὶ πρόδοτον; ὡς ὁ τάδε πορὼν
Ὄλοιτ', εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾷν!

plenum omnibus cantum praecinam. O domus Orci et Proserpinae, o terrestris Mercuri, et verenda Imprecatio, vosque o severae deorum filiae Erinnyes, quae iniustá nece peremtos respicitis, quibus coniuges furtim corruptae fuere, adeste, opem ferte, ulciscimini patris caedem nostri, et mihi meum mittite fratrem: sola enim amplius sufferre non valeo moeroris ingravescens onus.

Chorus. Heu filia, filia miserrimae Electra matris, quid te semper ita maceras inexpletum lugens illum olim dolosis impiae matris artibus impiissime captum, ignavaeque proditum manui, Agamemnonem? Utinam pereat, qui ista patravit, si mihi haec optare fas est!

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Γενναίων γενέθλα πατέρων,
Ἥκετ' ἐμῶν καμάτων παραμύθιον.
Οἶδά τε καὶ ξυνίημι τάδ', οὔ τι με
Φυγγάνει, οὐδ' ἐθέλω προλιπεῖν τόδε,
Μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ' ἄθλιον.
Ἀλλ', ὦ παντοίας φιλότητος ἀμειβόμεναι χάριν,
Ἐᾶτέ μ' ὧδ' ἀλύειν,
Αἶ αἶ, ἱκνοῦμαι!

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. β'. Ἀλλ' οὔ τοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα
Παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀν-
Στάσεις, οὔτε γόοις, οὐ λύπαις.
Ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον
Ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι.
Ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία κακῶν,
Τί μοι τῶν δυσφόρων ἐφίει;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Νήπιος, ὅστις τῶν οἰκτρῶς

Electra. Generosae stirpis soboles, venitis labores meos leniturae: novi quidem et intelligo ista, neque eorum quidquam me fugit: haud tamen desinam miserum patrem meum lugere. At o vos, benivolentiae omnigenam exercentes gratiam, sinite me sic lugere, eheu, eheu, obsecro.

Chorus. At tamen nec lamentis nec precibus patrem tuum excitabis ex Orci communi palude: sed tu a mediocri luctu ad immodicum semper gemebunda progrediens, is te perditum. Cur, quaeso, sortem cupis tam intolerabilem, in qua tamen malorum tuorum nulla est solutio?

Electra. Non mentis est sanae, qui miserabili morte

Οἰχομένων γονέων ἐπιλάθεται.
Ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρε φρένας,
Ἃτ' Ἴτυν αἰὲν, Ἴτυν, ὀλοφύρεται,
Ὄρνις ἀτυζομένα, Διὸς ἄγγελος.
Ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεὸν,
Ἅ τ' ἐν τάφῳ πετραίῳ
Αἰεὶ δακρύεις.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ γ'. Οὔ τοι σοὶ μούνᾳ, τέκνον,
Ἄχθος ἐφάνη βροτῶν,
Πρός γ' ὅ τι σὺ τῶν ἔνδον εἶ περισσά,
Οἷς ὁμόθεν εἶ καὶ γονᾷ ξύναιμος,
Οἵα Χρυσόθεμις ζώει καὶ Ἰφιάνασσα,
Κρυπτᾷ τ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ,
Ὄλβιος, ὃν ἁ κλεινὰ γᾶ ποτὲ Μυκηναίων
Δέξεται εὐπατρίδαν, Διὸς εὔφρονι
Βήματι μολόντα τάνδε γᾶν, Ὀρέσταν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὅν ἔγωγ' ἀκάματα ποτιμένουσ', ἄτεκνος

exstinctorum parentum obliviscitur. Sed animo meo complacita est avis gemebunda, Iovis nuntia, quae Ityn semper, Ityn, luget. O omnibus modis miserrima Niobe, te, te equidem pro dea colo, quae saxeo in sepulchro semper lacrimas.

Chorus. Atqui, o filia, haud tibi mortalium soli accidit calamitas, quam non aequo toleras animo ex illis intus tuis co[n]guineis ortu eodem pr[o]tis, qualis est Chrys[o]mis et Iphianassa, occ[ul]que ille dolens iuveni[s] lix, quem aliquando i[n]tae Mycenae excipien[t pa]terno clarum genere, pitio Iovis ductu in urbem reversum, Ores[tem].

Electra. Quem ego

(Τάλαιν'), ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ,
Δάκρυσι μυδαλέα, τὸν ἀνήνυτον
Οἶτον ἔχουσα κακῶν· ὁ δὲ λάθεται
Ὧν τ' ἔπαθ', ὧν τ' ἐδάη· τί γὰρ οὐκ ἐμοὶ
Ἔρχεται ἀγγελίας ἀπατώμενον;
Ἀεὶ μὲν γὰρ ποθεῖ,
Ποθῶν δ' ἀπαξιοῖ φανῆναι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. γ'. Θάρσει μοι, θάρσει, τέκνον,
Εἰ μέγας ἐν οὐρανῷ
Ζεὺς, ὃς ἐφορᾷ πάντα, καὶ κρατύνει·
Ὧι τὸν ὑπεραλγῆ χόλον νέμουσα,
Μήθ' οἷς ἐχθαίρεις ὑπεράχθεο, μήτ' ἐπιλάθου.
Χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός.
Οὔτε γὰρ ὁ τὰν Κρίσαν βούνομον ἔχων ἀκτὰν
Παῖς Ἀγαμεμνονίδας ἀπερίτροπος,
Οὔθ' ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων.

cet indesinenter exspectans, sine liberis (o me infelicem!), innupta, perpetim obambulo, lacrimis madens, inexhaustas aerumnas ferens: ille vero obliviscitur acceptique a me beneficii, mandatorumque quae ei misi. Quid enim non mihi venit falsi de eo nuntii? Namque semper quidem cupit: cupiens vero non dignatur umquam venire.

Chorus. Confide mihi, confide, filia, siquidem est magnus in coelo Iupiter, qui inspicit omnia et gubernat: cui acerbiorem permittens iram, neque inimicis nimium succenseas, neque tamen non memineris. Tempus enim facilis est deus. Nam nec qui nunc pascuis abundantem Crisaeam habitat oram filius Agamemnonis numquam reflectet pedem, neque deus, qui apud Acheruntem imperat.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' ἐμὲ μὲν ὁ πολὺς ἀπολέλοιπεν ἤδη
Βίοτος ἀνέλπιστος, οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ,
Ἅτις ἄνευ τοκέων κατατάκομαι,
Ἇς φίλος οὔ τις ἀνὴρ ὑπερίσταται,
Ἀλλ', ἀπερεί τις ἔποικος ἀναξία,
Οἰκονομῶ θαλάμους πατρὸς, ὧδε μὲν
Ἀεικεῖ ξὺν στολᾷ,
Κεναῖς δ' ἐφίσταμαι τραπέζαις.

ΧΟΡΟΣ.

Στροφὴ δ'. Οἰκτρὰ μὲν νόστοις αὐδὰ,
Οἰκτρὰ δ' ἐν κοίταις πατρῴαις,
Ὅτε σοι παγχάλκων ἀνταία
Ὡρμάθη πλαγὰ γενύων.
Δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας,
Δεινὰν δεινῶν προφυτεύσαντες
Μορφὰν, εἴτ' οὖν θεὸς, εἴτε βροτῶν
Ἦν ὁ ταῦτα πράσσων.

Electra. Sed mihi iam magna peracta pars vitae desperans, neque amplius obfirmare queo, quae parentibus orbata contabesco, quam nullus amicus tuetur; sed tamquam inquilina quaepiam nullius pretii, vitam dego patris in thalamis, sic quidem indecora amicta veste, vacuisque adsisto mensis.

Chorus. Luctuosa sane fuit vox in reditu, luctuosaque patris in thalamo edita, quando tibi aereae securis adversus incussus est ictus. Dolus excogitavit, Cupido occidit, horrenda horrendorum in animis concepta forma, sive deus, sive mortalium quis erat, qui illud patravit.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ πασᾶν κείνα πλέον ἁμέρα
Ἐλθοῦσ' ἐχθίστα δή μοι!
Ὦ νὺξ, ὦ δείπνων ἀῤῥήτων
Ἔκπαγλ' ἄχθη,
Τοὺς ἐμὸς ἴδε πατὴρ
Θανάτους αἰκεῖς διδύμαιν χειροῖν,
Αἳ τὸν ἐμὸν εἷλον βίον
Πρόδοτον, αἵ μ' ἀπώλεσαν·
Οἷς ὁ μέγας Ὀλύμπιος
Ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι,
Μηδέ ποτ' ἀγλαΐας ἀποναίατο,
Τοιάδ' ἀνύσαντες ἔργα!

ΧΟΡΟΣ.

στρ. δ'. Φράζου, μὴ πόρσω φωνεῖν.
Οὐ γνώμαν ἴσχεις, ἐξ οἵων
Τὰ παρόντ' οἰκείας εἰς ἄτας
Ἐμπίπτεις οὕτως αἰκῶς;
Πολὺ γάρ τι κακῶν ὑπερεκτήσω,
Σᾷ δυσθύμῳ τίκτουσ' αἰεὶ

Electra. O omnium, quas li, longe acerbissima dies! nox, o coenae nefan- e horrenda calamitas, am pater meus vidit, cem foedam a geminis ınibus illatam, quae am meam proditam eri- ıere, quae me funditus rdidere; quibus Iupiter ıgnus Olympius vindictam immittat; neque umquam illis bene sit, qui talia fa- vente fortuna ediderunt fa- cinora!

Chorus. Animum adver- te, ne plura loquaris. Non cogitas, quali e statu nunc quales in aerumnas proprias incidisti sic indigne? magno enim cumulo tute mala tua auges, anxio tuo animo

Ψυχᾷ πολέμους τάδε. τοῖς δυνατοῖς
Οὐκ ἐριστὰ πλάθειν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Δεινοῖς ἠναγκάσθην, δεινοῖς·
Ἔξοιδ', οὐ λάθει μ' ὀργά·
Ἀλλ', ἐν γὰρ δεινοῖς, οὐ σχήσω
Ταύτας ἄτας,
Ὄφρα με βίος ἔχῃ.
Τίνι γάρ ποτ' ἄν, ὦ φιλία γενέθλα,
Πρόςφορον ἀκούσαιμ' ἔπος,
Τίνι φρονοῦντι καίρια;
Ἄνετέ μ', αἱ παράγοροι!
Τάδε γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται·
Οὐδέποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι,
Ἀνάριθμος ὧδε θρήνων.

ΧΟΡΟΣ.

ἐπῳδός. Ἀλλ' οὖν εὐνοίᾳ γ' αὐδῶ,
Μάτηρ ὡςεί τις πιστά,
Μὴ τίκτειν σ' ἄταν ἄταις.

semper ita gignens rixas. Potentiores cave litigans accedas.

Electra. Eo me compulit malorum atrocitas: scio, nec me meus latet impetus animi. Sed, quid enim agam malis obruta? non temperabo his querelis licet damnosis mihi, dum vita mihi suppetet. Cui enim umquam, cara progenies, bene audiam, cuinam, qui quidem prudens sit? Mittite, mittite me consolari. Haec enim insolubilia semper mihi dicentur, neque umquam a dolore cessabo, fletus sic fundens innumerabiles.

Chorus. Atqui benivolentia adducta ista dico, ut fida mater, ne malum malis accumules.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ τί μετρον κακότητος ἔφυ; φέρε,
Πῶς ἐπὶ τοῖς φθιμένοις ἀμελεῖν καλόν;
Ἐν τίνι τοῦτ' ἔβλαστ' ἀνθρώπων;
Μήτ' εἴην ἔντιμος τούτοις·
Μήτ', εἴ τῳ πρόςκειμαι χρηστῷ,
Ξυνναίοιμ' εὔκηλος γονέων,
Ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας
Ὀξυτόνων γόων!
Εἰ γὰρ ὁ μὲν θανὼν γᾶ τε καὶ οὐδὲν ὢν
Κείσεται τάλας, οἱ δὲ μὴ πάλιν
Δώσουσ' ἀντιφόνους δίκας,
Ἔρροι τ' ἂν αἰδὼς,
Ἁπάντων τ' εὐσέβεια θνατῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐγὼ μὲν, ὦ παῖ, καὶ τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα,
Καὶ τοὐμὸν αὐτῆς, ἦλθον· εἰ δὲ μὴ καλῶς
Λέγω, σὺ νίκα· σοὶ γὰρ ἑψόμεσθ' ἅμα.

Electra. At quis modus meae adflictionis? cedo, qui honestum fuerit mortuorum curam abiicere? ubinam homo est eo ingenio natus? Neque sim apud tales honorata, neque, si cui nubam fortunato viro, cum eo habitem de parentibus haud sollicita, cohibens contemtos acutorum gemituum volatus. Nam si mortuus ille infelix iacebit terra nihili aestimatus, neque hi dabunt poenas, caedem caede luentes, peribit pudor, et omnis simul apud mortales pietas.

Chorus. Ego equidem, o filia, tua gratia, meaque simul ipsius huc veni: si quid tamen minus recte suadeo, tu vince; tibi enim obsequemur.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Αἰσχύνομαι μὲν, ὦ γυναῖκες, εἰ δοκῶ
Πολλοῖσι θρήνοις δυςφορεῖν ὑμῖν ἄγαν·
Ἀλλ' (ἡ βία γὰρ ταῦτ' ἀναγκάζει με δρᾶν)
Ξύγγνωτε· πῶς γὰρ ἥ τις εὐγενὴς γυνὴ,
Πατρῷ' ὁρῶσα πήματ', οὐ δρῴη τάδ' ἄν;
Ἃγὼ κατ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην ἀεὶ
Θάλλοντα μᾶλλον ἢ καταφθίνονθ' ὁρῶ,
Ἧι πρῶτα μὲν τὰ μητρὸς, ἥ μ' ἐγείνατο,
Ἔχθιστα συμβέβηκεν· εἶτα δώμασιν
Ἐν τοῖς ἐμαυτῆς τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς
Ξύνειμι, κἀκ τῶνδ' ἄρχομαι, κἀκ τῶνδέ μοι
Λαβεῖν θ' ὁμοίως καὶ τὸ τητᾶσθαι πέλει.
Ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν,
Ὅταν θρόνοις Αἴγισθον ἐνθακοῦντ' ἴδω
Τοῖσιν πατρῴοις, εἰσίδω δ' ἐσθήματα
Φοροῦντ' ἐκείνῳ ταὐτὰ, καὶ παρεστίους
Σπένδοντα λοιβὰς, ἔνθ' ἐκεῖνον ὤλεσεν,

Electra. Pudet me quidem, o mulieres, quod ob adsiduos fletus videar vobis nimium impotenti esse animo: verum ignoscite; eo enim me adigit necessitas. Nam qui generosa mulier non itidem lugeat, paterna cernens infortunia? quae ego interdiu et noctu semper magis pullulare quam marcescere video, cui primum mater, quae me genuit, omnium inimicissima contigit; deinde mea ipsius in domo cum patris occisoribus conversor, horumque sub imperio sum, et horum ex arbitrio pendet, accipiamne aliquid an caream ego. Porro quales me dies agere putas, quando paterno in solio Aegisthum sedere video, quando et video iisdem, quibus ille, indutum vestibus, stantemque ad focum diis fundere libamina,

[redacted]

Ἴδω δὲ τούτων τὴν τελευταίαν ὕβριν,
Τὸν αὐτοέντην ἡμὶν ἐν κοίτῃ πατρὸς
Ξὺν τῇ ταλαίνῃ μητρὶ, μητέρ᾽ εἰ χρεὼν
Ταύτην προσαυδᾷν τῷδε συγκοιμωμένην;
Ἡ δ᾽ ὧδε τλήμων, ὥστε τῷ μιάστορι
Ξύνεστ᾽, Ἐριννὺν οὔ τιν᾽ ἐκφοβουμένη,
Ἀλλ᾽, ὥσπερ ἐγγελῶσα τοῖς ποιουμένοις,
Εὑροῦσ᾽ ἐκείνην ἡμέραν, ἐν ᾗ τότε
Πατέρα τὸν ἀμὸν ἐκ δόλου κατέκτανε,
Ταύτῃ χοροὺς ἵστησι, καὶ μηλοσφαγεῖ
Θεοῖσιν ἔμμην᾽ ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις.
Ἐγὼ δ᾽ ὁρῶσ᾽, ἡ δύσμορος, κατὰ στέγας
Κλαίω, τέτηκα, κἀπικωκύω πατρὸς
Τὴν δυστάλαιναν δαῖτ᾽ ἐπωνομασμένην,
Αὐτὴ πρὸς αὐτήν· οὐδὲ γὰρ κλαῦσαι πάρα
Τοσόνδ᾽, ὅσον μοι θυμὸς ἡδονὴν φέρει·
Αὕτη γὰρ ἡ λόγοισι γενναία γυνὴ
Φονοῦσα τοιάδ᾽ ἐξονειδίζει κακά·

quorum in conspectu illum trucidavit, denique quando horum video extremam contumeliam: occisorem nobis in lecto patris cum perdita matre, matrem si fas est eam appellare, quae cum isto cubet? Illius vero adeo vesana confidentia est, ut cum piaculari consuescat viro, deorum vindictam nullam reformidans, verum tamquam gaudens patrato scelere, redeunte singulis mensibus optato illo die, quo olim patrem meum ex insidiis interfecit, hoc ipso choros celebrat, ovesque immolat diis servatoribus. At ego haec misera conspicans in tectis ploro, contabesco et mecum sola lugeo infelices illas epulas patris dictas: neque enim lamentari licet quantum volupe est animo: namque haec, verbo tenus generosa, mater sanguinolenta talibus me increpat probris:

Ὦ δύσθεον μίσημα, σοὶ μόνῃ πατὴρ
Τέθνηκεν, ἄλλος δ' οὔ τις ἐν πένθει βροτῶν;
Κακῶς ὄλοιο, μηδέ σ' ἐκ γόων ποτὲ
Τῶν νῦν ἀπαλλάξειαν οἱ κάτω θεοί! —
Τάδ' ἐξυβρίζει, πλὴν ὅταν κλύῃ τινὸς
Ἥξοντ' Ὀρέστην· τηνικαῦτα δ' ἐμμανὴς
Βοᾷ παραστᾶσ'· Οὐ σύ μοι τῶνδ' αἰτία;
Οὐ σὸν τόδ' ἐστὶ τοὔργον, ἥ τις ἐκ χερῶν
Κλέψασ' Ὀρέστην τῶν ἐμῶν ὑπεξέθου;
Ἀλλ' ἴσθι τοι τίσουσά γ' ἀξίαν δίκην. —
Τοιαῦθ' ὑλακτεῖ· ξὺν δ' ἐποτρύνει πέλας
Ὁ κλεινὸς αὐτῇ ταῦτα νυμφίος παρὼν,
Ὁ πάντ' ἄναλκις οὗτος, ἡ πᾶσα βλάβη,
Ὁ ξὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος.
Ἐγὼ δ' Ὀρέστην τῶνδε προσμένουσ' ἀεὶ
Παυστῆρ' ἐφήξειν, ἡ τάλαιν', ἀπόλλυμαι·
Μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾷν τι, τὰς οὔσας τέ μοι

O Diis invisa scelus, soline tibi mortuus est pater, nullusque alius mortalium in luctu est? Male pereas, neque te vel inferi dei ab his fletibus liberent unquam! His me conviciis incessit; at si quando aliquem audit dicere venturum Orestem, tum furore percita inclamat adstans: *Non tu mihi horum causa es? Nonne tuum hoc est factum, quae manibus ex meis subductum Orestem alendum alio clam emisisti? sed scito te dignas horum daturam poenas.* Talia latrat, illamque simul ad ea instigat prope adstans inclytus sponsus, ille prorsus imbellis, mera illa noxa, qui cum mulieribus pugnas conserit. Ego vero Orestis adventum semper exspectans, his malis finem qui statuat, misera, pereo: dum enim ille semper cunctatur, praesentesque mihi

Καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν.
Ἐν οὖν τοιούτοις οὔτε σωφρονεῖν, φίλαι,
Οὔτ' εὐσεβεῖν πάρεστιν, ἀλλ' ἐν τοῖς κακοῖς
Πολλή τ' ἀνάγκη κἀπιτηδεύειν κακά.

ΧΟΡΟΣ.

Φέρ' εἰπὲ, πότερον ὄντος Αἰγίσθου πέλας
Λέγεις τάδ' ἡμῖν, ἢ βεβῶτος ἐκ δόμων;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἦ κάρτα· μὴ δόκει μ' ἂν, εἴπερ ἦν πέλας,
Θυραῖον οἰχνεῖν· νῦν δ' ἀγροῖσι τυγχάνει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ κἂν ἐγὼ θαρσοῦσα μᾶλλον ἐς λόγους
Τοὺς σοὺς ἱκοίμην, εἴπερ ὧδε ταῦτ' ἔχει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὡς νῦν ἀπόντος, ἱστόρει τί σοι φίλον.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ δή σ' ἐρωτῶ, τοῦ κασιγνήτου τί φῄς,
Ἥξοντος, ἢ μέλλοντος; εἰδέναι θέλω.

et futuras spes corrupit omnes. Talibus ergo in aerumnis neque modeste agere, amicae, neque pietatem colere facile est; sed in malis necesse est studia ut sectemur mala.

Chorus. Age dic, dum tu ita nobiscum loqueris, estne Aegisthus domi, an foras abiit?

Electra. Abiit sane: ne credas, si domi esset, licuisse mihi foras prodire; nunc vero ruri est.

Chorus. Confidentius ergo tecum sermones miscebo, siquidem ita est.

Electra. Ille quidem abest: proinde, si quid vis, sciscitare.

Chorus. Igitur te rogo, de fratre quid censes: venturusne est, an moratur adhuc? hoc scire cupio.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Φησίν γε· φάσκων δ', οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πρᾶγμ' ἀνὴρ πράσσων μέγα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ μὴν ἔγωγ' ἔσωσ' ἐκεῖνον οὐκ ὄκνῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Θάρσει· πέφυκεν ἐσθλὸς, ὥστ' ἀρκεῖν φίλοις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πέποιθ', ἐπεί τ' ἂν οὐ μακρὰν ἔζων ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ νῦν ἔτ' εἴπῃς μηδέν· ὡς δόμων ὁρῶ
Τὴν σὴν ὅμαιμον ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν,
Χρυσόθεμιν, ἔκ τε μητρὸς, ἐντάφια χεροῖν
Φέρουσαν, οἷα τοῖς κάτω νομίζεται.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Τίν' αὖ σὺ τήνδε πρὸς θυρῶνος ἐξόδοις

Electra. Dicit quidem; sed dictis facta non suppetunt.

Chorus. Solet enim cunctari, qui rem arduam molitur, vir.

Electra. Atqui ego ipsum nequaquam cunctata servavi.

Chorus. Bono es animo: generosa est indole, adeoque amicis opem feret.

Electra. Ita fore confido: alioqui non tamdiu vixissem.

Chorus. Ne quid amplius dixeris: nam video ex aedibus tuam sororem patre eodem prognatam et matre eadem, Chrysothemin, inferias ferentem, quales inferis dari solent.

Chrysoth. Quem tu rursus ante vestibuli fores

Ἐλθοῦσα φωνεῖς, ὦ κασιγνήτη, φάτιν,
Κοὐδ' ἐν χρόνῳ μακρῷ διδαχθῆναι θέλεις,
Θυμῷ ματαίῳ μὴ χαρίζεσθαι κενά;
Καί τοι τοσοῦτόν γ' οἶδα κἀμαυτὴν, ὅτι
'Αλγῶ 'πὶ τοῖς παροῦσιν, ὥςτ' ἂν, εἰ σθένος
Λάβοιμι, δηλώσαιμ' ἂν οἷ' αὐτοῖς φρονῶ·
Νῦν δ' ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένῃ δοκεῖ,
Καὶ μὴ δοκεῖν μὲν δρᾶν τι, πημαίνειν δὲ μή.
Τοιαῦτα δ' ἄλλα καὶ σὲ βούλομαι ποιεῖν·
Καί τοι τὸ μὲν δίκαιον, οὐχ ᾗ 'γὼ λέγω,
'Αλλ' ᾗ σὺ κρίνεις. εἰ δ' ἐλευθέραν μέλει
Ζῆν, τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Δεινόν γέ, σ' οὖσαν πατρὸς, οὗ σὺ παῖς ἔφυς,
Κείνου λελῆσθαι, τῆς δὲ τικτούσης μέλειν·
Απαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα
Κείνης διδακτὰ, κοὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις.

progressa, o soror, cies clamorem, nec longo tempore docta, ut ne irae vesanae frustra indulgeas? Sane conscia sum ipsa mihi, quam doleam praesenti rerum nostrarum statu; adeo ut, si vires suppeterent mihi, ostenderem quo sim erga illos animo. Nunc vero malis circumventa, subductis velis navigare consultum censeo, nec velle aliquod facinus edere, cum neminem laedam. Haec igitur et te quoque vellem facere; tametsi iustum non id est, quod ego dico, sed quod ipsa esse iudicas; tamen si libera cupis vivere, dominantibus omnino parendum est.

Electra. Atqui indignum est te eo prognatam patre, cuius filia es, illius esse oblitam, matris autem curam habere: omnia enim tua ista dicta, quibus me commones, tibi ab illa suggesta sunt, nec quidquam ex te ipsa dicis.

Ἔπειθ᾽ ἑλοῦ γε θάτερ᾽, ἢ φρονεῖν κακῶς,
Ἢ τῶν φίλων φρονοῦσα μὴ μνήμην ἔχειν,
Ἥ τις λέγεις μὲν ἀρτίως, ὡς εἰ λάβοις
Σθένος, τὸ τούτων μῖσος ἐκδείξειας ἄν,
Ἐμοῦ δὲ πατρὶ πάντα τιμωρουμένης,
Οὔτε ξυνέρδεις, τήν τε δρῶσαν ἐκτρέπεις.
Οὐ ταῦτα πρὸς κακοῖσι δειλίαν ἔχει;
Ἐπεὶ δίδαξον, ἢ μάθ᾽ ἐξ ἐμοῦ, τί μοι
Κέρδος γένοιτ᾽ ἂν τῶνδε ληξάσῃ γόων.
Οὐ ζῶ; κακῶς μέν, οἶδ᾽, ἐπαρκούντως δ᾽ ἐμοί.
Λυπῶ δὲ τούτους, ὥστε τῷ τεθνηκότι
Τιμὰς προσάπτειν, εἴ τις ἔστ᾽ ἐκεῖ χάρις.
Σὺ δ᾽ ἡμὶν, ἡ μισοῦσα, μισεῖς μὲν λόγῳ,
Ἔργῳ δὲ τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς ξύνει.
Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἄν ποτ᾽, οὐδ᾽ εἴ μοι τὰ σὰ
Μέλλοι τις οἴσειν δῶρ᾽, ἐφ᾽ οἷσι νῦν χλιδᾷς,

Elige igitur alterutrum, vel ut desipere credaris, vel recte sapiens amicos deserere: quae modo aiebas, te, si suppeterent vires, tuum erga illos odium ostensuram esse, mihi vero, quum omnia experiar, ut patrem ulciscar, nec te sociam addis, etiamque ne quid inceptem dehortaris. Nonne sic praeter alia mala, timiditatis etiam in crimen incurris? Alioquin doce me, vel ipsa disce ex me, quidnam lucri factura sim, horum luctuum desi[...] Nonne vivo? male quid[...] haud nescio; ita tamen sufficiat mihi. At illis [...] lesta sum, ita ut exi[...] mortuo honorem tribu[...] si qua horum apud inf[...] gratia est. Tu vero, q[...] odisse ais, verbis qui[...] odisti, re autem ipsa [...] patris occisoribus facis. ego numquam, ne qui[...] si mihi quis praemia illa adferret, quibus n[...]

Τούτοις ὑπεικάθοιμι· σοὶ δὲ πλουσία
Τράπεζα κείσθω, καὶ περιῤῥείτω βίος!
Ἐμοὶ γὰρ ἐστὶ θαῦμα μὴ λιπεῖν μόνον
Βόσκημα· τῆς σῆς δ' οὐκ ἐρῶ τιμῆς λαχεῖν,
Οὐδ' ἂν σὺ, σώφρων γ' οὖσα. Νῦν δ', ἐξὸν πατρὸς
Πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆσθαι, καλοῦ
Τῆς μητρός! οὕτω γὰρ φανεῖ πλείστοις κακὴ,
Θανόντα πατέρα καὶ φίλους προδοῦσα σούς.

ΧΟΡΟΣ.

Μηδὲν πρὸς ὀργὴν, πρὸς θεῶν! ὡς τοῖς λόγοις
Ἔνεστιν ἀμφοῖν κέρδος, εἰ σὺ μὲν μάθοις
Τοῖς τῆσδε χρῆσθαι, τοῖς δὲ σοῖς αὕτη πάλιν.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἐγὼ μὲν, ὦ γυναῖκες, ἠθάς εἰμί πως
Τῶν τῆσδε μύθων, οὐδ' ἂν ἐμνήσθην ποτὲ,
Εἰ μὴ κακὸν μέγιστον εἰς αὐτὴν ἰὸν
Ἤκουσ', ὃ ταύτην τῶν μακρῶν σχήσει γόων.

delectaris, his me subderem; tibi vero lauta adponatur mensa, victusque abunde adfluat! Me enim mirum est ne ipso quidem cibo privari; tamen tuos ego honores nequaquam consequi cupio, nec cuperes etiam tu, si sana esses mente. Nunc autem, quum tibi liceat patris omnium optimi filiam dici, matris filia dicitor! ita enim quamplurimis videberis mala, quae mortuum patrem et amicos prodis tuos.

Chorus. Ne quid iracundius, per Deos obsecro! nam dictis utriusque fructus inest, si tu quidem discas istius uti recte, et haec rursus tuis.

Chrysoth. Dudum equidem, o mulieres, adsueta sum istiusmodi huius dictis, et ne meminissem quidem umquam, nisi maximum malum ei immineré audirem, quod eam perpetuis his reprimet a luctibus.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Φέρ', εἰπὲ δὴ τὸ δεινόν· εἰ γὰρ τῶνδέ μοι
Μεῖζόν τι λέξεις, οὐκ ἂν ἀντείποιμ' ἔτι.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

'Αλλ' ἐξερῶ τοι πᾶν, ὅσον κάτοιδ' ἐγώ.
Μέλλουσι γάρ σ', εἰ τῶνδε μὴ λήξεις γόων,
'Ενταῦθα πέμψειν, ἔνθα μή ποθ' ἡλίου
Φέγγος προςόψει, ζῶσα δ' ἐν κατηρεφεῖ
Στέγῃ, χθονὸς τῆςδ' ἐκτὸς, ὑμνήσεις κακά.
Πρὸς ταῦτα φράζου, καί με μή ποθ' ὕστερον
Παθοῦσα μέμψῃ· νῦν γὰρ ἐν καλῷ φρονεῖν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἦ ταῦτα δή με καὶ βεβούλευνται ποιεῖν;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Μάλισθ', ὅταν περ οἴκαδ' Αἴγισθος μόλῃ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

'Αλλ' ἐξίκοιτο τοῦδέ γ' οὕνεκ' ἐν τάχει.

Electra. Age ergo, expedi quid sit hoc tam grave malum: nam si mihi maius quid hisce dixeris, haud amplius obloquar.

Chrysoth. Atqui quodcumque huius rei novi, id omne enarrabo tibi. Decreverunt enim te, nisi horum lamentorum desinas, eo ablegare, ubi numquam amplius solis iubar adspicies, sed viva in tenebroso specu procul ab hac urbe convicia fun
Quamobrem adverte
mum, neque umquam
hac malo accepto cul
in me conferas: nunc
sapere licet.

Electra. Istane, q
so, serio destinant in
facere?

Chrysoth. Maxime
mulac Aegisthus do
redierit.

Electra. At hac qui
gratia redeat ocius!

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Τίν', ὦ τάλαινα, τόνδ' ἐπηράσω λόγον;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐλθεῖν ἐκεῖνον, εἴ τι τῶνδε δρᾶν νοεῖ.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ὅπως πάθῃς τί χρῆμα; ποῦ ποτ' εἶ φρενῶν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὅπως ἀφ' ὑμῶν ὡς προσώτατ' ἐκφύγω.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Βίου δὲ τοῦ παρόντος οὐ μνείαν ἔχεις;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καλὸς γὰρ οὑμὸς βίοτος, ὥςτε θαυμάσαι.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀλλ' ἦν ἄν, εἰ σύ γ' εὖ φρονεῖν ἠπίστασο.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μή μ' ἐκδίδασκε τοῖς φίλοις εἶναι κακήν.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀλλ' οὐ διδάσκω, τοῖς κρατοῦσι δ' εἰκάθειν.

Chrysoth. Quid tibi, o misera, ultro imprecaris?

Electra. Illum venire, si quid horum facere cogitat.

Chrysoth. Ecquid mali ut patiaris? Satin' sana es?

Electra. Ut a vobis aufugiam quam longissime.

Chrysoth. Vitae igitur praesentis non tibi subit cogitatio?

Electra. Mire pulchra scilicet vita mea est.

Chrysoth. At esset, si tu recte sapere nosses.

Electra. Ne me doceas amicis esse perfidam.

Chrysoth. Ego vero id non doceo, sed dominantibus ut morem geras.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Σὺ ταῦτα θώπευ'· οὐκ ἐμοὺς τρόπους λέγεις.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Καλόν γε μέν τοι μὴ 'ξ ἀβουλίας πεσεῖν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πεσούμεθ', εἰ χρὴ, πατρὶ τιμωρούμενοι.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Πατὴρ δὲ τούτων, οἶδα, συγγνώμην ἔχει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ταῦτ' ἐστὶ τἄπη πρὸς κακῶν ἐπαινέσαι.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Σὺ δ' οὐχὶ πείσει καὶ ξυναινέσεις ἐμοί;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐ δῆτα· μή πω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή!

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Χωρήσομαι γὰρ, οἷπερ ἐστάλην ὁδοῦ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ποῖ δ' ἐμπορεύει; τῷ φέρεις τάδ' ἔμπυρα;

Electra. Tu huiusmodi dictis assentare: meum haud narras ingenium.

Chrysoth. Atqui pulchrum est tamen, non cadere prae temeritate.

Electra. Cademus, si sic oportet, patrem vindicantes.

Chrysoth. At horum, sat scio, pater ipse nobis dat veniam.

Electra. Ignavorum est huiusmodi dicta probare.

Chrysoth. Tu igitur non auscultabis neque consenties mihi?

Electra. Minime sane: ne sim adeo mentis inops.

Chrysoth. Nam pergam eo quo iter institui.

Electra. Quorsum autem vadis? cui fers ista sacra?

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Μήτηρ με πέμπει πατρὶ τυμβεῦσαι χοάς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πῶς εἶπας; ἦ τῷ δυςμενεστάτῳ βροτῶν;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ὃν ἔκταν' αὐτή· τοῦτο γὰρ λέξαι θέλεις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐκ τοῦ φίλων πεισθεῖσα; τῷ τοῦτ' ἤρεσεν;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἐκ δείματός του νυκτέρου, δοκεῖν ἐμοί.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ θεοὶ πατρῷοι, ξυγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν!

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἔχεις τι θάρσος τοῦδε τοῦ τάρβους πέρι;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Εἴ μοι λέγοις τὴν ὄψιν, εἴποιμ' ἂν τότε.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀλλ' οὐ κάτοιδα, πλὴν ἐπὶ σμικρὸν φράσαι.

Chrysoth. Mater me mittit, ut patris ad tumulum inferias feram.

Electra. Quid ais? An mortalium invisissimo?

Chrysoth. Quem ipsa occidit. Hoc enim vis dicere.

Electra. Quonam ab amico persuasa? cui hoc placuit?

Chrysoth. Ex pavore quodam nocturno, ut mihi videtur.

Electra. O dii patrii, adeste nunc, quaeso, maxime!

Chrysoth. Numquid fiduciae tibi adfert hic pavor?

Electra. Si mihi insomnium narraveris, tum tibi illud dicam.

Chrysoth. Sed paullum est quod hac de re dicere possim.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Λέγ' ἀλλὰ τοῦτο· πολλά τοι σμικροὶ λόγοι
Ἔσφηλαν ἤδη καὶ κατώρθωσαν βροτούς.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Λόγος τις αὐτήν ἐστιν εἰςιδεῖν πατρὸς
Τοῦ σοῦ τε κἀμοῦ δευτέραν ὁμιλίαν
Ἐλθόντος ἐς φῶς· εἶτα τόνδ' ἐφέστιον
Πῆξαι λαβόντα σκῆπτρον οὑφόρει ποτὲ
Αὐτὸς, τανῦν δ' Αἴγισθος· ἔκ τε τοῦδ' ἄνω
Βλαστεῖν βρύοντα θαλλὸν, ᾧ κατάσκιον
Πᾶσαν γενέσθαι τὴν Μυκηναίων χθόνα.
Τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' Ἡλίῳ
Δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου·
Πλείω δὲ τούτων οὐ κάτοιδα, πλὴν ὅτι
Πέμπει μ' ἐκείνη τοῦδε τοῦ φόβου χάριν.
Πρός νυν θεῶν σε λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν,
Ἐμοὶ πιθέσθαι, μηδ' ἀβουλίᾳ πεσεῖν·

Electra. Illud dic saltem: sane leves causae saepe iam prostraverunt vel erexerunt homines.

